P. PAPINI
STATI THEBAIDOS
LIBRI XII

MNEMOSYNE

BIBLIOTHECA CLASSICA BATAVA

COLLEGERUNT

J.M. BREMER · L.F. JANSSEN · H. PINKSTER

H.W. PLEKET · C.J. RUIJGH · P.H. SCHRIJVERS

BIBLIOTHECAE FASCICULOS EDENDOS CURAVIT

C.J. RUIJGH, KLASSIEK SEMINARIUM, OUDE TURFMARKT 129, AMSTERDAM

SUPPLEMENTUM SEPTUAGESIMUM NONUM

D.E. HILL

P. PAPINI STATI THEBAIDOS LIBRI XII

P. PAPINI STATI THEBAIDOS LIBRI XII

RECENSVIT ET CVM APPARATV
CRITICO ET EXEGETICO
INSTRVXIT

D.E. HILL

EDITIO SECUNDA
EMENDATA

E.J. BRILL
LEIDEN · NEW YORK · KÖLN
1996

The paper in this book meets the guidelines for permanence and durability of the Committee on Production Guidelines for Book Longevity of the Council on Library Resources.

First edition 1983.

Library of Congress Cataloging-in-Publication Data

Statius, P. Papinius (Publius Papinius)
[Thebais]
P. Papini Stati Thebaidos libri XII / recensuit et cum apparatu critico et exegetico instruxit D.E. Hill. — 2nd rev. ed.
p. cm. — (Mnemosyne, bibliotheca classica Batava. Supplementum, ISSN 0169-8958 ; 79)
Includes index.
ISBN 9004105840 (alk. paper)
I. Hill, D. E. II. Title. III. Series.
PA6697.A4 1996
873'.01—dc20 96-3857
CIP

Die Deutsche Bibliothek - CIP-Einheitsaufnahme

[Mnemosyne / Supplementum]
Mnemosyne : bibliotheca classica Batava. Supplementum. - Leiden ; New York ; Köln : Brill.
Früher Schriftenreihe
Reihe Supplementum zu: Mnemosyne
79. Statius, Publius Papinius: [Thebaidos libri XII]. - 2., rev. ed. - 1996

Statius, Publius Papinius:
[Thebaidos libri XII]
P. Papini Stati Thebaidos libri XII / rec. et cum apparatu critico et exegetico instruxit D.E. Hill. — 2. rev. ed. - Leiden ; New York ; Köln : Brill, 1996
(Mnemosyne : Supplementum ; 79)
ISBN 90-04-10584-0
NE: Hill, D. E. [Hrsg.]

ISSN 0169-8958
ISBN 90 04 10584 0

© Copyright 1996 by E.J. Brill, Leiden, The Netherlands

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, translated, stored in a retrieval system, or transmitted in any form or by any means, electronic, mechanical, photocopying, recording or otherwise, without prior written permission from the publisher.

Authorization to photocopy items for internal or personal use is granted by E.J. Brill provided that the appropriate fees are paid directly to The Copyright Clearance Center, 222 Rosewood Drive, Suite 910 Danvers MA 01923, USA. Fees are subject to change.

PRINTED IN THE NETHERLANDS

TABVLA

Praefatio IX
Opera laudata XIII
Addenda et Corrigenda XX
Conspectus siglorum XXI
Thebaidos Libri XII 3
Appendix lectionum minoris momenti 333
Index nominum propriorum 375

QVOD uiris doctis, amicis, adiutoribus debeo me per quattuor lustra usque ad huius operis finem sustinentibus longdudum exspectatum, id satis soluere numquam potero. in medium enim profertur hic liber meus non sine auxilio permultorum qui ipsi plerumque, ut opinor, uix intellegunt quantum sibi debeam. quorum tamen erga me merita singula enarrare uix leuior sit labor quam ipsam perficere editionem, eorum nomina modo hic memorantem nemo me iudicet ingratum. at memorandi sunt nihilominus pro meritis tot et tantis: T.J. Brown, A. de la Mare, J. Diggle, O.A.W. Dilke, J.B. Hall, T. Hopkins, E. Kenney, C. Larreta, G. Lee, A.R. Littlewood, V. Mennie, L.A. Moritz, †A.N.L. Munby, R.G.M. Nisbet, B.R. Rees, R.D. Sweeney, E.G. Turner, R.D. Williams. neque praetermissos uelim P. Walcot et ceteros collegas meos Cardiffenses, qui non solum beneficia in me contulerunt paene innumerabilia sed partem officii mei diurni non paruam interdum susceperunt, quo celerius ad finem perueniret hoc opus.

praeterea gratias ago, ut debeo, bibliothecarum custodibus quibusdam: aliis qui codicum imagines phototypicas mihi miserint, aliis qui me in bibliothecas suas benignissime acceperint hospitem, aliis denique qui me doctrina sua multum adiuuerint. memorandae et eae uniuersitates quarum copiis mihi licuit uti: Vniuersitas Washington (apud urbem Sancti Ludouici), Vniuersitas Ontario Occidentalis, Collegium Vniuersitatis Cambrensis apud Cardiff, Collegium Sancti Iohannis apud Cantabrigienses, Collegium Magdalense apud Oxonienses, Collegium Regis apud Londinium, Institutum Studiorum Classicorum apud Londinium, Bibliotheca Bodleiana apud Oxonienses; et hae urbium uel ciuitatum bibliothecae: Regia Bruxellensis, Parisina, Matritensis, Monacensis, Mediceo-Laurentiana apud Florentiam, Britannica (olim Musei Britannici), Cardiffensis. sed nisi Vniuersitas Ontario Occidentalis 'supplemento aestiuo' me donasset, uiatico Concilium Canadense, nec Belgicam potuissem nec Gallicam neque Hispanicam uisere bibliothecas. quibus omnibus nunc demum quindecim post annos gratias et palam et ex animo refero.

sunt tamen uiri tres qui pro me et pro opere meo tam strenue laborauerunt ut eorum beneuolentiam et copiosius tractare et singillatim necesse sit. primum William M. Sale, prius praeceptor, deinde collega, qui me tironem adhuc claudicantem in philologorum introduxit usus et Statiana mecum explorabat gaudia, in hoc libro nusquam alibi memoratur; quae tamen me docebat discipulum, ea unaquaque fere in pagina apparent. deinde Edward Courtney me de hoc opere iam desperantem uix etiam incepto benigne urgebat, docte admonebat, diligenter denique totum et legebat et corrigebat opus. cuius auxilio si caruissem, *Thebaidem* non dico peius tantum et tardius sed numquam omnino edidissem. huic et familiae nunc in Californiam immigrantibus

fauste, feliciter, prospere eueniant omnia! postremum (sed nequaquam, minimum) locum obtinet collega meus Kenneth Dowden qui horas contriuit sescentas non solum editoris erroribus sed etiam preli corrigendis. quam saepe de interpretatione disputauimus sed ita ut numquam dubium esset quin re consentiremus! o fortunatum editorem tam benigne, tam docte ab amicis adiutum!

longum per quinquennium perque magnam orbis terrarum partem quaerebantur preli artifices qui hunc uellent imprimere librum. nunc tandem apud Cardiff inuenta est Shirley Bolton, quae cum collegis suis, Penny Cody et Julie Cornish, celeriter, peritissime, hilare effecit ut tu, lector beneuole, hos meorum laborum caperes fructus. his igitur et domui Brill (in primis T.A. Edridge, qui mortem obiit tam immaturam, et J.D. Verschoor) gratias non potero ullo modo idoneas referre.

'Statius' erat sane inter primas uoces labris infantium meorum fictas et formatas: paruulis enim erat Statius qui patrem ne luderet cum eis prohibebat; adolescentes tamen me indignum multis modis et libenter adiuuant. immo etiam filia mea, Caroline, nominum propriorum indicem a mendis purgauit. liberis igitur multa, uxori uel plura debeo carissimae, quae non solum decem milia notarum olim mihi transcripsit sed iam iam lapsurum nonnumquam sola prohibuit exhortando ne incepto desisterem uictus. scilicet labor, ut ait Vergilius noster, omnia uincit, sed idem alibi et uerius:

omnia uincit amor.

scribebam mense Septembri MDCCCCLXXXII

PRAEFATIO

Abhinc annos sedecim Stati Thebaidi operam dare coepi nec bibliothecis neque editionibus nimis adiutus. nam ei editores quorum opera facilius inuenire poteram perraro qua ratione ipsi, qua alii aliud reciperent aliud emendarent aliud abicerent explicauerunt. praeterea, ubi incertus haerebam editores saepe siluerunt. nouae igitur editionis ita faciendae spem concepi ut disceret lector non solum quid scripsisset poeta et, ubi non esset clarum, quid uoluisset, sed etiam qua ratione usi essemus ego aliique in textu recognoscendo. ne tamen notis longioribus lectorem fatigem, rationibus doctorum breuiter tantum explicatis, indico ubi ipsissima uerba possint inueniri. ita olim edebant.

primus Otto Mueller in sua editione[1] *demonstrauit codicem Puteaneum textum meliorem quam ceteros omnes praebere. sed haud raro apud ceteros codices (ω) inuenitur lectio uera. quia tamen raro errant communiter omnes codices non possumus dispicere quando sit scriptus ille codex unde orti sint omnes nostri.*[2]

olim iudicabant omnes praeter Puteaneum codices ex uno codice ortos esse, non solum quia saepe communiter errent sed etiam quia duodecim uersus (10.100–05, 112–17) cuncti omittant. nunc tamen cognouimus omnes codices interdum, et saepius quam credebamus, eandem lectionem ac Puteaneum singulos praebere. praeterea, codices tres (t, Θ, δ) inuenti sunt qui quamquam illos duodecim uersus seruant nihilominus multo saepius cum codicibus ω nominatis consentiunt quam cum Puteaneo. quibus uero codicibus hi tres sunt coniunctissimi, eorum duo (D, N) nullos, unus (O) quattuor tantum ex illis duodecim uersibus praebent. multi codices, imprimis hi sex, Puteanei lectionem una cum lectione codicum ω saepe praebent, alterutram in textu, alterutram inter uersus uoce uel *praecedente. quam ob rem credimus omnes codices nostros e codice (uel codicibus) ambo lectiones passim praebente esse ortos. librarius quisque alterutram lectionem, uel ambo, e suo exemplari transcribere decreuit. neque enim est codex qui nusquam eandem ac Puteaneus lectionem praebeat, modo quod alius librarius alteram lectionem ex eodem exemplari transtulit, modo quod librarii interdum exemplaria sua cum alienis contulerunt. accedit quod nonnumquam errant uel etiam coniciunt librarii. non igitur pro certo haberi potest unde orta sit quaeque lectio. quibus ex causis non operae pretium est amplius quaerere quam qui codices inter se sint coniunctiores. itaque sine dubio multis lectoribus nimium plures codices uidebor animaduertere. sed codex quisque interdum uera uel praebet uel uidetur praebere solus. nisi igitur omnia de his codicibus animaduertuntur non potest iudicare lector quales sint, utrum coniecturas an errores saepius praebeant. ut tamen apparatus facilius intellegi possit (et quia plerique non omnia de codicibus uolunt cognoscere) nihil in apparatu pono nisi aliquid momenti habet in textu recognoscendo.*[3] *eis autem qui de codicibus quo modo inter se coniuncti sint cupiunt cognoscere appendicem feci ubi facilius in uno loco inueniri possint ea quae adhuc hinc illinc erant petenda. nam si quis inuestiget quo modo in medio aeuo codices scripti et collati sint bene incipiat a codicibus Thebaidos, de quibus multum iam cognouimus. ne tamen speret se multum de Thebaide ipsa hinc posse discere.*

nisi aliter indico, Klotz in sua praefatione codices accuratissime describit.

P: *codicem interdum in libris I–VIII, X–XI et ubique in libris VIIII et XII per imagines contuli; alibi Klotz secutus sum.*

D, N, t, Θ, δ, O

hi sex codices, inter se coniunctiores, saepius cum Puteaneo consentiunt.

D: *codicem legit Jortin iam maculatum. incuriose contulit Garrod cuius errores Klotz non solum seruauait sed etiam ipse addidit multos argumento ex silentio male usus, cf. 2.327, 381, 3.218, 4.308 etc. codicem totum ipse contuli.*

N: *codicem male, sed multum a custode impeditus,*[4] *contulit Garrod cuius errores eodem modo seruauit et auxit Klotz. totum codicem per imagines inspexi et folia prima et ultima (1.1–2.66 et 12.758–819 continentia), quae multo recentius, fortasse saeculo quindecimo, addita sunt, primus contuli. cf. R.G. Getty,* CQ *27 (1933) 129–39.*

t, Θ, δ: *codices totos per imagines et selectis locis ipsos inspexi. cf. quod alibi scripsi (*CQ *N.S. 16 (1966) 333–46) et R.D. Williams in sua libri X editione, pp. XXI–XXIV.*

O: *codicem totum contuli.*

f, M, V

f, M: *codices selectis locis per imagines inspexi; alibi Klotz secutus sum.*

V: *R.D. Williams (*Rev. Phil. *33 (1949) 151–53) secutus sum.*

μ, ν

codices selectis locis per imagines inspexi; alibi Klotz secutus sum.

C, Q

C: *C.F. Weber secutus sum.*

Q: *codicem selectis locis per imagines inspexi; alibi Klotz secutus sum.*

T, W, r

*R.D. Williams (*CR *61 (1947) 89–90,* CQ *42 (1948) 105–12) secutus sum; cf. eiusdem editionem libri X, pp. XXI–XXIV.*

S: *R.G. Getty (*CQ *27 (1933) 129–39) secutus sum.*

frg. Dessau: *A. Klotz (*WJA *1 (1946) 153) secutus sum.*

x: *A.W. Ahlberg (*Eranos *8 (1908) 144–50) secutus sum.*

ΣValenc: *G. Funaioli secutus sum.*

de ceteris codicibus Klotz secutus sum.

si plura de codicibus quo modo inter se coniungantur scire uis, lege: R.D. Sweeney, Prolegomena to an edition of the Scholia to Statius, *Leiden, 1969, R.D. Williams libri X editionem.*

de Orthographia

nullus librarius unam orthographiae rationem per totum suum codicem seruauit. ergo uel librariis uel poetae ipsi minimi fuit momenti orthographia, quam ob rem credo nos non posse poetae orthographiam reciperare.[5] *eandem uocem eodem modo per carmen scribo et de orthographia plerumque sileo. ea enim quae Klotz in suo apparatu de orthographia passim posuit persaepe nobis imponunt: ubi scripsit Klotz* inpius,

inpatiens *etc. in suo textu et in apparatu* impius P, impatiens P *etc. ibi in omnibus uel paene omnibus codicibus legitur* impius, impatiens *etc. quod equidem scribo (et in apparatu taceo) non quod codicibus credam sed quia* imp- *malo.*

in nominibus propriis tam mirifice errant omnes librarii ut plerumque non operae pretium est memorare quid quisque scripserit.

de Editionibus

hanc editionem ita facere conatus sum ut quid cuique editori debeatur fiat clarum. sed fortasse non superuacaneum est hic describere qualia sint opera clarissimi cuiusque editoris.

Gronouius Stati opera edidit cum commentario paruo quidem sed consilii doctrinaeque pleno. textum omnium poetarum Latinorum plane cognorat et codices poetae nostri nonnullos inspexit unde saepe editores ueteres primus correxit.

Barth plenissimam editionem Stati operum scripsit (post obitum a Christiano Daumio emissam) quam commentario longiore et fere omnibus de uersibus disserente onerauit. nam ut non semper ad rem scripsit ita persaepe primus editorum textum bene intellexit. saepe tamen lectiones non aliunde nobis cognitas e suis codicibus uindicauit. multi autem de his codicibus dubitant rati eum lectiones non in codicibus inuenisse sed suo Marte coniecisse. haec numquam poterimus certe diiudicare nam Barth saepe narrabat se multos e codicibus suis una cum commentariis incendio amisisse. Mueller sane eas lectiones pro coniecturis habuit, ego coniecit uel in codice inuenit Barth *scribo. sed Barth, etiam si suum nimis, poetae ingenium parum aestimauit, permultum tamen in carmine intellegendo profecit. cf. A.S. Wilkins (*CR *10 (1896) 14–15, A. Klotz (*Rh. Mus. *59 (1904) 373–90), R.D. Sweeney (pp. 3–4).*

Beraldus opera Stati edidit e cuius editione natae sunt et editio Bipontina (1785) et editio quam curauit A.J. Valpy (Londini, 1824). maximo usui sunt et Beraldi aliorumque commentarii et carminum paraphrasis. textus autem non semper cum commentariis uel cum paraphrasi congruit.

Walker in suo Corpore Poetarum Latinorum *textum commentario carentem sed multo melius interpunctum emisit. hunc textum saepius praeterierunt quam secuti sunt editores plerique.*

Mueller libros tantum I–VI Thebaidos edidit codicibus multo accuratius collatis. tunc primum agnitus est Puteaneus codicum longe optimus. in apparatu et per interpunctionem textum saepe primus recte explicauit.

Kohlmann Thebaidem totam simili modo ac Mueller edidit, Puteaneo tamen nimis confisus.

Imhof Thebaidem in sermonem Germanicum conuersam et commentario instructam emisit ubi multa olim obscura explicauit.

Garrod Thebaidos editionem edidit ubi nec coniecturae (quae permultae sunt) nec codicum collationes sunt quibus multum possis confidere. recte tamen nonnumquam primus interpunxit.

Klotz Thebaidem edidit multis codicibus accuratissime collatis. multa minimi momenti de codicum lectionibus in apparatu memorauit sed textum a permultis ieiunis coniecturis liberauit et interpretationibus, paucis quidem sed haud raro utilibus, instruxit. bene uero de Stati carmine meritus est Klotz.

Mozley textum quem ediderat Klotz paulum correxit et in sermonem Anglicum conuertit.

Mulder librum secundum Thebaidos edidit commentariumque addidit unde multa ex omnibus carminis libris possis intellegere.

Williams librum decimum Thebaidos edidit et apparatum commentariumque addidit. editorum primus codices t, Θ, *δ inspexit et de textu intellegendo et aestimando docte et prudenter disseruit.*

ceterae editiones minori fuerunt mihi auxilio. quae tamen eis debeo ea in apparatu meo sunt declarata. non est editor qui nos nihil possit docere; conatus sum igitur ea quae non laudare possum silentio praeterire.[6]

scribebam a.d. xvi Kal. Sept. MDCCCCLXXVII

[1] *opera et codices in Praefatione laudata describuntur pp. i–xii nisi aliter indico.*

[2] *aliter iudicauit Garrod (Praef. p. vi) quia suis alienisque coniecturis nimis credidit.*

[3] *ubi una uox alias apparatu alias appendice modo dignas corruptelas passa est, corruptelae omnes in apparatu inueniuntur.*

[4] *cf. A.N.L. Munby,* The Dispersal of the Phillipps Library, *Cambridge, 1960, p. 67.*

[5] *caue ne Housman (F 37), ipse deceptus, tibi imponat. uide in appendice ad 5.131.*

[6] *nihilominus in apparatu coniecturas ieiunas uel etiam stolidas nonnumquam pono una cum suo commentario ne lector, de eis aliunde certior factus, frustra credat callidam quandam conicientis rationem se fefellisse.*

OPERA IN APPARATV ET APPENDICE LAVDATA

Alton (E.H.)
'Notes on the *Thebaid* of Statius', *CQ* 17 (1923) 175–87

Anderson (W.B.)
A: 'Statius' *Thebaid*, Book II', *CQ* 18 (1924) 203–08
B: 'Notes on Statius, *Thebaid* II', *PCPS* 178 (1941–45) 10–12

Austin (R.G.)
P. Vergili Maronis Aeneidos liber II, with a commentary by R.G. Austin, Oxford, 1964
P. Vergili Maronis Aeneidos liber IV, edited with a commentary by R.G. Austin, Oxford, 1955

Baehrens (E.)
'Zu Lateinischen Dichtern', *Neue Jahrb.* 129 (1884) 833–44
quae cum Kohlmann communicauit, apud Kohlmann laudata, sine numero citantur

Bailey (C.)
Titi Lucreti Cari de Rerum Natura libri VI, edited by Cyril Bailey, Oxford, 1947

Barclay (J.)
Commentarii in Statii Thebaidem, Mussiponti, 1601

Barth (C.)
P. Papinii Statii quae exstant ex recensione et cum animaduersionibus locupletis Casparis Barthii, Cyngneae, 1664

Behot(t)ius
quae apud Barth laudantur sine numero citantur

Bentley (R.)
Q. Horatius Flaccus ex recensione et cum notis atque emendationibus R. Bentleii, Cantabrigiae, 1711
emendationes (sine numero laudatae) editae sunt apud Mauricii Hauptii *Opuscula*, uol. III, Leipzig, 1875

Beraldus (C.)
P. Papinii Statii Opera interpretatione et notis illustrauit C. Beraldus, Lutetiae Parisorum, 1685

Bernartius (J.)
P. Statii Papinii Opera J. Bernartius recensuit, Antverpiae, 1595

Borthwick (E.K.)
'A note on boxing gloves', *CR* N.S. 14 (1964) 142

Brakman (C.)
'ad Statium', *Mn* 57 (1929) 251–62

Brinkgreve (M.R.J.)
'de locis nonnullis Statianis', *Mn* 42 (1914) 104–09

Burmannus (P.)
cf. Kohlmannianam Praefationem p. XVII

Bury (J.B.)
'Some passages in the *Thebaid* of Statius', *CR* 7 (1893) 302–03

Clausen (W.)
'Statius *Thebaid* 10.299', *Philol.* 111 (1967) 146

Cooke (J.P.)
A: 'Three notes on Statius', *CP* 41 (1946) 102–05
B: 'Notes on Statius' *Thebaid*', *CP* 41 (1946) 143–49

Courtney (E.)
C. Valeri Flacci Argonauticon libri VIII recensuit Edward Courtney, Leipzig, 1970
'P. Papini Stati Thebaidos liber X, edited with a commentary by R.D. Williams', *JRS* 63 (1973) 308–09
quae mecum per epistolas communicauit sine numero citantur
Cruceus (E.)
P. Papinii Statii Opera cum obseruationibus ac cum commentariis tam ueterum quam recentiorum interpretum E. Cruceus recensuit, Parisiis, 1618
Damsté (P.H.)
A: 'Annotationes ad Statii Thebaidem', *Mn* 36 (1908) 353–96
B: 'Annotationes ad Statii Thebaidem', *Mn* 37 (1909) 77–111
Deipser (B.)
de P. Papinio Statio Vergilii et Ouidii imitatore, diss. Strasbourg (diss. Argent. 5), 1881
Deiter (H.)
'zu Statius', *Philol.* 57 (1898) 343–44
Delz (J.)
A: 'Vorlaufige Bestattung', *MH* 31 (1974) 42–45
B: 'Nec tu diuinam Aeneida tempta, Textkritisches zu Valerius Flaccus, Statius, Silius Italicus', *MH* 32 (1975) 155–72
Dierschke (P.)
de fide Prisciani in uersibus Vergilii Lucani Statii Iuuenalis examinata, diss. Greifswald, 1913
Diggle (J.)
'Notes on the text of the *Heroides*', *CQ* N.S. 17 (1967) 136–44
Dilke (O.A.W.)
A: 'The metrical treatment of proper names in Statius', *CR* 63 (1949) 50–51
B: *Statius Achilleid edited with introduction by O.A.W. Dilke*, Cambridge, 1954
Dilthey (K.)
quae cum Mueller communicauit, apud Mueller laudata, sine numero citantur
Dodds (E.R.)
Euripides Bacchae edited with introduction and commentary by E.R. Dodds, Oxford, 1944
Dowden (K.)
'Noctes Statianae', *CQ* N.S. 29 (1979) 225–26
quae mecum communicauit sine numero citantur
Dubner (F.)
P. Papinii Statii Opera quae extant edidit Fr. Dubner, Parisiis, 1835–36
Ellis (R.)
Catulli Veronensis Liber iterum recognouit R. Ellis, Oxonii, 1878
quae cum Garrod communicauit, apud Garrod laudata, sine numero citantur
Farnell (L.R.)
The Cults of the Greek States, Oxford, 1896–1909
Fletcher (G.B.A.)
'Matters of sound in Greek and Latin authors', *CR* 52 (1938) 164–65
Fortgens (H.W.)
P. Papinii Statii de Opheltis funere carmen epicum, Thebaidos liber VI 1–295, uersione Batauа commentarioque exegetico instructum (diss. Rhenotraiectina), Zutphaniae, 1934
Frazer (J.G.)
Apollodorus The Library with an English translation by J.G. Frazer, (Loeb Classical Library), London, 1921
Pausanias's Description of Greece, translated with a commentary by J.G. Frazer, London, 1897

Frieseman (H.)
Collectanea Critica, Amstelodami, 1786
Garrod (H.W.)
A: 'Some emendations in Statius' *Thebaid*', *CR* 18 (1904) 300–01
B: 'Metrical stopgaps in Statius' *Thebaid*', *J. Phil.* 29 (1904) 253–62
P. Papini Stati Thebais et Achilleis recognouit H.W. Garrod, Oxonii, 1906
Goold (G.P.)
'Amatoria Critica', *HSCP* 69 (1965) 1–107
Gossage (A.J.)
'Statius' *Thebaid* 5.593', *CR* N.S. 12 (1962) 114–15
Gronouius (J.F.)
P. Papinii Statii opera ex recensione et cum notis I. Frederici Gronouii, Amsterodami, 1653
Grotius (H.)
cf. Kohlmannianam Praefationem
Gruterus (J.)
Suspiciones in Statii Thebaidos librum I cum animaduersionibus F. Handii, Ienae, 1851
Guyet(us) (F.)
P. Papinii Thebaidos libri XII cum notis Francisci Guieti, Jo. Peyraredi etc., Lutetiae Parisiorum, 1658
Håkanson (L.)
A: *Statius' Siluae*, Lund, 1969
B: *Statius' Thebaid*, Lund, 1973
Harris (H.A.)
Sport in Greece and Rome, London, 1972
Haupt (M.)
'Analecta', *Hermes* 3 (1869) 335–46
Heinsius (D.)
cf. Kohlmann Praefationem, p. XVII
Heinsius (N.)
Aduersariorum libri IV, curante Petro Burmanno, Harlingae, 1742
Cl. Claudiani quae exstant Nic. Heinsius recensuit ac notas addidit, Lugduni Batauorum, 1650
Operum P. Ouidii Nasonis editio noua, N. Heinsius recensuit ac notas addidit, Amstelodami, 1662, 1658–61
ubi sine numero citatur uide Kohlmannianam Praefationem p. XVII
Helm (R.)
A: *de P. Papinii Statii Thebaide*, Berlin, 1892
B: 'Nachaugusteische nichtchristliche Dichter I', *Lustrum* 1 (1956) 272–99
Heuvel (H.)
Publii Papinii Statii Thebaidos liber I, uersione Bataua commentarioque exegetico instructus, (diss. Groningana), Zutphen, 1932
Hollis (A.S.)
Ovid Matamorphoses Book VIII, edited by A.S. Hollis, Oxford, 1970
Housman (A.E.)
A: 'Greek nouns in Latin poetry from Lucretius to Juvenal', *J. Phil.* 31 (1910) 236–66
B: 'A supposed anomaly of scansion in Statius', *PCPS* (1911) 12
C: 'AIOS and EIOS in Latin poetry', *J. Phil.* 33 (1914) 54–75
D: 'Notes on the *Thebais* of Statius', *CQ* 27 (1933) 1–16, 65–73
E: *D. Iunii Iuuenalis Saturae, edidit A.E. Housman*, Londinii, 1905
F: 'The *Siluae* of Statius', *CR* 20 (1906) 37–47
G: 'Notes on Seneca's tragedies', *CQ* 17 (1923) 163–72

H: 'Prosody and Method II', *CQ* 22 (1928) 1–10
K: *M. Manilii Astronomicon liber I, recensuit et enarrauit A.E. Housman*, Londinii, 1903
M. Annaei Lucani Belli Ciuilis libri X, edidit A.E. Housman, Oxonii, 1926
quae cum Wilkins communicauit, apud Wilkins laudata, sine numero citantur
Howard (C.L.)
'Notes on Statius', *TAPA* 90 (1959) 117–30
Huxley (H.H.)
'Statius *Thebaid* 10.935–39' *CP* 56 (1961) 253–54
Imhof (A.)
Emendata quaedam et obseruata in Statii Siluas, Halle, 1867
Statius, Lied von Theben, Deutsch von A. Imhof, mit gelegentlichen sachlichen und kritischen Erläuterungen, Ilmenau, Leipzig, 1885–89, unde sine numero citatur
Jahnke (R.)
Lactantii Placidi qui dicitur commentarios in Statii Thebaide recensuit Ricardus Jahnke, Lipsiae, 1898
Jortin (J.)
Miscellaneous observations upon authors, London, 1731
Ker (A.)
'Notes on Statius', *CQ* 47 (1953) 1–10, 175–82
Klinnert (T.C.)
P. Papini Stati Thebais, edidit Alfredus Klotz, editionem correctiorem curauit Thomas C. Klinnert, Leipzig, 1973
Klotz (A.)
A: 'ad Stati Achilleida symbolae criticae', *Philol.* 61 (1902) 292–310
B: 'Die Barthschen Statiushandschriften', *Rh. Mus.* 59 (1904) 373–90
C: 'Probleme der Textgeschichte des Statius', *Hermes* 40 (1905) 341–72
D: 'Klassizismus und Archaismus. Stilistiches zu Statius', *ALL* 15 (1908) 401–1'
E: 'Incessare', *ALL* 15 (1908) 484
F: 'Die Statiusscholien', *ALL* 15 (1908) 485–525
P. Papini Stati Thebais, edidit Alfredus Klotz, Lipsiae, 1908
Koch (H.A.)
Coniectaneorum in poetas Latinos pars II: In Statium, progr. Gymn. Frankfurt a. O., 1865, 4–17
Koestlin (H.)
A: 'Besserungen und Erläuterungen zu P. Papinius Statius', *Philol.* 35 (1876) 493–533
B: 'Besserungen und Erläuterungen zu P. Papinius Statius', *Philol.* 37 (1878) 276–93
quae cum Kohlmann communicauit, apud Kohlmann laudata, sine numero citantur
Kohlmann (P.)
P. Papinii Statii Achilleis et Thebais. recensuit Philippus Kohlmann, Lipsiae, 1884
Kooten (T. van)
notae manuscriptae in libro [*Statii Syluarum libri V, Thebaidos libri XII, Achilleidos libri II*, Parisiis, 1530] in Bibliotheca Britannica (*olim* Bibliotheca Musei Britannici) deposito
Krumbholz (G.)
'Der Erzählungsstil in der Thebaid des Statius', *Gl.* 34 (1955) 93–139, 231–60
Lachmann (K.)
Kleinere Schriften (zweiter Band zur Classischen Philologie), Berlin, 1876, 47–50
ubi sine numero citatur uide Kohlmannianam Praefationem p. XVII
Legras (L.)
Étude sur la Thébaïde de Stace, Paris, 1905

Lindenbrogius
Papinii Surculi Statii opera quae extant. edidit F. Tiliobroga, Parisiis, 1600
Löfstedt (E.)
Syntactica, Lund, 1928–33
Madvig (I.N.)
Aduersaria critica II, Hauniae, 1873, 152–57
Manitius (M.)
'Aus Dresdener Handschriften II', *Rh. Mus.* 57 (1902) 397–421
Markland (J.)
P. Papinii Statii Syluarum libri V, recensuit et notas atque adnotationes adiecit, Jer. Marklandus, Londinii, 1728
Mayer (R.)
'Two notes on Latin poets', *PCPS* 22 (1976) 56–58
Menke (F.A.)
cf. Kohlmannianam Praefationem p. XVII
Meurig-Davies (E.L.B.)
'Catullus and Statius: four notes', *CQ* 44 (1950) 31
Miedel (J.)
de Anachronismo qui est in P. Papinii Statii Thebaide et Achilleide, progr. Gymn. Passau, 1891–92
Mozley (J.H.)
Statius with an English translation by J.H. Mozley (Loeb Classical Library), London, 1928
Mueller (O.)
A: *Quaestiones Statianae*, progr. Berlin, 1861
B: 'zu den Gedichten des P. Papinius Statius', *Rh. Mus.* 18 (1863) 189–200
C: *Electa Statiana*, progr. Berlin, 1882
P. Papini Stati Thebais et Achilleis, recensuit O. Mueller, tom. I, Lipsiae, 1870
Mulder (H.M.)
Publii Papinii Statii Thebaidos liber II commentario exegetico aestheticoque instructus (diss. Groningana), Groningae, 1954
Mynors (R.A.B.)
P. Vergili Maronis Opera recognouit R.A.B. Mynors, Oxonii, 1969
Nauke (A.)
Obseruationes criticae et grammaticae in P. Papinium Statium, diss. Breslau, 1863
Nisard (M.)
Stace, Martial, Manilius etc. oeuvres complètes avec la traduction en français [*Theb.* I-IIII M. Arnould, V-XII M. Wartel] (Collection des auteurs latins avec la traduction en français publiée sous la direction de M. Nisard), Paris, 1884
Owen (S.G.)
'*Corpus Poetarum Latinorum* (Fasc. IV) edidit Iohannes Perciual Postgate', *CR* 19 (1905) 172–76
Paratore (E.)
'Note critiche ed esegetiche al teste dello Hercules Oetaeus', *Studia Enk Oblata*, Leiden, 1955
Parrhasius (J.)
quae apud Barth laudantur sine numero citantur
Pearce (T.E.V.)
'A pattern of word order in Latin poetry', *CQ* N.S. 18 (1968) 334–54
Peyraredus (J.)
cf. Kohlmannianam Praefationem p. XVI

Phillimore (J.S.)
quae cum Garrod communicauit, apud Garrod laudata, sine numero citantur
Pollack (E.)
Hippodromica, diss. inaug., Leipzig, 1890
Postgate (J.P.)
quae cum Wilkins communicauit, apud Wilkins laudata, sine numero citantur
Poynton (J.B.)
A: 'Two notes on the *Thebaid* of Statius', *CR* 54 (1940) 13
B: 'Two notes on Statius' *Thebaid*' *CR* N.S. 3 (1953) 145
C: 'Statius' *Thebaid*', *CR* N.S. 13 (1963) 259–61
Queck (G.)
Publius Papinius Statius. recognouit Gustauus Queck, tom. II, *Thebais*, Lipsiae, 1854
Richards (H.)
'Varia Latina', *CQ* 5 (1911) 102–03
Sandstroem (C.E.)
Studia critica in P. Papinium Statium, Upsala, 1878
Scaliger (I.I.)
cf. Kohlmannianam Praefationem p. XVI
Schrader (J.)
emendationes editae sunt apud Mauricii Hauptii *Opuscula*, uol. III, Leipzig, 1875
Schulze (W.)
Orthographica, Marpurgi Chattorum, 1894
Schwering (W.)
'*deus* und *diuus*', *Indog. Forsch.* 34 (1914–15) 1–44
Scriuerius
cf. Kohlmannianam Praefationem p. XVII
Semple (W.H.)
'Vergil, *Georgics* 3.116–17', *CR* 60 (1946) 62
Slater (D.A.)
quae cum Garrod communicauit, apud Garrod laudata, sine numero citantur
Snijder (H.)
P. Papinius Statius Thebaid, a commentary on book III (diss. Amsterdam), Amsterdam, 1968
Unger (R.)
P. Papinii Statii Ecloga ultima. accedunt de Statii locis controuersis coniectanea, Nouae Strelitiae, 1868
Valckenaer (?)
quae apud Kohlmann laudantur sine numero citantur
Venini (P.)
P. Papini Stati Thebaidos liber XI, introduzione, testo critico, commento e traduzione a cura di Paola Venini, Firenze, 1970
'Lac uernum', *Athenaeum* 70 (1982) 256–57
Vessey (D.W.T.C.)
Statius and the Thebaid, Cambridge, 1973
Vollmer (F.)
'Textkritisches zu Statius', *Rh. Mus.* 51 (1896) 27–44
P. Papinii Statii Siluarum libri herausgegeben und erklärt von Friedrich Vollmer, Leipzig, 1898
Wakefield (G.)
T. Lucretii Cari de Rerum Natura libros VI longe emendatiores reddidit G. Wakefield, Londini, 1796
Tragoediarum delectus edidit et illustrauit G. Wakefield, Londini, 1794

Walker (W.S.)
Corpus Poetarum Latinorum edidit Gulielmus Sidney Walker, London, 1828

Weber (C.F.)
de Codice Statii Cassellano, progr. Marburg, 1853

Weber (W.E.)
Corpus Poetarum Latinorum ĕdidit Gulielmus Ernestus Weber, Francofurti ad Moenum, 1833

Wernsdorf (J.C.)
Museum Criticum (F. Stosch, Lemgouiae) 1 (1774)

Weyman (C.)
Compte rendu du quatrième Congrès scientifique international des catholiques tenu à Fribourg, Suisse, Fribourg, 1898

Wilamowitz (U. von)
A: 'Die sieben Thore Thebens', *Hermes* 26 (1891) 212
B: 'Lesefrüchte', *Hermes* 33 (1898) 513–33

Wilkins (A.S.)
P. Papinius Statius, *Thebaidos* libri XII recogniti ab Augusto S. Wilkins (*Corpus Poetarum Latinorum edidit Iohannes Perciual Postgate*, tom. II 308–85) Londini, 1905

Williams, (R.D.)
A: 'Some passages in Statius', *Cambridge University Reporter*, 6 June 1951, 1353–54 (idem ac Williams C sed breuiatum)
B: 'The local ablative in Statius', *CQ* 45 (1951) 143–46
C: 'Some passages in Statius', *PCPS* 181 (1950–51) 16–17
P. Papini Stati Thebaidos liber X edited with a commentary by R.D. Williams, Lugduni Batauorum, 1972

Wiman (G.)
'Papiana', *Eranos* 35 (1937) 1–21

Woestijne (P. van de)
'Note sur une passage de Lactantius Placidus', *Latomus* 5 (1946) 181–84

Zander (C.)
cf. Håkanson B 23

Addenda et Corrigenda

In textu:

1.469: ***pro*** aur ***lege*** aut
1.615: ***pro*** profunda ***lege*** profundo
1.620: ***pro*** estiamnum ***lege*** etiamnum
2.13: ***pro*** furrigineum ***lege*** ferrugineum
2.199: ***pro*** auxillio ***lege*** auxilio
2.246: ***pro*** animaque, hi ***lege*** animaque litant, hi
2.383: ***pro*** arue ***lege*** arua
2.481: ***pro*** tecitoque ***lege*** tacitoque
2.487: ***pro*** tactioquc ***lege*** tacitoque
2.538: ***pro*** cocntorta ***lege*** contorta
2.580: ***pro*** nodo ***lege*** nudo
2.609: ***pro*** bell ***lege*** bella
2.644: ***pro*** iuculo ***lege*** iaculo
2.669: ***pro*** negrant ***lege*** negant
2.685: ***pro*** oaligine ***lege*** caligine
2.700: ***pro*** moua ***lege*** noua
3.95: ***post*** ferebant ***punctum pone***
3.200: ***post*** parentes ***punctum pone***
3.285: ***pro*** inactas ***lege*** iactas
3.383: ***pro*** culuit ***lege*** caluit
3.475: ***pro*** lucisquas ***lege*** lucis quas
3.685: ***post*** astris ***punctum pone***
3.700: ***pro*** quem dabant ***lege*** quem fata dabant
4.126: ***pro*** pylos ***lege*** Pylos
4.411: ***pro*** necc ***lege*** nec
4.441: ***pro*** fugi ***lege*** fugit
4.710: ***post*** annum ***punctum pone***
4.808: ***pro*** umpulit ***lege*** impulit
4.845: ***pro*** minas ***lege*** minax
5.129: ***pro*** pormittit ***lege*** promittit
5.192: ***pro*** dederat Cytherea ***lege*** dederat mites Cytherea
5.226: ***pro*** aequaeuum exarmata ***lege*** aequaeuum soror exarmata
5.269: ***pro*** nex ***lege*** nec
5.417: ***pro*** Mppsi ***lege*** Mopsi
5.720: ***pro*** distusque ***lege*** dictusque
6.188: ***pro*** fera duras ***lege*** fera seu duras
6.632: ***pro*** taccito ***lege*** tacito
6.772: ***pro*** interger ***lege*** integer
6.788: ***pro*** tot ***lege*** toto
7.75: ***pro*** ruerentia ***lege*** reuerentia
7.98: ***pro*** purer ***lege*** puer
7.337: ***pro*** caerlus ***lege*** caerulus
7.530: ***pro*** umpulsu ***lege*** impulsu
7.572: ***pro*** quid ***lege*** quis
7.665: ***pro*** Parcite ***lege*** parcite
7.670: ***post*** atris ***punctum dele***
7.678: ***pro*** morture ***lege*** moriture
7.683: ***pro*** cruor.occidis ***lege*** cruor. occidis
8.58: ***pro*** Tartar ***lege*** Tartara
8.293: ***pro*** sustenare ***lege*** sustentare
8.420: ***post*** caduntque ***punctum pone***
8.522: ***pro*** Archeloius ***lege*** Acheloius
8.555: ***pro*** Aduena ***lege*** aduena
8.669: ***pro*** luctas ***lege*** luctus
9.94: ***pro*** also ***lege*** alto
9.150: ***pro*** cuccurit ***lege*** cucurrit
9.397: ***post*** tuorum ***comma pone***
9.398: ***post*** saeue ***comma pone***
9.458: ***pro*** uadem ***lege*** uadum
9.618: ***pro*** ostendid ***lege*** ostendi
9.723: ***pro*** forest ***lege*** fores
9.863: ***pro*** fristra ***lege*** frustra
10.340: ***pro*** deducui ***lege*** dedecui
10.435: ***pro*** tot ***lege*** toto
10.479: ***pro*** ungala ***lege*** ungula
10.498: ***pro*** turque ***lege*** tuque
10.660: ***pro*** reneident ***lege*** renident
10.835: ***pro*** sey ***lege*** seu
10.908: ***pro*** santarum ***lege*** sanctarum
11.59: ***pro*** bell ***lege*** bella
11.83: ***pro*** uires laeta ***lege*** uires, mea laeta
11.312: ***pro*** ore ***lege*** ora
11.383: ***pro*** obstretperet ***lege*** obstreperet
11.425: ***pro*** audit ***lege*** audiit
11.693: ***pro*** opra ***lege*** ora
11.745: ***pro*** ei st ***lege*** et si
12.194: ***pro*** castissumus ***lege*** castissimus
12.199: ***pro*** cause ***lege*** causa
12.276-7: ***pro*** Persephonen...Persephonen ***lege*** 'Persephonen'...'Persephonen'
12.329: ***pro*** partriae ***lege*** patriae
12.401: ***pro*** uretice ***lege*** uertice
12.478: ***pro*** pluar ***lege*** plura
12.491: ***pro*** numus ***lege*** nemus
12.492: ***pro*** oliaue ***lege*** oliuae
12.738: ***pro*** uitrus ***lege*** uirtus
12.767: ***pro*** frustras ***lege*** frustra

Pagina 230 in margine: ***pro*** 380 (*prius*) ***lege*** 370

Hi uersus in paginam propinquam mouendi sunt ut cum apparatu critico congruant: 2.327, 356-57; 3.101, 717; 5.348; 8.268, 634-35, 697

In apparatu critico:

1.55: ***pro*** *Klotz (E 487)* ***lege*** *Klotz (F 487)*
1.281: ***pro*** misere ***lege*** miserere
1.290: ***pro*** latices etenim D^1 ***lege*** ⁚latices ⁚etenim D^1
1.561: ***pro*** -ant P ***lege*** -ạnt P
2.338: ***pro*** lactantia ***lege*** iactantia
3.466: ***ante*** Hunc P; ***adde*** Huc DδOv :
3.558: ***pro*** *spuman* ***lege*** *spumam*
5.78: ***pro*** *Luc. 1.c.,* ***lege*** *Luc. l.c.,*
5.476: ***pro*** 'an ***lege*** *'an*
5.524: ***pro*** *deuita* ***lege*** *de uita*
5.650: ***pro*** suprum ***lege*** superum
5.745: ***lege*** -das
6.150-55: ***pro*** *Beraldum* ***lege*** *Beraldo*
6.250: ***pro*** *uoluit; cunctos* ***lege*** *uoluit;* cunctos
6.456: ***dele*** *3.487,*
pro [7.] 279 ***lege*** 271
7.271: ***pro*** t^1r^1 ***lege*** T^1r^1
7.297: ***pro*** *qui contra dixit* ***lege*** *cui contradixit*
8.5: ***pro*** *sed* artus...*et cf.* ***lege*** artus *interpretantes accusatiuum cum* conditus, *sed cf.*
9.218: ***pro*** *exhortationem* ***lege*** *exhortationes*
10.428: ***pro*** iancentis ***lege*** iacentis
10.441: ***pro*** Vollmer 32 ***lege*** *Vollmer 32*
11.104: ***pro*** Σ *11 83* ***lege*** Σ *11.83*
12.246: ***ante*** *, uide ad 3.199* ***adde*** : doloris NfMμv

Pagina 333: ***pro*** uide ad p. v ***lege*** uide ad p. ix

CONSPECTVS SIGLORVM

P codex Parisinus 8051 (Puteaneus) saec. IX/X
ω ceteri codices aut omnes aut omnes praeter eos qui separatim laudantur

D codex Collegii S. Iohannis apud Cantabrigienses D 12 saec. X/XI
N codex Genauensis Bodmerianus (olim Cheltoniensis) saec. X/XI
t codex Bruxellensis 5337 saec. XI
Θ codex Matritensis 10039 saec. XI (8.739–12.819)
δ codex Parisinus 8054 saec. XIII
O codex Collegii Magdalensis apud Oxonienses Lat. 18 saec. XII

f codex Monacensis 6396 saec. XI
M codex Mediceus plut. 38.6 saec. XI
V fragmentum Vindobonense 15480 saec. XI (2.414–446, 448–80, 3.1–27, 30–61, 268–335, 472–539, 4.144–280, 7.21–52, 56–86, 10.221–46, 255–81, 11.573–605, 607–761, 12.2–34, 36–68)

L codex Lipsiensis I 12 saec. XI

μ codex Monacensis Clm 312 saec. XII
ν codex Monacensis Clm 19481 saec. XII/XIII

C codex Cassellanus 164 saec. XI
Q codex Parisinus 13046 saec. X

B codex Bambergensis Class. 47 (olim Lat. M IV 11) saec. XI
b codex Bernensis 156 saec. XI

T codex Parisinus Nouv. acq. lat. 1627 saec. X/XI
W fragmenta Vigorniensia saec. X/XI (2.70–469, 10.753–11.100)
r codex Roffensis Mus. Brit. Reg. 15 C X saec. XI

Rarius citantur:
S codex Parisinus 13046 (Sangermanensis) saec. XI
K codex Guelferbytanus (Gudianus 54) saec. XI
g codex Leidensis 374 saec. XI
Λ fragmentum Lipsiense I 12 a saec. X (4.352–753)
frg. Monast. fragmenta Monasteriensia Deycksii saec. XII? (3.334–473, 693–4.97, 379–520, 725–5.4)
frg. Werd. fragmenta Werdensia saec. XI (9.235–304, 726–56, 761–91, 865–10.12, 298–368)
frg. Dessau fragmentum Dessauiense saec. XI (9.230–353)
x fragmentum Londinii Gothorum saec. XI/XII (7.693–777)
ς codices recentiores
Σ scholia uel scholiasta; laudatur imprimis *Lactantii Placidi qui dicitur commentarios in Statii Thebaida recensuit Ricardus Jahnke*, Lipsiae, 1898
Σ *Valenc.* codex Valentianensis 394 saec. VIIII/X

P^1, Q^1 etc. *ipsius librarii manus*
L^{σ}, Q^{σ} etc. *addit uel corrigit idem qui scholia scripsit*
B^c, t^c etc. *addit uel corrigit manus aequalis*
r^2, B^2, B^3 etc. *addit uel corrigit manus paulo recentior*
P^r, T^r etc. *addit uel corrigit manus multo recentior*
(P), (N) etc. *foliis pristinis amissis, folia recentiora addita sunt*
regens N : *ex* repens B^r etc. *manus multo recentior* repens (B^1) *in* regens *mutauit quod post* ↑ *apparet supra lineam scriptum est*
OLD *Oxford Latin Dictionary*, Oxford, 1968–82
TLL *Thesaurus Linguae Latinae*, Lipsiae, 1900–

MATRI DVLCISSIMAE
ET
IN MEMORIAM
PATRIS BENIGNISSIMI

P. PAPINI STATI

THEBAIDOS

LIBER I

Fraternas acies alternaque regna profanis
decertata odiis sontesque euoluere Thebas
Pierius menti calor incidit. unde iubetis
ire, deae? gentisne canam primordia dirae,
Sidonios raptus et inexorabile pactum
legis Agenoreae scrutantemque aequora Cadmum?
longa retro series, trepidum si Martis operti
agricolam infandis condentem proelia sulcis
expediam penitusque sequar, quo carmine muris
iusserit Amphion Tyriis accedere montes,
unde graues irae cognata in moenia Baccho,
quod saeuae Iunonis opus, cui sumpserit arcus
infelix Athamas, cur non expauerit ingens
Ionium socio casura Palaemone mater.
atque adeo iam nunc gemitus et prospera Cadmi
praeteriisse sinam: limes mihi carminis esto
Oedipodae confusa domus, quando Itala nondum
signa nec Arctoos ausim spirare triumphos
bisque iugo Rhenum, bis adactum legibus Histrum
et coniurato deiectos uertice Dacos

---

5 raptọs ↑ u *s.* -o- P^r 10 Tyriis *Gronouius: 'rectius quippe dices Thebanis muris accedere saxa, quam saxa Thebana accedere muris: etsi eadem saxa alio loco bene possis dicere Thebana', cl. 12.693* : tyrios ↑ /lis D^1t^1 : tyrios PωΣ, *Ps. Acron ad Hor. C. 3.11.2; frustra defendit* Tyrios *Mueller cl. 1.181, Verg. Aen. 11.131* 11 cognota P 12 arcus Pω : arcum D(N)tOLμνbC^2TΣ 15 adeo Pω : adeo ↑ i.ideo O^1 : ideo *ex* adeo Q^2 : ideo D(N)L^2μCB^3 : ịdeo ↑ a *s.* i- δ^r, *uide ad 10.218* 16 limes PωΣ : limen *Baehrens* 18 spirare P^1t, *Heinsius ad Ou. Met. 5.348* : sperare P^rωΣ, *cf. 6.604, 10.248 ubi similis permutatio* 20 coniurato deiectos ω : *ex* -tos deiecto P^r

aut defensa prius uix pubescentibus annis
bella Iouis. tuque, o Latiae decus addite famae
quem noua maturi subeuntem exorsa parentis
aeternum sibi Roma cupit (licet artior omnes
limes agat stellas et te plaga lucida caeli,
Pliadum Boreaeque et hiulci fulminis expers,
sollicitet, licet ignipedum frenator equorum
ipse tuis alte radiantem crinibus arcum
imprimat aut magni cedat tibi Iuppiter aequa
parte poli), maneas hominum contentus habenis,
undarum terraeque potens, et sidera dones.
tempus erit, cum Pierio tua fortior oestro
facta canam: nunc tendo chelyn; satis arma referre
Aonia et geminis sceptrum exitiale tyrannis
nec furiis post fata modum flammasque rebelles
seditione rogi tumulisque carentia regum
funera et egestas alternis mortibus urbes,
caerula cum rubuit Lernaeo sanguine Dirce
et Thetis arentes adsuetum stringere ripas
horruit ingenti uenientem Ismenon aceruo.
quem prius heroum, Clio, dabis? inmodicum irae
Tydea? laurigeri subitos an uatis hiatus?
urguet et hostilem propellens caedibus amnem
turbidus Hippomedon, plorandaque bella proterui
Arcados atque alio Capaneus horrore canendus.
  impia iam merita scrutatus lumina dextra
merserat aeterna damnatum nocte pudorem
Oedipodes longaque animam sub morte trahebat.
illum indulgentem tenebris imaeque recessu

22 Ioui *Lachmann 47, sed recte cft Mueller Silu. 1.179* tuque o P$^{c/r}$ω : teque o P^{1}S^{2}, *Gronouius* : tuque ut *Lachmann* 23 mature *Lachmann, sed cf. Heuvel cl. Verg. Aen. 5.73, Hor. C. 4.4.55, Ou. Met. 8.617 etc.* 28 late *Schrader* 31 sidera dones *i.e. caelum contemnas, cf. Silu. 1.1.105–07, Theb. 7.556; perperam interpretantur edd.: 'tuos astris inferas'* 32 pierio Σ : pierio ↑ /laurigero P^{c} : laurigero ↑ /pierio D^{1}t^{1} : laurigero ω; Pierio *respondet ad* Pierius *(3),* laurigero *ex* laurigeri *(42) in textum receptum est* 33 tento *Gronouius, sed cf. 8.374 distinctionem post* chelyn *deleuit Bentley* 43 hostilem...amnem PD(N)δOCQ : -le...agmen ω : *ex* -lem...amnem L^{1}ν^{2}Σ : -lem...agmen (↑ amnem) t^{c} : -le...amne Tr : -lem...agmen S 45 alto *Friesemann, uide ad 4.308, sed cf. Σ1.45, 8.374* 48 morte P : nocte ↑ /morte D^{1}O^{1} : nocte *(e 47)* ω, *Σ11.582,* morte *tamen explicans* trahebat *Σ11.582* : tenebat ↑ /trahebat t^{c}δ^{c} : tenebat Pω : tere- ↑ n r^{2}

sedis inaspectos caelo radiisque penates
seruantem tamen adsiduis circumuolat alis
saeua dies animi, scelerumque in pectore Dirae.
tunc uacuos orbes, crudum ac miserabile uitae
supplicium, ostentat caelo manibusque cruentis
pulsat inane solum saeuaque ita uoce precatur:
'di, sontes animas angustaque Tartara poenis
qui regitis, tuque umbrifero Styx liuida fundo,
quam uideo, multumque mihi consueta uocari
adnue, Tisiphone, peruersaque uota secunda:
si bene quid merui, si me de matre cadentem
fouisti gremio et traiectum uulnere plantas
firmasti, si stagna peti Cirrhaea bicorni
interfusa iugo, possem cum degere falso
contentus Polybo, trifidaeque in Phocidos arto
longaeuum implicui regem secuique trementis
ora senis, dum quaero patrem, si Sphingos iniquae
callidus ambages te praemonstrante resolui,
si dulces furias et lamentabile matris
conubium gauisus ini noctemque nefandam
saepe tuli natosque tibi, scis ipsa, paraui,
mox auidus poenae digitis caedentibus ultro
incubui miseraque oculos in matre reliqui:
exaudi, si digna precor quaeque ipsa furenti
subiceres. orbum uisu regnisque carentem
non regere aut dictis maerentem flectere adorti,
quos genui quocumque toro; quin ecce superbi
— pro dolor! — et nostro iamdudum funere reges
insultant tenebris gemitusque odere paternos.

---

53 Tunc ω : Ṇunc ↑ T Q[1] : Tum P 55 Palpat ↑ u *s.* -a-, s *s.* -p- P[1] inane solum *recte Σ: 'inania Tartara', cf. 4.477–78; Gronouius interpretatus est: 'uacui oculorum loci' quod approbauit Klotz (E 487) cl. Plaut. Men. 156* 63 possem PD(N)δ : possim ω 64 arto ω : arto ↑ ce P[r]L[2] : aruo ↑ t C[1], aruo C[2]*mg.* : arto ↑ u Q[1] : arce D(N)δO : *ex* ar≡≡ M[2]*ν* 72 miserosque *Garrod* matre Pω : *in ras.* t[1] : mente ς, *Bentley* : morte *Peyraredus; sed recte explicat Barth: 'quia suspensam eam inueniens dirupit restim, seque cadaueri iniectum exoculauit'* 74 carentem PδLμC[2]r[2], Σ *1.56* : parentem ωΣ 77 *uersum eiciendum censuit Barth* funere ω : in funere P[r] : <u>in</u> funere Oς

hisne etiam funestus ego? et uidet ista deorum
ignauus genitor? tu saltem debita uindex
huc ades et totos in poenam ordire nepotes.
indue quod madidum tabo diadema cruentis
unguibus abripui, uotisque instincta paternis
i media in fratres, generis consortia ferro
dissiliant. da, Tartarei regina barathri,
quod cupiam uidisse nefas, nec tarda sequetur
mens iuuenum: modo digna ueni, mea pignora nosces.'
   talia dicenti crudelis diua seueros
aduertit uultus. inamoenum forte sedebat
Cocyton iuxta, resolutaque uertice crines
lambere sulphureas permiserat anguibus undas.
ilicet igne Iouis lapsisque citatior astris
tristibus exiluit ripis: discedit inane
uulgus et occursus dominae pauet. illa per umbras
et caligantes animarum examine campos
Taenariae limen petit inremeabile portae.
sensit adesse Dies, piceo Nox obuia nimbo
lucentes turbauit equos; procul arduus Atlans
horruit et dubia caelum ceruice remisit.
arripit extemplo Maleae de ualle resurgens
notum iter ad Thebas; neque enim uelocior ullas
itque reditque uias cognataue Tartara mauult.
centum illi stantes umbrabant ora cerastae,
turba minor diri capitis; sedet intus abactis
ferrea lux oculis, qualis per nubila Phoebes

---

81 poenam in totos *Baehrens, sed cf. e.g. 3.395, 5.66, Housman ad Man. 1.245* 83 abripui P : arr- δς : abrupi ω : arr- (N), *uide ad 1.122* 85 Σ: *'multi* dissiciant *legunt'* 87 dira *Lachmann* : diua *Mueller* modo...mea Pω : modo *(*↑ *]*mea*)*...mea O[1] : mea...modo ς : mea digna (ueni modo) p. n. *Baehrens* : *alii alia, sed sensus est: nisi digna uenies, mea pignora non nosces, cf. Housman D1–2* 99 caelum ↑ *]*os D[1] : -lo (N) 102 cognataue ω : -que PδQΣ; *cf. Mueller ad 3.377: 'particula copulatiua negandi uim ex negatione praecedente reuocare potest intra unius quidem enuntiati fines, ueluti 1.246, 2.166, 3.504, 560, 4.252, 411, 5.276, 645, in plena autem altera sententia Statius aut negationem iterum pronuntiat, aut utitur disiunctiuis uocibus* -ue, aut, *ueluti 1.102, 3.84, 4.421, 5.752, 8.98, 12.529'; sed etiam intra unius enuntiati fines disiunctio inuenitur uim ex negatione praecedente reuocans si aptior est quam copula, cf. 1.643, 3.351, 475, 571, 702, 4.410, 739, 822, 5.123, 455, 6.712, 870, 7.187, 383, 613, 637, 8.6, 530, 9.444, 612, 10.3, 11.318, 12.147 et praecipue 5.55, 8.588, 9.537, 611* 104 minor Pω : minax *Lachmann 47; sed opposita est maior turba quae non ora umbrabat sed in capitis reliquis partibus stabat, cf. Housman D 2*

Atracia rubet arte labor; suffusa ueneno
tenditur ac sanie gliscit cutis; igneus atro
ore uapor, quo longa sitis morbique famesque
et populis mors una uenit; riget horrida tergo
palla, et caerulei redeunt in pectora nodi:
Atropos hos atque ipsa nouat Proserpina cultus.
tum geminas quatit ira manus: haec igne rogali
fulgurat, haec uiuo manus aera uerberat hydro.
ut stetit, abrupta qua plurimus arce Cithaeron
occurrit caelo, fera sibila crine uirenti
congeminat, signum terris, unde omnis Achaei
ora maris late Pelopeaque regna resultant.
audiit et medius caeli Parnasos et asper
Eurotas, dubiamque iugo fragor impulit Oeten
in latus, et geminis uix fluctibus obstitit Isthmos.
ipsa suum genetrix curuo delphine uagantem
abripuit frenis gremioque Palaemona pressit.
atque ea Cadmeo praeceps ubi culmine primum
constitit adsuetaque infecit nube penates,
protinus attoniti fratrum sub pectore motus,
gentilisque animos subiit furor aegraque laetis
inuidia atque parens odii metus, inde regendi
saeuus amor, ruptaeque uices iurisque secundi
ambitus impatiens, et summo dulcius unum
stare loco, sociisque comes discordia regnis.
sic ubi delectos per torua armenta iuuencos
agricola imposito sociare adfectat aratro,

---

106 labor ωΣ : *ex* color P^{1} : labor ↑ /color M^{σ} : color *in ras.* f^{2}; color *fortasse e* Σ: *'qualis color est lunae deficientis'*   110 pectore δQ   112 tum Σ : Tunc Pω; *cf. Housman E xxi docentem* tum *ante* c-, g-, qu- *in* tunc *a librariis saepe mutatum esse (sed cf. 11.29–30), cf. etiam 1.478, 2.316, 673, 3.333, 6.39, 722, 921, 7.66, 675, 8.55, 651, 9.5, 127, 875, 11.487, 12.318, 774, uide ad 6.527*   ira Pω : ira ↑ /illa $DQ^{2}r^{2}$: illa ↑ /ira O^{1} : illa (N)δ : usque ↑ /ira C   manus Pω : *ex* minas $D^{2?}$: manus ↑ minas O^{1} : minas bT : minas ↑ minaus r^{2} : minax *Heinsius 1.5.52* : minans *Gronouius; sed suspicor* minas *natum e* geminas   118 parnassos P : -na≡sos B : -nasus ↑ /o t^{1} : -nas(s)us ω; *cf. 7.346*   122 Abripuit PBCQS : Arripuit D(N)tδOMLμνb : Aripuit f, *cf. 1.83, 603, 5.498, 6.659, 7.316, 10.821, Ach. 1.502, 784, 2.21 ubi similis permutatio*   126 Gentilisque P : -esque ωΣ; *sed* Σ *explicat* -isque   129 uno D : uni *N. Heinsius*   130 regnis *ex* regni $D^{2}\nu^{1}$: -ni *ex* -nis T^{1} : regni *Scaliger cl. Luc. 1.92, sed cf. Ou. Met. 5.378–79*

illi indignantes, quis nondum uomere multo
ardua nodosos ceruix descendit in armos,
in diuersa trahunt atque aequis uincula laxant
uiribus et uario confundunt limite sulcos:
haud secus indomitos praeceps discordia fratres
asperat. alterni placuit sub legibus anni
exilio mutare ducem. sic iure maligno
fortunam transire iubent, ut sceptra tenentem
foedere praecipiti semper nouus angeret heres.
haec inter fratres pietas erat, haec mora pugnae
sola nec in regem perduratura secundum.
et nondum crasso laquearia fulua metallo,
montibus aut alte Grais effulta nitebant
atria, congestos satis explicitura clientes;
non impacatis regum aduigilantia somnis
pila, nec alterna ferri statione gementes
excubiae, nec cura mero committere gemmas
atque aurum uiolare cibis: sed nuda potestas
armauit fratres, pugna est de paupere regno.
dumque uter angustae squalentia iugera Dirces
uerteret aut Tyrii solio non altus ouaret
exulis ambigitur, periit ius fasque bonumque
et uitae mortisque pudor. quo tenditis iras,
a, miseri? quid si peteretur crimine tanto
limes uterque poli, quem Sol emissus Eoo
cardine, quem porta uergens prospectat Hibera,
quasque procul terras obliquo sidere tangit
auius aut Borea gelidas madidiue tepentes
igne Noti? quid si Phrygiae Tyriaeque sub unum
conuectentur opes? loca dira arcesque nefandae
suffecere odio, furiisque inmanibus emptum

---

144 fulua Pω : fulta ↑]fulua t^1M^1 : fulta fLμνC^2 148 ferri *cf. 3.80, 4.145; perperam explanat Bentley: 'uerb. pass.'* 155 irae *Lachmann* 157 mensurus f : mensurus ↑]emissus M^1 : emersus *Heinsius ad Ou. F. 3.399* 158 porta...Hibera ϛ, *Gruter cl. 10.1, cf. etiam 7.35* : portu...Hibero Pω 161 quid si ω : *in ras.* t^1 : non ≡≡≡≡si ↑]quid P^c : non si Σ -que PD(N) : -ue in *in ras.* ↑]que t^1 : -ue ωΣ 162 *om.* t, *add. mg.* t^1 loca Pω : sola *Postgate*

Oedipodae sedisse loco. iam sorte carebat
dilatus Polynicis honos. quis tunc tibi, saeue,
quis fuit ille dies, uacua cum solus in aula
respiceres ius omne tuum cunctosque minores,
et nusquam par stare caput! iam murmura serpunt
plebis Echioniae, tacitumque a principe uulgus
dissidet, et, qui mos populis, uenturus amatur.
atque aliquis, cui mens humili laesisse ueneno
summa nec impositos umquam ceruice uolenti
ferre duces, 'hancne Ogygiis,' ait, 'aspera rebus
fata tulere uicem, totiens mutare timendos
alternoque iugo dubitantia subdere colla?
partiti uersant populorum fata manuque
fortunam fecere leuem. semperne uicissim
exulibus seruire dabor? tibi, summe deorum
terrarumque sator, sociis hanc addere mentem
sedit? an inde uetus Thebis extenditur omen,
ex quo Sidonii nequiquam blanda iuuenci
pondera Carpathio iussus sale quaerere Cadmus
exul Hyanteos inuenit regna per agros,
fraternasque acies fetae telluris hiatu
augurium seros dimisit ad usque nepotes?
cernis ut erectum torua sub fronte minetur
saeuior adsurgens dempto consorte potestas.
quas gerit ore minas, quanto premit omnia fastu!
hicne umquam priuatus erit? tamen ille precanti
mitis et adfatu bonus et patientior aequi.

---

164 loco Pω : toro *Schrader* cadebat *Bernartius, sed cf.* Σ*1.312 et Gronouium: 'magnum mendum, dum tollere conatur, fecit Bernartius. utrum credidit* cadere dilatum sorte *esse "sorte differri" an* sorte cadere *dici ut "causa cadere"? utrouis tamen modo* ceciderat *erat dicendum...sensusque eius: Polynicen, dilato honore in proximum annum, sorte regnandi caruisse, quia euenerat illa Eteocli'; cf. 2.309* 165 tunc Pμνb : tum ω : non (N) 168 *post* caput *notam interrogationis ponunt edd., sed cf. Housman D 15* 186 erectum torua sub fronte PωΣ : e. t. sub fronte †]ceruice O[1] : e. t. ceruice D(N) : erecta toruum sub fronte *Baehrens* : e rictu torua s. f. *Mueller C 16* : erectus torua s. f. *Damsté A 355 notam interrogationis post* minetur *ponens* : *fortasse* erecta toruum ceruice, *sed cf. Verg. Aen. 3.636*

quid mirum? non solus erat. nos uilis in omnes
prompta manus casus, domino cuicumque parati.
qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus
uela trahunt, nutat mediae fortuna carinae,
(heu dubio suspensa metu tolerandaque nullis
aspera sors populis!) hic imperat, ille minatur.'
   at Iouis imperiis rapidi super atria caeli
lectus concilio diuum conuenerat ordo
interiore polo. spatiis hinc omnia iuxta,
primaeque occiduaeque domus et fusa sub omni
terra atque unda die. mediis sese arduus infert
ipse deis, placido quatiens tamen omnia uultu,
stellantique locat solio; nec protinus ausi
caelicolae, ueniam donec pater ipse sedendi
tranquilla iubet esse manu. mox turba uagorum
semideum et summis cognati nubibus Amnes
et compressa metu seruantes murmura Venti
aurea tecta replent. mixta conuexa deorum
maiestate tremunt, radiant maiore sereno
culmina et arcano florentes lumine postes.
postquam iussa quies siluitque exterritus orbis,
incipit ex alto (graue et inmutabile sanctis
pondus adest uerbis, et uocem fata sequuntur):
'terrarum delicta nec exaturabile Diris
ingenium mortale queror. quonam usque nocentum

---

196 mors ↑ s P^1 197 imperiis ω : imperio *ex* imperii P^1 : imperiis ↑]o t^1 : imperio (N), *Klotz cl. 2.20, 7.77: 'paulo aliter si quid sentio 6.376, 10.2 ubi generaliter dicitur pluralis', quae redarguit Heuvel cl. Verg. Aen. 5.726, 784, 8.381 (ubi similis permutatio), 9.716* 199 iuxta ↑]iusta T^1r^1 : iusta (N)ς, *cf. 1.211, 6.649, 12.34, 589, Ach. 1.450 ubi similis permutatio; recte interpretatur* Σ: *'ut ostendat ad eum caeli locum numina conuenisse...unde sic uideantur omnia tamquam iuxta. ergo medium [i.e. altissimum] caeli locum dixit'* 200 et fusa *Markland ad Silu. 2.7.14* : effusa Pω 202 tamen *uide ad 1.480* uultu Pω : nutu δ, *Heinsius sed cf. 9.840, 11.6* 205 iuuet P, *cf. 3.354, 4.457, 9.694 ubi similis permutatio, uide ad 9.370* 206–07 amnes...uenti *edd. ante Garrod, uide ad 5.88* 209 tremunt ↑ f *s.* t- P^1, *uide ad 5.78* 213 facta ↑]fata ν^1 : facta δ, *uide ad 3.161* 214 exsaturabile Pς : exsuperabile ↑]exsaturabile O^1 : exsuperabile ω : exuperabile ↑]exatiabile D^1 : exsatiabile ς 215 quonam usque PtδfμCb^2Σ : quonamusque ↑]ad *s.* -nam- ν^1 : quoadusque *ex* quonamusque B^1 : quoadusque D(N)OMLQb^1

exigar in poenas? taedet saeuire corusco
fulmine, iam pridem Cyclopum operosa fatiscunt
bracchia et Aeoliis desunt incudibus ignes.
atque adeo tuleram falso rectore solutos
Solis equos, caelumque rotis errantibus uri,
et Phaethontea mundum squalere fauilla.
nil actum, neque tu ualida quod cuspide late
ire per inlicitum pelago, germane, dedisti.
nunc geminas punire domos, quis sanguinis auctor
ipse ego, descendo. Perseos alter in Argos
scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas.
mens cunctis imposta manet: quis funera Cadmi
nesciat et totiens excitam a sedibus imis
Eumenidum bellasse aciem, mala gaudia matrum
erroresque feros nemorum et reticenda deorum
crimina? uix lucis spatio, uix noctis abactae
enumerare queam mores gentemque profanam.
scandere quin etiam thalamos hic impius heres
patris et inmeritae gremium incestare parentis
appetiit, proprios (monstrum!) reuolutus in ortus.
ille tamen superis aeterna piacula soluit
proiecitque diem, nec iam amplius aethere nostro
uescitur; at nati (facinus sine more!) cadentes
calcauere oculos. iam iam rata uota tulisti,
dire senex. meruere tuae, meruere tenebrae
ultorem sperare Iouem. noua sontibus arma
iniciam regnis, totumque a stirpe reuellam
exitiale genus. belli mihi semina sunto
Adrastus socer et superis adiuncta sinistris
conubia. hanc etiam poenis incessere gentem
decretum; neque enim arcano de pectore fallax
Tantalus et saeuae periit iniuria mensae.'

219 adeo ↑]ideo T^1r^1 : ideo ↑]a P^c : ideo ω, *uide ad 10.218* 223 pelagus ↑]go D^1C^1 : -gus Pς 227 cunctis Pω : cunis *Bury 302* imposta ω : imposita P : imposita ς : impasta *Barth* : infesta *Barclay* : infausta *Cruceus* : in praua *Baehrens* : iniusta *Owen 174* : *alii alia sed omnes frustra* manet P(N)δO : manet ↑]mouet D^1 : mo≡et ↑]manet t^1 : mouet ω : *ex* manet M^{σ} munera *Koestlin A 498* 234 inmeritae ↑]e *s.* in- P^c 235 monstrum Dς, *Scaliger* : monstro Pω, Σ: *'nomine usus est pro aduerbio, i.e.*: monstro *pro* monstrose', Σ*10.796* 244 superis, a, iuncta *Lachmann*

sic pater omnipotens. ast illi saucia dictis
flammato uersans inopinum corde dolorem
talia Iuno refert: 'mene, o iustissime diuum,
me bello certare iubes? scis, semper ut arces
Cyclopum magnique Phoroneos incluta fama
sceptra uiris opibusque iuuem, licet improbus illic
custodem Phariae somno letoque iuuencae
extinguas, saeptis et turribus aureus intres.
mentitis ignosco toris: illam odimus urbem
quam uultu confessus adis, ubi conscia magni
signa tori tonitrus agis et mea fulmina torques.
facta luant Thebae: cur hostes eligis Argos?
quin age, si tanta est thalami discordia sancti,
et Samon et ueteres armis excinde Mycenas,
uerte solo Sparten. cur usquam sanguine festo
coniugis ara tuae, cumulo cur turis Eoi
laeta calet? melius uotis Mareotica fumat
Coptos et aerisoni lugentia flumina Nili.
quod si prisca luunt auctorum crimina gentes
subuenitque tuis sera haec sententia curis,
percensere aeui senium, quo tempore tandem
terrarum furias abolere et saecula retro
emendare sat est? iamdudum ab sedibus illis
incipe, fluctiuaga qua praeterlabitur unda
Sicanios longe relegens Alpheos amores:
Arcades hic tua (nec pudor est) delubra nefastis
imposuere locis, illic Mauortius axis
Oenomai Geticoque pecus stabulare sub Haemo
dignius, abruptis etiamnum inhumata procorum
reliquiis trunca ora rigent; tamen hic tibi templi
gratus honos; placet Ida nocens mentitaque manes
Creta tuos. me Tantaleis consistere tectis
quae tandem inuidia est? belli deflecte tumultus

---

255 Extinguas PD(N)tO : Restinguas ω, *cf.* Σ: '*bene* restinguas, *quia anima ignis est. ut Terentius in Adelphis* [*314*]: "*primo ipsi seni animam extinguerem*"...' *unde fortasse* extinguas *natum est, sed cf. Klotz:* 'restinguere *apud Statium nisi proprie non legitur*' 260 tanti *Gronouius cl. Ou. Met. 2.424* 264 fumat ω : -ant P[1] : -ant *Mueller* 268 a quo *Madvig 153* : atque hoc...sat est: iamdudum *Sandstroem 40* 279 tectis Pω : tectis ↑ |terr ν[2] : terris ↑ |tectis M[1] : terris fQ : regnis D : considere regnis *uel* terris *Heinsius; cf. Verg. Aen. 4.349, 1.541*

et generis miseresce tui. sunt impia late
regna tibi, melius generos passura nocentes.'
  finierat precibus miscens conuicia Iuno.
at non ille grauis dictis, quamquam aspera motu,
reddidit haec: 'equidem haud rebar te mente secunda
laturam, quodcumque tuos, licet aequus, in Argos
consulerem, neque me, detur si copia, fallit
multa super Thebis Bacchum ausuramque Dionen
dicere, sed nostri reuerentia ponderis obstat.
horrendos etenim latices, Stygia aequora fratris,
obtestor, mansurum et non reuocabile uerbum,
nil fore quod dictis flectar. quare impiger alis
portantes praecede Notos, Cyllenia proles,
aera per liquidum regnisque inlapsus opacis
dic patruo: superas senior se attollat ad auras
Laius, extinctum nati quem uulnere nondum
ulterior Lethes accepit ripa profundi
lege Erebi; ferat hic diro mea iussa nepoti:
germanum exilio fretum Argolicisque tumentem
hospitiis, quod sponte cupit, procul impius aula
arceat, alternum regni infitiatus honorem.
hinc causae irarum, certo reliqua ordine ducam.'
  paret Atlantiades dictis genitoris et inde
summa pedum propere plantaribus inligat alis
obnubitque comas et temperat astra galero.
tum dextrae uirgam inseruit, qua pellere dulces
aut suadere iterum somnos, qua nigra subire
Tartara et exangues animare adsueuerat umbras.

---

281 misere D(N)δTr   283 precibus miscens P(N)δfMQ : miscens precibus ω   284 motu ω : -u*s* P : motus *Gruter* : graui dictis, quamquam aspera, motu *Barth* : deae dictis, quamquam aspera, motus *temptat Courtney*   287 si detur PD(N)tδ   288 thebas P   290 etenim latices PBδO : latices etenim D^1 : latices etenim ω   291 et non reuocabile ς, *edd. plerique ante Kohlmann* : et inreuocabile Pω : atque inreocabile *ex* et in- μ^1 : atque in- ς, *edd. plerique inde a Kohlmann* : hoc et in- Q : ita et in- *Baehrens 843*   uerbum ς, *Scriuerius* : uerum Pω; *cf. Hor. Epp. 1.18.71*   292 quod Pω : quod ↑ lquo ν^2 : quo ↑ lquod M^1 : quo DtfLμQ : qu≡ ↑ o O   alis ς : ales Pω   295 attollat PtfMQTrS : adtollat L^{σ} : tollat ↑ ut attollat O^1 : tollat ω   296 et extinctum P, *sed* Laius *semper dactylus apud Statium*   298 hic P : haec ω   302 ducam P(N)δO : dicam ω   306 Tunc D(N)tδb

desiluit, tenuique exceptus inhorruit aura.
nec mora, sublimes raptim per inane uolatus
carpit et ingenti designat nubila gyro.
 interea patriis olim uagus exul ab oris
Oedipodionides furto deserta pererrat
Aoniae. iam iamque animis male debita regna
concipit, et longum signis cunctantibus annum
stare gemit. tenet una dies noctesque recursans
cura uirum, si quando humilem decedere regno
germanum et semet Thebis opibusque potitum
cerneret; hac aeuum cupiat pro luce pacisci.
nunc queritur ceu tarda fugae dispendia, sed mox
attollit flatus ducis et sedisse superbus
deiecto iam fratre putat: spes anxia mentem
extrahit et longo consumit gaudia uoto.
tunc sedet Inachias urbes Danaeiaque arua
et caligantes abrupto sole Mycenas
ferre iter impauidum, seu praeuia ducit Erinys,
seu fors illa uiae, siue hac inmota uocabat
Atropos. Ogygiis ululata furoribus antra
deserit et pingues Baccheo sanguine colles.
inde plagam, qua molle sedens in plana Cithaeron
porrigitur lassumque inclinat ad aequora montem,
praeterit. hinc arte scopuloso in limite pendens
infames Scirone petras Scyllaeaque rura
purpureo regnata seni mitemque Corinthon
linquit et in mediis audit duo litora campis.
 iamque per emeriti surgens confinia Phoebi
Titanis late mundo subuecta silenti

---

314 animis Pω : animus OQ : animi *Mueller C 16, qualis genetiuus non inuenitur apud Statium, cf. 6.776, 886, 7.727* 317 decedere Pωr^2 : decere ↑ ǀdescendere T^{1}r^1 : descendere δ, *fortasse e 2.396* 319 laude ↑ ǀluce M^{1}L Q^{2}t^1, *sed* laude *natum e Verg. Aen. 5.230, 12.49* 320 ceu Pω : quid δ 322 iam P : se ω 323 praesumit *Baehrens; sed cf. 2.133, 10.563* 331 lassumque Pω : lassumque ↑ ǀlap M : lapsumque ↑ ǀlas t^1 : lapsumque DδOQbς, *cf. 4.357, 6.234, 451, 9.227, 848 ubi similis permutatio* 332 arto et scopuloso *Bentley, sed. cf. 2.502* 334 ditemque *Schrader cl. Hom. Il. 2.570, sed cf. Dilke ad Ach. 1.556–57* 337 subuecta Pμ : -u- *in ras.* O : subiecta *ex* subuecta C^2 : subuecta ↑ ǀiec D^1 : subiecta ↑ ǀu *s.* -i- ν^1 : subuehecta (N) : subiecta ωΣ; *citat* Σ *Verg. Aen. 12.287–88, sed cf. ibid. 5.721*

rorifera gelidum tenuauerat aera biga;
iam pecudes uolucresque tacent, iam Somnus auaris
inrepsit curis pronusque ex aethere nutat,
grata laboratae referens obliuia uitae.
sed nec puniceo rediturum nubila caelo
promisere iubar, nec rarescentibus umbris
longa repercusso nituere crepuscula Phoebo:
densior a terris et nulli peruia flammae
subtexit nox atra polos. iam claustra rigentis
Aeoliae percussa sonant, uenturaque rauco
ore minatur hiems, uenti transuersa frementes
confligunt axemque emoto cardine uellunt,
dum caelum sibi quisque rapit; sed plurimus Auster
inglomerat noctem, tenebrosa uolumina torquens,
defunditque imbres sicco quos asper hiatu
praesolidat Boreas; nec non abrupta tremescunt
fulgura, et attritus subita face rumpitur aether.
iam Nemea, iam Taenariis contermina lucis
Arcadiae capita alta madent; ruit agmine magno
Inachus et gelidas surgens Erasinus in undas.
puluerulenta prius calcandaque flumina nullae
aggeribus tenuere morae, stagnoque refusa est
funditus et ueteri spumauit Lerna ueneno.
frangitur omne nemus, rapiunt antiqua procellae

---

340 Inrepsit Pς : Inserpit ↑ Irepsit t^{1} : Inserpit ωΣ : Inrepit ς; *uel uarietas temporum displicuit librariis (sed cf. 2.326–28, 4.421–22, 5.170–71, 7.806–07, 8.354–55), uel* inserpit *natum est e Verg. Aen. 2.269 uel e litterarum permutatione; cf. 8.217*   ex aethere Pς : per aera ω, *cf. 2.596, 6.385, 9.285, 454, 552, 10.459 ubi similis permutatio*   345 a terris Pω : Atraciis *Sandstroem 40*   346 regentis Pν   349 remoto δ : '*an* emotum cardine?' *Mueller, cf. Verg. Aen. 2.493*   351 tenebrosa uolumina torquens PDς : et t. u. torquet ω : ac t. u. torquet μ   352 Defunditque Pω : *ex* Diff- Q^{1} : Diff- *ex* Def- b^{r} : Diff- D(N)δOνb : Defuditque L, *cf. Luc. 4.82 ubi similis permutatio*   353 Praesolidat Pω : Persolidat ↑ Iprae D^{1} : persolidat *edd. ante Mueller*   355 nemea ωΣ : -eae P : *ex* -ea t^{c} : -ee (N), *cf.* Σ: '*notandum autem quod nomen* a *litera terminatum longum est. Latinitas hoc non habet sed ideo, quoniam est nomen Graecum, in quo melius Graeca ratio considerabitur', uide ad 5.44*   356 magno ↑ Ifacto P^{c} : facto *in ras.* t^{c} : facto ω, *fortasse e Verg. Aen. 1.82 (1.83 citat* Σ*), 8.595, G. 4.167*   357 *an* Inachos? *cf. 7.420, 9.444*   uergens P   in undas P^{1} : ad arctos ↑Iundas D^{1} : ad arctos P^{c}ω, *fortasse e Verg. Aen. 6.16; Erasinus in meridiem fluit cf. Paus. 2.36.6*   358 calcandaque ωΣ : -ataque P : *ex* -andaque t, *cf. 11.341 ubi similis permutatio; nescio cur Klotz credat* calcandaque *non posse agnoscere* Σ: '*si his fluminibus, quae ante aquae penuria calcabantur, hoc est pedibus transiri poterant...*'

bracchia siluarum, nullisque aspecta per aeuum
solibus umbrosi patuere aestiua Lycaei.
ille tamen, modo saxa iugis fugientia ruptis
miratus, modo nubigenas e montibus amnes
aure pauens passimque insano turbine raptas
pastorum pecorumque domos, non segnius amens
incertusque uiae per nigra silentia uastum
haurit iter; pulsat metus undique et undique frater.
ac uelut hiberno deprensus nauita ponto,
cui neque Temo piger neque amico sidere monstrat
Luna uias, medio caeli pelagique tumultu
stat rationis inops, iam iamque aut saxa malignis
expectat summersa uadis aut uertice acuto
spumantes scopulos erectae incurrere prorae:
talis opaca legens nemorum Cadmeius heros
accelerat, uasto metuenda umbone ferarum
excutiens stabula, et prono uirgulta refringit
pectore (dat stimulos animo uis maesta timoris)
donec ab Inachiis uicta caligine tectis
emicuit lucem deuexa in moenia fundens
Larisaeus apex. illo spe concitus omni
euolat, hinc celsae Iunonia templa Prosymnae
laeuus habens, hinc Herculeo signata uapore
Lernaei stagna atra uadi, tandemque reclusis
infertur portis. actutum regia cernit
uestibula; hic artus imbri uentoque rigentes
proicit ignotaeque adclinis postibus aulae
inuitat tenues ad dura cubilia somnos.
   rex ibi, tranquillae medio de limite uitae
in senium uergens, populos Adrastus habebat,

365 Miratus PDδMC^1 : -tur ω, *edd. ante Menke puncto post* domos *(367) distinguentes* e Pω : e ↑ de B^1 : ≡e f : de *Deipser 111 cl. Verg. Aen. 4.164, sed cf. Theb. 6.409* 366 Aure Pω : Ire ς, *Lachmann, sed. cf. 12.222* 367 pecudumque fQ : pecudum (N) 371 neque...nec (N)ς, *Mueller B 195; sed cf. Heuvel ad 1.222* 379 *ante Håkanson (B 9) interpungebant sic:* pectore: dat...timoris, donec maesta timoris PωΣ : mixta timoris ς, *unde* mixta timore *coniecit Peyraredus* 384 habens PΣς : habens ↑ /habet δ^1 : habet ↑ /bens t^1 : habet ω : abet B, *uide ad 6.160, 7.12* 389 teneros *coniecit fortasse Gronouius, certe Markland ad Silu 1.3.43 (uide ad 9.530), sed cf. 2.145 et Heuvel: 'et aliis de causis et quia cubilia dura sunt, somnus tenuis est'* 390 tranquille *Mueller C 16: 'apparet sententiam* populos Adrastus habebat *ieiunam et frigidam esse propter nuditatem uerbi* habebat'

diues auis et utroque Iouem de sanguine ducens.
hic sexus melioris inops sed prole uirebat
feminea, gemino natarum pignore fultus.
cui Phoebus generos (monstrum exitiabile dictu!
mox adaperta fides) fato ducente canebat
saetigerumque suem et fuluum aduentare leonem.
id uoluens non ipse pater, non docte futuri
Amphiarae uides, etenim uetat auctor Apollo.
tantum in corde sedens aegrescit cura parenti.
   ecce autem antiquam fato Calydona relinquens
Olenius Tydeus (fraterni sanguinis illum
conscius horror agit) eadem, sub nocte sopora,
lustra terit, similesque Notos dequestus et imbres,
infusam tergo glaciem et liquentia nimbis
ora comasque gerens subit uno tegmine, cuius
fusus humo gelida partem prior hospes habebat.
hic uero ambobus rabiem fortuna cruentam
attulit: haud passi sociis defendere noctem
culminibus; paulum alternis in uerba minasque
cunctantur, mox ut iactis sermonibus irae
intumuere satis, tum uero erectus uterque
exertare umeros nudamque lacessere pugnam.
celsior ille gradu procera in membra simulque
integer annorum; sed non et uiribus infra
Tydea fert animus, totosque infusa per artus
maior in exiguo regnabat corpore uirtus.
iam crebros ictus ora et caua tempora circum
obnixi ingeminant, telorum aut grandinis instar
Rhipaeae, flexoque genu uacua ilia tundunt.
non aliter quam Pisaeo sua lustra Tonanti
cum redeunt crudisque uirum sudoribus ardet
puluis; at hinc teneros caueae dissensus ephebos
concitat, exclusaeque expectant praemia matres:
sic alacres odio nullaque cupidine laudis

396 fato P : aeuo ω   398 Id P : *in ras.* t^c : Haec ω   400 parenti Pω : -ti ↑]s t^c : -ti ↑ s *s.* -i δ^1 : -tis OΣ   406 rigens *Heinsius ad Claud. B.Get. 355*   in tegmine t; *sed cf. 2.624, Williams B 143*   407 gelida ↑ ≡ *s.* -a P : -dam L : -da *ex* -do C   410 alternis ωΣ : -ni P   in Pω : nil *Baehrens*; cunctari in aliquid *nusquam alibi inuenitur nisi Aus. 130.10 s.u.l.*   415 annorum, sed...infra; *interpunxit Mueller*   416 totosque PD(N)δO : $totos^{que}$ t^c : totos ω : totus ↑ o f^1L   422 redeunt P(N)δOfQ : redeunt ↑]reddunt t^1 : reddent ↑]redeunt M^{σ} : reddunt ω

accensi incurrunt, scrutatur et intima uultus
unca manus penitusque oculis cedentibus intrat.
forsan et accinctos lateri (sic ira ferebat)
nudassent enses, meliusque hostilibus armis
lugendus fratri, iuuenis Thebane, iaceres,
ni rex insolitum clamorem et pectore ab alto
stridentes gemitus noctis miratus in umbris,
mouisset gressus, magnis cui sobria curis
pendebat somno iam deteriore senectus.
isque ubi progrediens numerosa luce per alta
atria dimotis aduerso limine claustris
terribilem dictu faciem, lacera ora putresque
sanguineo uidet imbre genas: 'quae causa furoris,
externi iuuenes (neque enim meus audeat istas
ciuis in usque manus), quisnam implacabilis ardor
exturbare odiis tranquilla silentia noctis?
usque adeone angusta dies, et triste parumper
pacem animo somnumque pati? sed prodite tandem
unde orti, quo fertis iter, quae iurgia? nam uos
haud humiles tanta ira docet, generisque superbi
magna per effusum clarescunt signa cruorem.'
  uix ea, cum mixto clamore obliqua tuentes
incipiunt una: 'rex o mitissime Achiuum,
quid uerbis opus? ipse undantes sanguine uultus
aspicis.' haec passim turbatis uocis amarae
confudere sonis; inde orsus in ordine Tydeus
continuat: 'maesti cupiens solacia casus
monstriferae Calydonis opes Acheloiaque arua
deserui; uestris haec me ecce in finibus ingens
nox operit. tecto caelum prohibere quis iste
arcuit? an quoniam prior haec ad limina forte
molitus gressus? pariter stabulare bimembres
Centauros unaque ferunt Cyclopas in Aetna
compositos. sunt et rabidis iura insita monstris

427 intrat P : instat ω, *cf. 1.255* 433 saucia curis *Lachmann sed sensus est fortasse: quia senex erat ideo sobrius non madidus somnum petebat* 434 pendebat *cf. Prop. 4.7.5* 436 dimotis PD(N)δOL: *ex* de- M^{1}b : demotis ω 456 Arcuit C^{1} : *ex* Arguit $f^{c}\nu^{2}K^{2}$: Arguit PωC^{2}, *cf. 2.630* 457 Molitus PC^{1}QrK : -tur ω

fasque suum: nobis sociare cubilia terrae —
sed quid ego? aut hodie spoliis gauisus abibis,
quisquis es, his, aut me, si non effetus oborto
sanguis hebet luctu, magni de stirpe creatum
Oeneos et Marti non degenerare paterno
accipies.' 'nec nos animi nec stirpis egentes —'
ille refert contra, sed mens sibi conscia fati
cunctatur proferre patrem. tunc mitis Adrastus:
'immo agite, et positis, quas nox inopinaque suasit
aut uirtus aur ira, minis succedite tecto.
iam pariter coeant animorum in pignora dextrae.
non haec incassum diuisque absentibus acta;
forsan et has uenturus amor praemiserit iras,
ut meminisse iuuet.' nec uana uoce locutus
fata senex, siquidem hanc perhibent post uulnera iunctis
esse fidem, quanta partitum extrema proteruo
Thesea Pirithoo, uel inanem mentis Oresten
opposito rabidam Pylade uitasse Megaeram.
tunc quoque mulcentem dictis corda aspera regem
iam faciles (uentis ut decertata residunt
aequora, laxatisque diu tamen aura superstes
inmoritur uelis) passi, subiere penates.
hic primum lustrare oculis cultusque uirorum
telaque magna uacat: tergo uidet huius inanem
impexis utrimque iubis horrere leonem,
illius in speciem quem per Teumesia tempe

460 *silentio praetereo permultas coniecturas editorum aliorumque; locum recte explicauit* Σ *(cf. Klotz E 499): 'et deest "non licuit" propter iracundiam. iratis enim sermo deficit', cf. 8.60, Verg. Aen. 2.100–01* 462 oborto PDδOfμ : *ex* aborto $M^1Q^{1?}b^1$: abortu ↑]o *s.* a-, o *s.* -u t^c : aborto ω : ab orto B : obortu (N) 465 egentes P : egemus ω, *edd. ante Mueller* 466 fati Pω : fa≡ti D : facti ν^2 : facti (N)OfM : *utrumque agnouit* Σ, *cf. 8.618, uide ad 3.161* 468 quas D(N)tδν : *ex* quae $f^2L^1M^{\sigma}B^3T^2$: quae Pω 470 in *del. Lachmann, sed cf. 6.290* 472 praemiserit Pt : -at ω 474 post ω : post ↑]per t^c : per P, *fortasse e* perhibent 475 isse *Gruter* quanta≡ *(ex* quantu≡ K*)* ↑]quantum P^cK : quan≡≡≡um B 478 *an* tum quoque? *uide ad 1.112* mulcente ↑ ≡ *s.* -e P : -te tS rege PtS 480 tamen Pω : tandem *Peyraredus: sed sensus est: 'aura, quamquam diu superstes, tamen inmoritur', cf. 1.202, 2.392, 3.276, 5.181, 6.70, 795, 8.87, 444, 9.345, 366, 11.511 et Housman ad Luc. 1.333* 485–86 quem *(*↑]quo*)*...fracto *(-o in ras.)* f^1, *sed. cf. 2.583 et Mulder*

Amphitryoniades fractum iuuenalibus annis
ante Cleonaei uestitus proelia monstri.
terribiles contra saetis ac dente recuruo
Tydea per latos umeros ambire laborant
exuuiae, Calydonis honos. stupet omine tanto
defixus senior, diuina oracula Phoebi
agnoscens monitusque datos uocalibus antris.
obtutu gelida ora premit, laetusque per artus
horror iit; sensit manifesto numine ductos
adfore, quos nexis ambagibus augur Apollo
portendi generos, uultu fallente ferarum,
ediderat. tunc sic tendens ad sidera palmas:
'Nox, quae terrarum caelique amplexa labores
ignea multiuago transmittis sidera lapsu,
indulgens reparare animum dum proximus aegris
infundat Titan agiles animantibus ortus,
tu mihi perplexis quaesitam erroribus ultro
aduehis alma fidem ueterisque exordia fati
detegis: adsistas operi tuaque omina firmes.
semper honoratam dimensis orbibus anni
te domus ista colet; nigri tibi, diua, litabunt
electa ceruice greges, lustraliaque exta
lacte nouo perfusus edet Volcanius ignis.
salue prisca fides tripodum obscurique recessus.
deprendi, Fortuna, deos.' sic fatus, et ambos
innectens manibus tecta interioris ad aulae
progreditur. canis etiamnum altaribus ignes
sopitum cinerem et tepidi libamina sacri
seruabant; adolere focos epulasque recentes
instaurare iubet. dictis parere ministri
certatim accelerant; uario strepit icta tumultu
regia: pars ostro tenues auroque sonantes
emunire toros alteque inferre tapetas,
pars teretes leuare manu ac disponere mensas.

---

486 annis P(N)δνB : annis ↑ /armis $D^1T^1r^1$: armis ↑ /annis $t^1L^1C^1$: armis ω, *fortasse e Verg. Aen. 2.518, cf. Ou. Met. 8.632* 487 uestitur ↑ /us P^1 : -tur ω, *cf. 1.457* 495 Adfore PωΣ : ac fore *Gruter* : *mirifice uoluit Ker (175)* adfore *dependere a* portendi; *cf. Val. Fl. 3.81* 511 interioris *Schrader* : ulterioris Pω : *in ras. (ex* int- *?)* B; *cf. 2.226, 10.104 et Klotz cl. 8.15* 517 tenues Pω : tinctos *Mueller* : ardentes *Baehrens 843, Bury 302 cl. Val. Flacc. 3.340* : obtentos *Deiter 344; sed sensus est: 'tori subtilibus purpureisque pallis instructi', cf. 8.564, Damsté A 361–62* 518 alteque P : altesque ↑ o *s.* -e- B^3 : altosque ω

ast alii tenebras et opacam uincere noctem
adgressi tendunt auratis uincula lychnis.
his labor inserto torrere exanguia ferro
uiscera caesarum pecudum, his cumulare canistris
perdomitam saxo Cererem. laetatur Adrastus
obsequio feruere domum, iamque ipse superbis
fulgebat stratis solioque effultus eburno.
parte alia iuuenes siccati uulnera lymphis
discumbunt, simul ora notis foedata tuentur
inque uicem ignoscunt. tunc rex longaeuus Acasten
(natarum haec altrix eadem et fidissima custos
lecta sacrum iustae Veneri occultare pudorem)
imperat acciri tacitaque inmurmurat aure.
  nec mora praeceptis, cum protinus utraque uirgo
arcano egressae thalamo: mirabile uisu,
Pallados armisonae pharetrataeque ora Dianae
aequa ferunt, terrore minus. noua deinde pudori
uisa uirum facies: pariter pallorque ruborque
purpureas hausere genas, oculique uerentes
ad sanctum rediere patrem. postquam ordine mensae
uicta fames, signis perfectam auroque nitentem
Iasides pateram famulos ex more poposcit,
qua Danaus libare deis seniorque Phoroneus
adsueti. tenet haec operum caelata figuras:
aureus anguicomam praesecto Gorgona collo
ales habet, iam iamque uagas (ita uisus) in auras
exilit; illa graues oculos languentiaque ora
paene mouet uiuoque etiam pallescit in auro.
hinc Phrygius fuluis uenator tollitur alis,
Gargara desidunt surgenti et Troia recedit,
stant maesti comites frustraque sonantia lassant
ora canes umbramque petunt et nubila latrant.

529 acasten P : acesten ↑ *l*a *s*. -e- *prius* t¹ : acesten ω : alcestem (N)   530 eadem et *ex* adimet Pᶜ   532 tacitaque...aure PωΣ : -teque...aure D : -teque...auri *Deipser 110* : -taeque...auri *Klotz, sed recte Heuvel: 'ablat. est loci', cf. Williams B 145*   534 egressae *edd.* : -sse D : *ex* -ssa Pᶜ : -ssa e ω : -ssa (N)Lν¹ : egreditur δ   535–36 *sensus est: ora aequa oribus Pallados Dianaeque, cf. Housman D 2*   538 hausere PωΣ : tinxere C : arsere (N) : auxere *Bernartius* : habuere *Baehrens 845, sed cf.* Σ: 'hausere*: consumpsere, quia desierunt esse purpureae', cf. 10.167–68*   544 Aureus PωΣ : Perseus *Bentley, et certe* aureus...ales *auem facilius quam uirum depingere uidetur; quomodo tamen* Aureus *pro* Perseus *scribi potuerit uix clarum est*; aureus *defendit Håkanson B 9–10 cl. Danaes imbre aureo et Sen. H.F. 13*

hanc undante mero fundens uocat ordine cunctos
caelicolas, Phoebum ante alios, Phoebum omnis ad aras
laude ciet comitum famulumque euincta pudica
fronde manus, cui festa dies largoque refecti
ture uaporatis lucent altaribus ignes.
'forsitan, o iuuenes, quae sint ea sacra quibusque
praecipuum causis Phoebi obtestemur honorem,'
rex ait, 'exquirant animi. non inscia suasit
religio, magnis exercita cladibus olim
plebs Argiua litat; animos aduertite, pandam.
postquam caerulei sinuosa uolumina monstri,
terrigenam Pythona, deus, septem orbibus atris
amplexum Delphos squamisque annosa terentem
robora, Castaliis dum fontibus ore trisulco
fusus hiat nigro sitiens alimenta ueneno,
perculit, absumptis numerosa in uulnera telis,
Cirrhaeique dedit centum per iugera campi
uix tandem explicitum, noua deinde piacula caedis
perquirens nostri tecta haud opulenta Crotopi
attigit. huic primis et pubem ineuntibus annis
mira decore pios seruabat nata penates
intemerata toris. felix, si Delia numquam
furta nec occultum Phoebo sociasset amorem!
namque ut passa deum Nemèaei ad fluminis undam,
bis quinos plena cum fronte resumeret orbes
Cynthia, sidereum Latonae feta nepotem
edidit; ac poenae metuens (neque enim ille coactis
donasset thalamis ueniam pater) auia rura
eligit ac natum saepta inter ouilia furtim

---

553 aram P, *sed. cf. 1.668, Lofstedt i 43* 557 ea Pω : haec b 561 litat tr : -ant P : -ant ω, *fortasse recte sed uide ad 7.271, 4.112; si de metro dubitas cf. 1.403, 6.351, Austin ad Verg. Aen. 4.64* 566 inficiens *Baehrens*; *sed recte explicat* Σ: *'quaerens accipere alimenta ut augeret uenenum. ueneno enim proficit quicquid acceperit serpens bibendum, ut supra [i.e. 1.91]'; cf. 12.595, 750* 567 absumptis PD(N)tO: *ex* ads- νb^{1} : ads- ω 569 caedis Pω -di fMB; *cf. 6.87, 10.799* 571 et pubem ineuntibus Pω : et pubem ineuntibus ↑ ⌊scentibus O^{1} : et pubescentibus ↑ ⌊pubem ineuntibus $D^{1}t^{1}$: et pubescentibus (N)ς : ac p. δ 572 pios *Bentley* : pio Pω; *cf.* Σ: 'decore pio: *ex natura uenienti, non fucis aut cura decorato', unde* suo *legisse* Σ *suspicatus est Ellis apud Garrod* 575 Nemeaei *edd.* : nem(a)ei Pω, *cf. 3.421, 4.136, 6.632, 7.117, 605, 8.599, 10.499, 11.47* 577 latona P 578 poena^{c} P^{c}, *unde* poenam *coniecit Baehrens, sed recte cft Klotz 6.765, 10.893*

montiuago pecoris custodi mandat alendum.
non tibi digna, puer, generis cunabula tanti
gramineos dedit herba toros et uimine querno
texta domus; clausa arbutei sub cortice libri
membra tepent, suadetque leues caua fistula somnos,
et pecori commune solum. sed fata nec illum
concessere larem; uiridi nam caespite terrae
proiectum temere et patulo caelum ore trahentem
dira canum rabies morsu depasta cruento
disicit. hic uero attonitas ut nuntius aures
matris adit, pulsi ex animo genitorque pudorque
et metus; ipsa ultro saeuis plangoribus amens
tecta replet, uacuumque ferens uelamine pectus
occurrit confessa patri; nec motus et atro
imperat (infandum!) cupientem occumbere leto.
sero memor thalami maestae solacia morti,
Phoebe, paras monstrum infandis Acheronte sub imo
conceptum Eumenidum thalamis, cui uirginis ora
pectoraque; aeternum stridens a uertice surgit
et ferrugineam frontem discriminat anguis.
haec tum dira lues nocturno squalida passu
inlabi thalamis, animasque a stirpe recentes
abripere altricum gremiis morsuque cruento
deuesci et multum patrio pinguescere luctu.
haud tulit armorum praestans animique Coroebus
seque ultro lectis iuuenum, qui robore primi
famam posthabita faciles extendere uita,
obtulit. illa nouos ibat populata penates
portarum in biuio; lateri duo corpora paruum
dependent, et iam unca manus uitalibus haeret
ferratique ungues tenero sub corde tepescunt:
obuius huic, latus omne uirum stipante corona,
fit iuuenis, ferrumque ingens sub pectore duro
condidit, atque imas animae mucrone corusco
scrutatus latebras tandem sua monstra profunda

---

583 et ω : sed *ex* set P[1]   587 uiridi POQb : *ex* -dis C[1] : -dis ω   592 saeuis ω : saeuis ↑ /maestis t[2] : maestis P, *fortasse e 1.596*   596 morti ↑ /matris D[1] : mortis *Prisc. GL 3.69.14*   601 tum Pω : tam *ex* tum M$^{\sigma}$S : tam (N)tδ   603 Abripere PCQB : Arr- D(N)tOδfMLμνbTr, *uide ad 1.122*   604 Deuesci P(N) : *ex* Diu- D[2]t[1] : Diu- ω luctu ↑ /tabo D[1]   605 animi≡que f : -isque D   613 Fit P : Fit ↑ /It t[1] : It ω : Id B[1] : Et C, *cf. Verg. Aen. 10.381*

reddit habere Ioui. iuuat ire et uisere iuxta
liuentes in morte oculos uterique nefandam
proluuiem et crasso squalentia pectora tabo,
qua nostrae cecidere animae. stupet Inacha pubes
magnaque post lacrimas estiamnum gaudia pallent.
hi trabibus duris (solacia uana dolori)
proterere exanimos artus asprosque molares
deculcare genis; nequit iram explere potestas.
illam et nocturno circum stridore uolantes
impastae fugistis aues, rabidamque canum uim
oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse luporum.
saeuior in miseros fatis ultricis ademptae
Delius insurgit, summaque biuerticis umbra
Parnasi residens arcu crudelis iniquo
pestifera arma iacit, camposque et celsa Cyclopum
tecta superiecto nebularum incendit amictu.
labuntur dulces animae, Mors fila Sororum
ense metit captamque tenens fert manibus urbem.
quaerenti quae causa duci, quis ab aethere laeuus
ignis et in totum regnaret Sirius annum,
idem auctor Paean rursus iubet ire cruento
inferias monstro iuuenes, qui caede potiti.
fortunate animi longumque in saecula digne
promeriture diem! non tu pia degener arma
occulis aut certae trepidas occurrere morti.
comminus ora ferens Cirrhaei in limine templi

---

619 pubes P(N)tδO : pubes ↑]ple ν^{2} : uirtus ↑]pubes D^{1} : p≡bes *(-u- ?)* μ : plebes ω   620 etiamnunc P(N)δOC; etiamnum *(uel* etiamnunc*) uicies septies apud Statium inuenitur;* etiamnum *sexies decies metro postulatur sed, etiam contra metrum, Puteaneus bis (5.236, 12.595),* δμb *semel (3.227)* etiamnunc *praebent. undecies utraque forma metro admittitur (*etiamnum *praebent codd. omnes, uel paene omnes, sexies, 8.147, 574, 658, 9.73, 11.174, 12.21;* etiamnunc *praebet Puteaneus solus uel paene solus quater, 1.620, 6.388, 8.383, 479;* etiamnum *praebet Puteaneus paene solus semel, 2.68)*. etiamnunc *numquam metro postulatur, numquam in codd. omnibus inuenitur, numquam a me legitur. uide etiam ad 1.112*   621 Hic (N)tδμCQTK : Hi^{ic} L$^{\sigma}$ 622 exanimos PtfLQbTr : -mes *ex* -mos M$^{1}\nu^{2}$: -mes D(N)δOμCBK^{2}, *fortasse recte cf. 9.561, 12.418 ubi similis permutatio;* exanimis *(uel* -mus*) duodeuicies apud Statium inuenitur.* -mis *etc. quindecies (3.114, 5.493, 545, 7.88, 8.73, 9.158, 236, 10.265, 274, 620, 655, 11.239, 12.418, 735, 739)* -mus *etc. bis (9.561, 11.176) praebent codd. omnes uel paene omnes.* exanimis *bis (5.493, 7.88) metro postulatur; uide ad 6.220*   634 quid *Gronouius? sed. cf. fortasse 2.447*   639 tu pia ↑]turpia t^{c} : turpia *ex* tu pia P$^{r/c}\nu^{1}$

constitit et sacras ita uocibus asperat iras:
"non missus, Thymbraee, tuos supplexue penates
aduenio: mea me pietas et conscia uirtus
has egere uias. ego sum qui caede subegi,
Phoebe, tuum mortale nefas, quem nubibus atris
et squalente die, nigra quem tabe sinistri
quaeris, inique, poli. quod si monstra effera magnis
cara adeo superis, iacturaque uilior orbi
mors hominum, et saeuo tanta inclementia caelo est,
quid meruere Argi? me, me, diuum optime, solum
obiecisse caput fatis praestabat. an illud
lene magis cordi quod desolata domorum
tecta uides, ignique datis cultoribus omnis
lucet ager? sed quid fando tua tela manusque
demoror? expectant matres, supremaque fiunt
uota mihi. satis est: merui ne parcere uelles.
proinde moue pharetras arcusque intende sonoros
insignemque animam leto demitte; sed illum,
pallidus Inachiis qui desuper inminet Argis,
dum morior, dispelle globum." sors aequa merentes
respicit. ardentem tenuit reuerentia caedis
Letoiden, tristemque uiro summissus honorem
largitur uitae; nostro mala nubila caelo
diffugiunt, at tu stupefacti a limine Phoebi
exoratus abis. inde haec stata sacra quotannis
sollemnes recolunt epulae, Phoebeaque placat
templa nouatus honos. has forte inuisitis aras
uos quae progenies? quamquam Calydonius Oeneus
et Porthaoniae, si dudum certus ad aures
clamor iit, tibi iura domus. tu pande quis Argos

---

649 orbi *ex* -bis D : -bis *ex* -bi Q^2 : orbis]orbi t^c : -bis δ : -be *ex* b≡ O   650 est *om.* D(N)δOLν^1Bb   653 Lene PωΣ : Lene ↑ dulce δ^r : laeue ς *et coniecit Gronouius cl. 1.634, 717, Verg. Aen. 10.275* : saeue *Bentley; sed cf.* Σ: 'lene magis cordi*: iucundum'*   655 luget ς, *D. Heinsius ad Claud. IIII Cons. Hon. 53, sed cf.* Σ: 'lucet aer*: scilicet ex rogis'*   656 figunt P : fiunt ↑]figunt t^1 : fundunt ς, *edd. ante Mueller*   659 demitte δς, *edd.* : di- Pω, *cf. 6.736 et uide ad 2.359*   661 dispelle P : depelle ↑]dis t^1 : depelle ω, *sed cf. Σ1.660: 'globum pestilentiae...discute'*   sors PDς : *ex* fors O : fors ↑]sors t^1 : fors ω : *ex* fros Q^1 ; *cf. 11.283, Ach. 1.252*   663 Letoiden PB^1 : Lat- *ex* Let- Q^1 : Lat- ↑]e t : Lat- ω : Lot- μ, *cf. 1.695, 9.834 ubi similis permutatio*   667 epulae ↑]las t^1 : aepulas ↑]ae P^c 668 *post* aras *punctum uult Ker 7*   670 port(h)aoniae ω : parth- *ex* porth- ν^1 : part(h)- PD(N)tLμ, *edd.* : parch- Q : parthoniae δ : spartaoniae O, *cf. 2.726*   dudum si *edd. ante Mueller; cf. 1.287*

aduenias, quando haec uariis sermonibus hora est.'
  deiecit maestos extemplo Ismenius heros
in terram uultus, taciteque ad Tydea laeuum
obliquare oculos; tum longa silentia mouit:
'non super hos diuum tibi sum quaerendus honores,
unde genus, quae terra mihi, quis defluat ordo
sanguinis antiqui: piget inter sacra fateri.
sed si praecipitant miserum cognoscere curae,
Cadmus origo patrum, tellus Mauortia Thebe,
est genetrix Iocasta mihi.' tum motus Adrastus
hospitiis (agnouit enim): 'quid nota recondis?
scimus' ait 'nec sic auersum fama Mycenis
uoluit iter. regnum et furias oculosque pudentes
nouit et Arctois si quis de solibus horret
quique bibit Gangen aut nigrum occasibus intrat
Oceanum et si quos incerto litore Syrtes
destituunt. ne perge queri casusque priorum
adnumerare tibi: nostro quoque sanguine multum
errauit pietas, nec culpa nepotibus obstat.
tu modo dissimilis rebus mereare secundis
excusare tuos. sed iam temone supino
languet Hyperboreae glacialis portitor Vrsae.
fundite uina focis, seruatoremque parentum
Letoiden uotis iterumque iterumque canamus.
  Phoebe parens, seu te Lyciae Pataraea niuosis
exercent dumeta iugis, seu rore pudico
Castaliae flauos amor est tibi mergere crines,
seu Troiam Thymbraeus habes, ubi fama uolentem
ingratis Phrygios umeris subiisse molares,
seu iuuat Aegaeum feriens Latonius umbra
Cynthus et adsiduam pelago non quaerere Delon:
tela tibi longeque feros lentandus in hostes

---

672 hae...horae P 673 exemplo P[c]f[1] : lacrimans *ν²mg.ς* 674 laeuum *Koestlin* : laesum Pω; laeuum *diffidenter recepi cum* laesum *uix aptum uideatur, nam non ob Tydea uulneratum erubuit Polynices* 684 cadentes *Damsté A 363 cl. 1.238, 11.620, fortasse recte, sed. cf.* Σ: *'qui considerato commisso iudicarunt se dignos esse supplicio'* 688 Distituunt P gemitusque ↑ /casusque D[1] : gas‿usque ↑ c *s.* g- P[1/c] : ca≡susque f : casusue Σ, *sed uide ad 1.102* 692 sed iam *edd.* : et iam D(N)tδOMCQBSK : etiam Pω 695 Letoiden PQ[1]B[1] : Lat- ω, *uide ad 1.663* 700 subiisse D(N)tδOMνK : subisse ↑ i *s.* -i- b[1] : subisse Pω 701–02 *i.e. seu te iuuat Cynthus cum Delos nunc sit stabilis et non iam tibi quaerenda*

arcus et aetherii dono cessere parentis
aeternum florere genas; tu doctus iniquas
Parcarum praenosse manus fatumque quod ultra est
et summo placitura Ioui, quis letifer annus,
bella quibus populis, quae mutent sceptra cometae;
tu Phryga summittis citharae, tu matris honori
terrigenam Tityon Stygiis extendis harenis;
te uiridis Python Thebanaque mater ouantem
horruit in pharetris, ultrix tibi torua Megaera
ieiunum Phlegyan subter caua saxa iacentem
aeterno premit accubitu dapibusque profanis
instimulat, sed mixta famem fastidia uincunt:
adsis o memor hospitii, Iunoniaque arua
dexter ames, seu te roseum Titana uocari
gentis Achaemeniae ritu, seu praestat Osirim
frugiferum, seu Persei sub rupibus antri
indignata sequi torquentem cornua Mithram.'

---

704 parentis *Barth* : -tes PωΣ; *sed cedere non idem ualet ac concedere: sensus est: tela et arcus et florere genas tibi per Iouis gratiam data sunt, cf. 6.530 et Mueller cl. 2.311–13, 4.475–76, 9.694–97, 11.746–47* 705 Eterne δ aeternae...genae *Lachmann, sed cf. Mueller:* 'genas *est accusatiuus quem dicunt graecum'* 706 ultrasim ↑ est *s.* sim P^1 : ultra δμ : ultrast *Mueller* 708 mutent quae D(N)tδ, *edd. ante Mueller* 716 adsis, o *edd. inde a Dubner, sed recte cft Housman (D 3) 10.345, Silu. 2.7.120, Verg. Aen. 4.578, 8.78*

LIBER SECVNDVS

Interea gelidis Maia satus aliger umbris
iussa gerens magni remeat Iouis; undique pigrae
ire uetant nubes et turbidus implicat aer,
nec Zephyri rapuere gradum, sed foeda silentis
aura poli. Styx inde nouem circumflua campis,
hinc obiecta uias torrentum incendia claudunt.
pone senex trepida succedit Laius umbra
uulnere tardus adhuc; capulo nam largius illi
transabiit animam cognatis ictibus ensis
impius et primas Furiarum pertulit iras;
it tamen et medica firmat uestigia uirga.
tum steriles luci possessaque manibus arua
et furrugineum nemus astupet, ipsaque Tellus
miratur patuisse retro, nec liuida tabes
inuidiae functis quamquam et iam lumine cassis
defuit. unus ibi ante alios, cui laeua uoluntas
semper et ad superos (hinc et grauis exitus aeui)
insultare malis rebusque aegrescere laetis,
'uade' ait 'o felix, quoscumque uocaris in usus,
seu Iouis imperio, seu maior adegit Erinys
ire diem contra, seu te furiata sacerdos
Thessalis arcano iubet emigrare sepulcro,
heu dulces uisure polos solemque relictum
et uirides terras et puros fontibus amnes,
tristior has iterum tamen intrature tenebras.'
illos ut caeco recubans in limine sensit
Cerberus, atque omnes capitum subrexit hiatus;

---

3 turpidus r : torpidus *Baehrens*   5 campis Pω : gyris *Anderson B 10*   9 animam P : costas ω; *fortasse e Verg. Aen. 9.432, sed cf. Mynors, fortasse metri causa, uide ad 5.397*   16–18 *locus a multis temptatus sed sensus est: unus qui semper etiam apud superos (i.e. cum uiuebat) uoluntatem habebat insultare malis rebus et aegrescere laetis rebus quam ob rem fuit ei grauis exitus aeui (i.e. grauiter obiit), cf. Cooke B 143*   27 atque PωΣ : alte *Lachmann* : aeque *Unger 220, cf. Håkanson A 105 cl. Silu. 4.1.25 (ubi similem emendationem defendit), Theb. 6.391 (ubi* atque *pro* aequa *in* D *apparet); diffidenter* atque *recepi interpretans non aliter atque edd. uett.: 'statim', cf. 8.760, OLD s.u. 'atque' 6, Verg. G. 1.203;* saeuus...populo *perperam cum* illos...hiatus *iungunt edd.; quia fortiter interpungendum est post* hiatus, *frustra ideo* atque *defendit Klotz: 'secundarium enuntiatum uerba usque ad* hiatus *uel potius* populo *amplecti iudico'*

saeuus et intranti populo, iam nigra tumebat
colla minax, iam sparsa solo turbauerat ossa,
ni deus horrentem Lethaeo uimine mulcens
ferrea tergemino domuisset lumina somno.
est locus (Inachiae dixerunt Taenara gentes)
qua formidatum Maleae spumantis in auras
it caput et nullos admittit culmine uisus.
stat sublimis apex uentosque imbresque serenus
despicit et tantum fessis insiditur astris.
[illic exhausti posuere cubilia uenti,
fulminibusque iter est; medium caua nubila montis
insumpsere latus, summos nec praepetis alae
plausus adit colles, nec rauca tonitrua pulsant.]
ast ubi prona dies, longos super aequora fines
exigit atque ingens medio natat umbra profundo.
interiore sinu frangentia litora curuat
Taenaros, expositos non audax scandere fluctus.
illic Aegaeo Neptunus gurgite fessos
in portum deducit equos, prior haurit harenas
ungula, postremi soluuntur in aequora pisces.
hoc, ut fama, loco pallentes deuius umbras
trames agit nigrique Iouis uacua atria ditat
mortibus. Arcadii perhibent si uera coloni,
stridor ibi et gemitus poenarum, atroque tumultu
feruet ager; saepe Eumenidum uocesque manusque
in medium sonuere diem, Letique triformis
ianitor agricolas campis auditus abegit.
hac et tunc fusca uolucer deus obsitus umbra
exilit ad superos, infernaque nubila uultu
discutit et uiuis adflatibus ora serenat.

---

33 in ω : ad † in P^1Q^1 : ad L   35 serenos P   37–40 *om.* P^1ω : *uersus non agnoscit* Σ : *in* ν *spatium quattuor uersuum relictum* : *add. in mg.* $P^r\delta^r\mu^2\nu^2B^3Q^2r^r$: *in textu* ς : *in textu post 49 sed restituti in proprio loco a manu prima* O : 37–39 *in textu* (N), 40 *in mg.* (N); *cf. Klotz C 357, Mulder*   39 Insumpsere $P^rO\mu^2Q^2$: Insedere $(N)\delta^r\nu^2B^3$ς   43 frangentia Pω : *ex* flagrantia $M^\sigma B^1T^1r^1$: flagrantia † /frangentia t^1 : flagrantia (N)Q   44 expositus *Baehrens, quod frustra defendit Anderson A 204 interpretans 'non satis audax ut exponatur et fluctus scandat'; sed fluctus sunt expositi ubi Taenaros, si audacior esset, eos frangeret, cf. Mulder*   scindere *Kohlmann, sed cf. Ach. 1.449*   50 arcanus, perhibent *Mueller: 'nam Taenari accolae non sunt Arcades', sed cf. 1.355–56 et Heuvel*   53 Lethesque *Friesemann cl. Silu. 3.2.112, cf. etiam Theb. 6.498–99, sed cf. Silu. 5.3.257, Klotz cl. Theb. 3.68, V. Fl. 4.231*   55 Hac Pω : Haec r : Hoc *(sc. loco e 48) Schrader*   tunc P : tum ω : nunc δ

inde per Arcturum mediaeque silentia Lunae
arua super populosque meat. Sopor obuius illi
Noctis agebat equos, trepidusque adsurgit honori
numinis et recto decedit limite caeli.
inferior uolat umbra deo, praereptaque noscit
sidera principiumque sui; iamque ardua Cirrhae
pollutamque suo despectat Phocida busto.
uentum erat ad Thebas; gemuit prope limina nati
Laius et notos cunctatus inire penates.
ut uero et celsis suamet iuga nixa columnis
uidit et infectos etiamnum sanguine currus,
paene retro turbatus abit: nec summa Tonantis
iussa nec Arcadiae retinent spiramina uirgae.
  et tunc forte dies noto signata Tonantis
fulmine, praerepti cum te, tener Euhie, partus
transmisere patri. Tyriis ea causa colonis
insomnem ludo certatim educere noctem
suaserat; effusi passim per tecta, per agros,
serta inter uacuosque mero crateras anhelum
proflabant sub luce deum; tunc plurima buxus
aeraque taurinos sonitu uincentia pulsus;
ipse etiam gaudens nemorosa per auia sanas
impulerat matres Baccho meliore Cithaeron:

---

62 uolat ω : uolat ↑ /meat t[1] : meat PδCK *(e 59)* 66 cunctatus PBTr : *ex* -tos L[1] : -tur *ex* -tus C[2] : -tur ω : *ex* -tor ν[2] : -tu≡ t 67 *incipit* N et celsis PDNBbTrS : excelsis ω : exelsis ↑ .c *s.* -xe- t[c] : celsis *(om.* ex- *et* et*)* O; excelsis *fortasse rectum est sed cf. 5.725* 68 etiamnum PDNt : -nunc ω, *uide ad 1.620* 69–70 nec...nec Pω : sed...sed *Dubner* 70 *incipit* W 72 praerepti *Heinsius* : praerupti Pω, *cf. 7.165–67;* praerupti *frustra defendit Mulder interpretans 'praecipites': 'admoneo...partum, si praereptus sit, nihil prorsus transmittere posse', quod philosophis potius quam poetis placeat, cf. Håkanson B 50–51* 74 educere PωΣ : ẹducere K : educere *ex* ducere C[2] : ducere DNδO, *fortasse e Verg. Aen. 9.166 quod citat* Σ 77 tunc PDδ : tum ω : dum μ 78 taurinos sonitu uincentia pulsus Pω : t.s. uincentia *(*↑ /ducentia*)* p. O[σ] : t.s. ducentia *(*↑ /uincentia*)* p. N : Tyrrhenos sonitus u. pulsus *Lachmann* : taurinas sonitu u. pelles *Baehrens, cl.* Σ*:* 'aeraque taurinos*: nam tympanis, quae sunt ex taurina pelle, plus sonant cymbala, quae sunt ex aere', quod tamen cum lectione uulgata aeque congruit; sunt qui Claud. Laud. Stil. 3.364–65 conferant, quorum alii aliter sentiunt, e.g. Mueller: 'uidetur...loci deprauatio uetustior esse Claudiano', Klotz, qui ob eosdem uersus ne suam quidem coniecturam (*Thymbraeos sonitu u. pulsus*) recepit, Mulder: 'mihi quidem haud constat Claudianum nostrum locum in mente habuisse'. nihilominus recte idem addidit: 'coniungit...Statius Bacchi sacra depingens aut tympana et cymbala (5.730, Ach. 1.714–15), aut, sicut h.l., tympana et cymbala et tibias (4.668, 8.221–22, Ach. 1.827)'* 79–80 *interpretatur* Σ*: 'non sic irato Baccho, ut cum Agaue occidit filium furens. uel* meliore, *ut si qua deliquerit, propter diem Liber ignoscat...nunc ergo* sanas *dicit sine furore', quae uel similia inconsulte credentes edd. non satis intellegunt uu. 71–88;* sanas *significat 'non ebrias' (cf.* sanas ↑ uini *sic* D*),* Baccho meliore *significat 'lacte', unde uidemus sensum esse: uino Thebani, lacte Thebanae furunt qualiter furunt lacte Thraciae, uino Thracii*

qualia per Rhodopen rabido conuiuia coetu
Bistones aut mediae ponunt conuallibus Ossae;
illis semianimum pecus excussaeque leonum
ore dapes et lacte nouo domuisse cruorem
luxus; at Ogygii si quando adflauit Iacchi
saeuus odor, tunc saxa manu, tunc pocula pulchrum
spargere et inmerito sociorum sanguine fuso
instaurare diem festasque reponere mensas.
 nox ea cum tacita uolucer Cyllenius aura
regis Echionii stratis adlapsus, ubi ingens
fuderat Assyriis extructa tapetibus alto
membra toro. pro gnara nihil mortalia fati
corda sui! capit ille dapes, habet ille soporem.
tunc senior quae iussus agit; neu falsa uideri
noctis imago queat, longaeui uatis opacos
Tiresiae uultus uocemque et uellera nota
induitur. mansere comae propexaque mento
canities pallorque suus, sed falsa cucurrit
infula per crines, glaucaeque innexus oliuae
uittarum prouenit honos; dehinc tangere ramo
pectora et has uisus fatorum expromere uoces:
'non somni tibi tempus, iners qui nocte sub alta
germani secure iaces, ingentia dudum
acta uocant rerumque graues, ignaue, paratus.
tu, ueluti magnum si iam tollentibus Austris
Ionium nigra iaceat sub nube magister
inmemor armorum uersantisque aequora claui,
cunctaris. iamque ille nouis (scit Fama) superbit
conubiis uiresque parat, quis regna capessat,
quis neget, inque tua senium sibi destinat aula.
dant animos socer augurio fatalis Adrastus
dotalesque Argi, nec non in foedera uitae

---

81 rabido PδCQ : rapido ↑ /bi t[1] : rapido DNOfMLμνB[1]bW 83 Illis ω : Illis *(ex* -ic P[c]*)* ↑ /illic P[r]t[1] 84 cruorem ω : furorem P, *sed cf. Beraldum: 'mollire cruentas dapes nouo lacte'* 100 dehinc P : deinde ↑ dehinc S[c] : dein ω, *fortasse recte,* dehinc *monosyllabum bis modo apud Statium inuenitur, cf. Ach. 1.370 ubi similis permutatio, sed cf. Verg. G. 3.167, Aen. 6.678* 102 *ante Mueller (C 17) commata ponebant aut ante* qui *aut ante* iners *et ante* qui nunc *(cf. app.)* somni tibi tempus, iners? quid...iaces? *Barth* 102–03 *commata posuit Mueller (C 17) post* alta *et post* secure *sed cf. Mulder cl. Verg. Aen. 10.324–27* 105–06 tu ueluti, magnum...nube, magister *interpunxit Lachmann*

pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus.
hinc tumor, et longus fratri promitteris exul.
ipse deum genitor tibi me miseratus ab alto
mittit: habe Thebas, caecumque cupidine regni,
ausurumque eadem, germanum expelle, nec ultra
fraternos inhiantem obitus sine fidere coeptis
fraudibus aut Cadmo dominas inferre Mycenas.'
  dixit, et abscedens (etenim iam pallida turbant
sidera lucis equi) ramos ac uellera fronti
deripuit, confessus auum, dirique nepotis
incubuit stratis; iugulum mox caede patentem
nudat et undanti perfundit uulnere somnum.
illi rupta quies, attollit membra toroque
erigitur plenus monstris, uanumque cruorem
excutiens simul horret auum fratremque requirit.
qualis ubi audito uenantum murmure tigris
horruit in maculas somnosque excussit inertes,
bella cupit laxatque genas et temperat ungues,
mox ruit in turmas natisque alimenta cruentis
spirantem fert ore uirum: sic excitus ira
ductor in absentem consumit proelia fratrem.
  et iam Mygdoniis elata cubilibus alto
impulerat caelo gelidas Aurora tenebras,
rorantes excussa comas multumque sequenti
sole rubens; illi roseus per nubila seras
aduertit flammas alienumque aethera tardo
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem
impleat atque ipsi radios uetet esse sorori,
cum senior Talaionides nec longa morati
Dircaeusque gradum pariterque Acheloius heros
corripuere toris. illos post uerbera fessos
exceptamque hiemem cornu perfuderat omni
Somnus; at Inachio tenuis sub pectore regi

---

122 Diripuit *ex* Der- M^1W^2 : Der- *ex* Dir- C : Dir- Dδμ : Diripjuit P^1 126 Eripitur P, *fortasse e* Deripuit *(122) uel* rupta *(125); frustra defendit* eripitur *Mulder:* 'erigitur...*plane falsa est propter praecedentia* attollit membra', *quod non intellego, nam primum dormit, tum artus attollit, deinde, toro relicto, stat erectus; cf. 8.751; cum uerbo 'eripere' externa uis semper adsociatur* 129 maculas *i.e. retia* 135 Impulerat Pω : impulerat ↑ expulerat Q^2 : depulerat *Lachmann 48*; *frustra conferunt 2.617, 3.35, malim conferre 4.3, 5.264, 6.158* 141 talaionides Pω : tala≡on- B : talaịon- νQ : talaon- ↑ i *s.* -ao- M^{σ} : t(h)alaon- DδOfLb, *edd. uett., sed cf. Gronouium cl. Hom. Il. 2.566*

tracta quies, dum mente deos inceptaque uersat
hospitia, et quae sint generis ascita repertis
fata mouet. postquam mediis in sedibus aulae
congressi inque uicem dextras iunxere locumque,
quo serere arcanas aptum atque euoluere curas,
insidunt, prior his dubios compellat Adrastus:
'egregii iuuenum, quos non sine numine regnis
inuexit nox atra meis, quibus ipse per imbres
fulminibus mixtos intempestumque Tonantem
has meus usque domos uestigia fecit Apollo,
non equidem obscurum uobis plebique Pelasgae
esse rear, quantis conubia nostra procorum
turba petant studiis; geminae mihi namque, nepotum
laeta fides, aequo pubescunt sidere natae.
quantus honos, quantusque pudor (ne credite patri)
et super hesternas licuit cognoscere mensas.
has tumidi solio et late dominantibus armis
optauere uiri (longum enumerare Pharaeos
Oebaliosque duces) et Achaea per oppida matres
spem generis, nec plura tuus despexerat Oeneus
foedera Pisaeisque socer metuendus habenis.
sed mihi nec Sparta genitos nec ab Elide missos
iungere fas generos: uobis hic sanguis et aulae
cura meae longo promittitur ordine fati.
di bene, quod tales stirpemque animosque uenitis
ut responsa iuuent: hic durae tempore noctis
partus honos, haec illa uenit post uerbera merces.'

---

153 atra ω : atra ↑ /dextra $D^{1}t^{1}O^{1}$: atra <u>dextra</u> B^{3} : dextra ↑ /atra Q^{2} : dextra PC, *edd. plerique sed* per imbres fulminibus mixtos intempestumque Tonantem...Apollo *(153–55) respondet ad* non sine numine... atra *cum chiasmo, cf. 1.346*   155 domus PW, *cf. 3.578, 5.77, 97, 8.49, 9.798, 10.343, 768, 11.185, 12.519, Ach. 1.153 ubi similis permutatio; alibi praebent codd. acc. pl.* domos *plerumque;* domo *abl. sing. quinquies (3.652, 4,839, 11.369, Ach. 1.373, 884),* domu *numquam;* domorum *semel (3.74),* domuum *numquam; cf. 5.310 ubi praebet Puteaneus* domos *pro nominatiuo plurali, uide ad 3.105, 6.380*   156 plebisque PW   157 rear PNtLBb : rear ↑ o r^{2} : reor ω   158 petant ω : -ant P : -at tfbQ, *fortasse recte, uide ad 1.561, 4.112*   160–77 *ab alio, sed aequali, librario scripti in* P   162 armis P^{1}δfCQbK : aruis ↑ m $\nu^{2}B^{1}$: aruis ↑ /armis $D^{1}O^{1}T^{1}W^{1}$ r^{1} : aruis P^{r}*mg.* NtfMLμS, *cf. 4.97, 278, 5.3, 309, 7.34, 632, 746, 8.439, 9.693, 10.140 ubi similis permutatio*   163 phar(a)eos ω : phareos *(sic)* DNtOδ : phaereos P; *cf. Frazer ad Paus. 4.30.2; hoc est oppidum Messenium non Thessalicum, cf. 167–68, sed aliter credit Håkanson B 163–64*   168 hic Pω : et fML : sed ν   170 stirpemque P^{c}*mg.*, ω : -peque P^{1}K   animo≡que K : animoque PC^{1}

audierant, fixosque oculos per mutua paulum
ora tenent, uisique inter sese ordine fandi
cedere. sed cunctis Tydeus audentior actis
incipit: 'o quam te parcum in praeconia famae
mens agitat matura tuae, quantumque ferentem
fortunam uirtute domas! cui cedat Adrastus
imperiis? quis te solio Sicyonis auitae
excitum infrenos componere legibus Argos
nesciat? atque utinam his manibus permittere gentes,
Iuppiter aeque, uelis, quas Doricus adligat undis
Isthmos et alterno quas margine summouet infra.
non fugeret diras lux intercisa Mycenas,
saeua nec Eleae gemerent certamina ualles,
†Eumenidesque aliis aliae sub regibus, † et quae
tu potior, Thebane, queri: nos uero uolentes
expositique animis.' sic interfatus, et alter
subicit: 'anne aliquis soceros accedere tales
abnaut? exulibus quamquam patriaque fugatis
nondum laeta Venus, tamen omnis corde resedit
tristitia, adfixique animo cessere dolores.
nec minus haec laeti trahimus solacia, quam si
praecipiti conuulsa Noto prospectet amicam
puppis humum. iuuat ingressos felicia regni
omina quod superest fati uitaeque laborum
fortuna transire tua.' nec plura morati
consurgunt, dictis impensius aggerat omne
promissum Inachius pater, auxillioque futurum
et patriis spondet reduces inducere regnis.
ergo alacres Argi, fuso rumore per urbem

---

175 audentior PωΣ : au≡den- b : auden- ↑ a *s.* -e- r² : audacior DNδtOνQ   177 ferentem PωΣ : fauentem *Lachmann, sed cf.* Σ: 'ferentem*: feliciter praecedentem'; recte edd. multi conferunt Sen. Epp. 22.4 et Mulder Luc. 1.393, perperam coniungit Anderson (A205)* quantumque *cum* ferentem   178 cedat PδC¹Bb : -dit ω   182 undis ω : undis/intus t^{c}O¹ : intus P, *fortasse e* Σ *183:* 'infra*: intus et infra'*   183 infra PωΣ : ultra *Alton 178; sed utrum de Graecia tota an solum de Isthmo et Peloponneso dicat Tydeus incertum erit dum recte intellegatur 186, cf. Mulder*   185–86 *locum non integrum statuit Dubner* : uallis Eumenidasque aliis alias *Sandstroem 42* : (Eumenidesque aliis aliae sub regibus) *Garrod B 259* ; gemerem c. uallis Eumenidasque aliis alias *(uel* alias aliis*) Alton 178* : gemerent c. ualles Eumenidasque aliis alii *Anderson A 205–06*   186 *subintellegunt edd.* non essent *uel* non fuissent   187 potior Pω : potior ↑ /poteris ν¹K² : poteris ↑ /potior Q¹ : poteris MLC, *quod fortasse natum e* Σ*: 'et tu...queri poteris', cf. Klotz F 500*   188 sic Pω : hic *Lachmann*   interfatus *cf. 174–76*

aduenisse duci generos primisque hymenaeis
egregiam Argian nec formae laude secundam
Deipylen tumida iam uirginitate iugari,
gaudia mente parant. socias it Fama per urbes
finitimisque agitatur agris procul usque Lycaeos
Partheniosque super saltus Ephyraeaque rura,
nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas
insilit: haec totis perfundit moenia pennis
Labdaciumque ducem praemissae consona nocti
territat; hospitia et thalamos et foedera regni
permixtumque genus (quae tanta licentia monstro,
quis furor?) et iam bella canit.
                                        diffuderat Argos
expectata dies: laeto regalia coetu
atria complentur, species est cernere auorum
comminus et uiuis certantia uultibus aera.
tantum ausae perferre manus! pater ipse bicornis
in laeuum prona nixus sedet Inachus urna;
hunc tegit Iasiusque senex placidusque Phoroneus
et bellator Abas indignatusque Tonantem
Acrisius nodoque ferens caput ense Coroebus
toruaque iam Danai facinus meditantis imago;
exin mille duces. foribus cum inmissa superbis
unda fremit uulgi, procerum manus omnis et alto
quis propior de rege gradus stant ordine primi.
interior sacris calet et sonat aula tumultu
femineo; casta matrem cinxere corona
Argolides, pars uirginibus circum undique fusae
foedera conciliant noua solanturque timorem.
ibant insignes uultuque habituque uerendo
candida purpureum fusae super ora pudorem
deiectaeque genas; tacite subit ille supremus
uirginitatis amor, primaeque modestia culpae

---

203 argian MLCBrK *Prisc. GL 2.72.20* : -ā Dδ : -am PNtOfμνb, *cf. 4.91, 12.296 ubi: similis permutatio* 208 eadem PωΣ : itidem *Lachmann* : Ogygiam sedem d. t. Thebes *Howard 123–24* : *alii alia, sed* eadem *defendit Anderson A 206 cl. Verg. Aen. 4.298* 209 haec Pω : haec ↑ et S : et DNδ; *cf. Klotz:* 'haec...moenia *efferuntur, quia Thebae opponuntur ceteris oppidis, quae non totis pennis Fama perfudit'* 213 et *Lachmann* : est Pω, *sed copulatiuum hic necessarium est post* et... et...-que *(211–12)* 218 *an* Inachos? *uide ad 1.357* 223 tum *coniecit Baehrens, sed proceres iam ingressi (214–15) nunc stant cum uulgus introit, cf. Anderson A 206* 227 matrem PQK^2 : -rẹm ↑ u C^2 : -rem ↑ ls t^c : -rum *ex* -r≡m D^2 : -rum ω : *in ras.* μ : -res ς, *edd. ante Mueller* : *ex* -r≡≡ O^c 233 modestia Pω : moḍe- ↑ l ν^2 : molestia ↑ lmodestia T^{1}W^{1}r^1 : moḷe- ↑ d C^2 : mole- fQ

confundit uultus; tunc ora rigantur honestis
imbribus, et teneros lacrimae iuuere parentes.
non secus ac supero pariter si cardine lapsae
Pallas et asperior Phoebi soror, utraque telis,
utraque torua genis flauoque in uertice nodo,
illa suas Cyntho comites agat, haec Aracyntho;
tunc, si fas oculis, non umquam longa tuendo
expedias, cui maior honos, cui gratior, aut plus
de Ioue; mutatosque uelint transumere cultus,
et Pallas deceat pharetras et Delia cristas.
  certant laetitia superosque in uota fatigant
Inachidae, quae cuique domus sacrique facultas.
hi fibris animaque, hi caespite nudo,
nec minus auditi, si mens accepta, merentur
ture deos, fractisque obtendunt limina siluis.
ecce metu subito (Lachesis sic dura iubebat)
impulsae mentes, excussaque gaudia patri,
et turbata dies. innuptam limine adibant
Pallada, Monychiis cui non Argiua per urbes
posthabita est Larisa iugis; hic more parentum
Iasides, thalamis ubi casta adolesceret aetas,
uirgineas libare comas primosque solebant
excussare toros. celsam subeuntibus arcem
in gradibus summi delapsus culmine templi,
Arcados Euhippi spolium, cadit aereus orbis,
praemissasque faces, festum nubentibus ignem,
obruit, eque adytis simul exaudita remotis
nondum ausos firmare gradum tuba terruit ingens.
in regem conuersi omnes formidine prima,
mox audisse negant; cunctos tamen omina rerum
dira mouent, uariisque metum sermonibus augent.
nec mirum: nam tu infaustos donante marito
ornatus, Argia, geris dirumque monile

245–46 Inachidae: quae...facultas, hi *interpunxit Garrod, sed cf. Val. Fl. 3.336* 247 merentur P : mere≡tur K : meretur ω : ụeretur ↑ m S, *cf. 10.131 ubi similis permutatio* 249 dira *edd. uett., uide ad 3.205* 250 patri P : -ris ω : patris ↑ (*l*) uulgi NO[1]: uulgi ς, *cf. 306* 251 limine Pω : lumine ↑ *l*li t[1] : lumine *edd. ante Kohlmann* : Pallada *Anderson A 207* : *alii alia, sed cf. Williams B 143–46 et Mulder cl. Verg. Aen. 6.115 etc.* 252 monychiis PW : -nic- ω : *ex* -nac- L : -nac- Q : Munychiis *uel* -nic- *edd. plerique fortasse recte, cf. 12.616* urbes Pω : orbes ↑ u B[1] : orbes *uel* orbem *Madvig 154, sed cf. Mulder cl. Hom. Il. 6.305 etc.* 253 huic *Jortin I 87* 257 delapsus Pς : -sus ↑ *l*um δ^c : -sum ω 265 tu DδOfSς, *Prisc. GL 2.72.17* : tu ↑ *l*tum t[1] : tu≡ NQB : tum Pω, *cf. Ach. 1.84;* tum *nusquam apud Statium eliditur*

Harmoniae. longa est series, sed nota malorum
persequar, unde nouis tam saeua potentia donis.
  Lemnius haec, ut prisca fides, Mauortia longum
furta dolens, capto postquam nil obstat amori
poena nec ultrices castigauere catenae,
Harmoniae dotale decus sub luce iugali
struxerat. hoc, docti quamquam maiora, laborant
Cyclopes, notique operum Telchines amica
certatim iuuere manu; sed plurimus ipsi
sudor. ibi arcano florentes igne zmaragdos
cingit et infaustas percussum adamanta figuras
Gorgoneosque orbes Siculaque incude relictos
fulminis extremi cineres uiridumque draconum
lucentes a fronte iubas; hic flebile germen
Hesperidum et dirum Phrixei uelleris aurum;
tum uarias pestes raptumque interplicat atro
Tisiphones de crine ducem, et quae pessima ceston
uis probat; haec circum spumis lunaribus unguit
callidus atque hilari perfundit cuncta ueneno.
non hoc Pasithea blandarum prima sororum,
non Decor Idaliusque puer, sed Luctus et Irae
et Dolor et tota pressit Discordia dextra.
prima fides operi, Cadmum comitata iacentem
Harmonia uersis in sibila dira querelis
Illyricos longo sulcauit pectore campos.
improba mox Semele uix dona nocentia collo
induit, et fallax intrauit limina Iuno.
teque etiam, infelix, perhibent, Iocasta, decorum
possedisse nefas; uultus hac laude colebas,
heu quibus, heu, placitura toris! post longior ordo.

---

267 *post* malorum *distinxit Bernartius unde Lachmann 268 eiciendum iudicauit, sed cf. Mulder cl. Verg. Aen. 1.341–42* 269 haec ut Pω : haec in ↑ ut *s.* in W : haec ut ↑ (*I*)est NO^{1} : est ut ↑ *I*hec D^{1} : est ut δς : ut M : hoc ut *Schrader* 270 capta ↑ o W^{2} : coepto *Heinsius* 277 Cingit *ex* Pin- Q^{2} : *'opinor...alludi ad ueterem et occultam fabulam de Celmi puero ab Ioue dilecto, qui in adamantem sit conuersus; ut forte sit scribendum* smaragdos/iungit, et infaustae percussum adamanta figurae, *uel* uincit, *aut etiam* stringit...*' Heinsius 2.4.232–33; sed sensus est: zmaragdos circumposuit ut monile formarent, cf. Prop. 3.6.30, Ou Met. 3.78* 278–79 *'...deinde non liquere mihi agnosco cur* fulminis extremi cineres *dicantur. unde fit ut* hesterni fulminis cineres *existimem esse reponendos...et* relectos cineres:- Siculaque incude relectos/fulminis hesterni cineres*', Heinsius 2.4.233* 281 Heliadum *Poynton C 259 (cl. Silu. 5.3.86), sed cf. Mulder cl. Luc. 9.361* 282 Tunc PNδQς 283 caeston S : -om P, *sed cf. 5.63* 285 hilaris *Damsté A 367, sed cf.* Σ *et Mulder:* 'hilari = *hilaritatem afferente', cl. 286, cf. 12.522* 287 Idaliusue *Lachmann, sed uide ad 1.102*

tunc donis Argia nitet uilesque sororis
ornatus sacro praeculta superuenit auro.
uiderat hoc coniunx perituri uatis, et aras
ante omnes epulasque trucem secreta coquebat
inuidiam, saeuis detur si quando potiri
cultibus, heu nihil auguriis adiuta propinquis.
quos optat gemitus, quantas cupit impia clades!
digna quidem: sed quid miseri decepta mariti
arma, quid insontes nati meruere furores?
  postquam regales epulas et gaudia uulgi
bisseni clausere dies, Ismenius heros
respicere ad Thebas iamque et sua quaerere regna.
quippe animum subit illa dies, qua, sorte benigna
fratris, Echionia steterat priuatus in aula,
respiciens descisse deos trepidoque tumultu
dilapsos comites — nudum latus omne fugamque
fortunae. namque una soror producere tristes
exulis ausa uias; etiam hanc in limine primo
liquerat et magna lacrimas incluserat ira.
tunc quos excedens hilares (quis cultus iniqui
praecipuus ducis) et profugo quos ipse notarat
ingemuisse sibi per noctem ac luce sub omni
digerit; exedere animum dolor iraque demens
et, qua non grauior mortalibus addita curis,
spes, ubi longa uenit. talem sub pectore nubem
consilii uoluens Dircen Cadmique negatas
apparat ire domos. ueluti dux taurus amata
ualle carens, pulsum solito quem gramine uictor
iussit ab erepta longe mugire iuuenca,
cum profugo placuere tori ceruixque recepto

---

297 Tunc PDδ, *Prisc. GL 2.41.4* : Tum ω   309 ille M, *cf. 1.166, 12.698* (ille dies), *8.663* (illa dies), *8.206 ubi similis permutatio, Austin ad Verg. Aen. 4.169*   benigna ↑]malig D^1 311 Respiciens Pω : suspirans *Barth (cl. 308)* : '*fortasse* agnoscens *propter* respicere *(308)' Garrod; sed cf. 1.167; uide ad 5.692 (fin.)*   descisse ω : *ex* dis- P^1 : discesse P^c : descisse ↑ abiisse K : abiisse C   314 limite D, *cf. 1.390, 2.26, 3.502, 4.413, 450, 691, 783, 6.629, 8.490, 9.64, 10.611 ubi similis permutatio*   316 Tum O, *fortasse recte, uide ad 1.112* quia *Sandstroem 42*   320 curis P : cura ↑]is t^c : cura ω : cura est δ   322 Consilii Pς : -io ω   consilio euoluens *uel* soluens *Barth*   327 pectora PC : -re ω : corpore δ, *uide ad 3.137*   quercus b : quercus ↑]uires $P^cB^2T^2r^2$: uires ↑]quercus Q^2 : uires ω; *cf. Verg. Geor. 3.232–33 (Aen. 12.104–05), Luc. 2.603;* uires *fortasse e glossemate 'robur' natum (cf. Verg. Geor. 3.235) atque hinc* in pectora *mutatum, cf. Ach. 1.114*

sanguine magna redit fractaeque in pectora quercus,
bella cupit pastusque et capta armenta reposcit
iam pede, iam cornu melior (pauet ipse reuersum
uictor, et attoniti uix agnouere magistri):
non alias tacita iuuenis Teumesius iras
mente acuit. sed fida uias arcanaque coniunx
senserat; utque toris primo complexa iacebat
aurorae pallore uirum, 'quos, callide, motus
quamue fugam moliris?' ait 'nil transit amantes.
sentio, peruigiles acuunt suspiria questus,
numquam in pace sopor. quotiens haec ora natare
fletibus et magnas latrantia pectora curas
admota deprendo manu! nil foedere rupto
conubiisue super moueor uiduaque iuuenta,
etsi crudus amor necdum post flammea toti
intepuere tori: tua me, properabo fateri,
angit, amate, salus. tune incomitatus, inermis
regna petes? poterisque tuis decedere Thebis,
si neget? atque illum sollers deprendere semper
Fama duces tumidum narrat raptoque superbum
difficilemque tibi: necdum consumpserat annum.
me quoque nunc uates, nunc exta minantia diuos
aut auium lapsus aut turbida noctis imago
terret et (a, memini!) numquam mihi falsa per umbras
Iuno uenit. quo tendis iter? ni conscius ardor
ducit et ad Thebas melior socer.' hic breue tandem
risit Echionius iuuenis tenerumque dolorem
coniugis amplexu solatus et oscula maestis
tempestiua genis posuit lacrimasque repressit:
'solue metus animo, dabitur, mihi crede, merentum
consiliis tranquilla dies; te fortior annis

---

328 pastusque Pς : saltusque ↑ /pastusque t^1 : saltusque ω; *cf. Luc. 2.604, 606* 331 tacita DNtδKς : -te P : -ta ↑ us C^2 : -tus fMLν : -tas OμQBbr 332 acuit Pω : gerit δ : coquit *Heinsius 4.3.578* uias Pω : iras *Anderson A 207, quod damnat Mulder cl. 334–35* 338 latrantia PB^{1}bΣ : lactantia ↑ /latrantia T^{1}W^{1}r^1 : iactantia ω, *cf. 1.88, 5.67, 8.636 ubi similis permutatio* 340 Conubiis^{ue} Q^2 : -ue *ex* -que C^2 : -que S, *uide ad 1.102* 343 tangit *Bentley, sed cf. Deipser 113 cl. 6.826–27* amate CK : -ta Pω : *similis permutatio in codd.* Σ 344 petes ω : -ens S : -ens B : -is Pt 347 consumpserit ς, *Heinsius, sed recte* Σ: *'qui necdum consumpto anno inimicus tibi atque infestus fuit, quid censes eum nunc moliturum...?'* 350 Terret et P : Territet ↑ a *s.* -e- *alterum* B^{3}r^{2}S : -tat ω 353 ~~pudorem~~ ↑ dolorem N 354 solatus PtLμνQB^{1}B^{3}rS : -tur DNδfMB^{2}bC : *in ras.* K

nondum cura decet. sciat haec Saturnius olim
fata parens, oculosque polo demittere si quos
Iustitia et rectum terris defendere curat.
fors aderit lux illa tibi, qua moenia cernes
coniugis et geminas ibis regina per urbes.'
  sic ait, et caro raptim se limine profert.
Tydea iam socium coeptis, iam pectore fido
aequantem curas (tantus post iurgia mentes
uinxit amor) socerumque adfatur tristis Adrastum.
fit mora consilio, cum multa mouentibus una
iam potior cunctis sedit sententia, fratris
pertemptare fidem tutosque in regna precando
explorare aditus. audax ea munera Tydeus
sponte subit; nec non et te, fortissime gentis
Aetolum, multum lacrimis conata morari
Deipyle, sed iussa patris tutique regressus
legato iustaeque preces uicere sororis.
  iamque emensus iter siluis ac litore durum,
qua Lernaea palus, ambustaque sontibus alte
intepet hydra uadis, et qua uix carmine raro
longa sonat Nemea nondum pastoribus ausis,
qua latus Eoos Ephyres quod uergit ad Euros
Sisyphiique sedent portus irataque terrae
curua Palaemonio secluditur unda Lechaeo.
hinc praeteruectus Nisum et te, mitis Eleusin,
laeuus abit, iamque arue gradu Teumesia et arces
intrat Agenoreas; ibi durum Eteoclea cernit

---

356 mihi ω, *Prisc. GL 2.351.17* : mi P   356–57 merentum...dies Pω, *Prisc. GL 2.351.17* : merentum...quies δ : medentum...quies *Schrader, sed cf. 359–62, 1.661–62*   358–60 *sensus est: utinam haec fata sciant et Iuppiter et Iustitia, si quando oculos polo demittere et rectum terris defendere curat! quod fortasse latet etiam in Σ: 'futura nostra sciunt fata et Iustitia, si reuera respicit terras aut homines curat'; alii, fortasse Σ sequentes, interpretantur non* sciat *sed* scit *uel* sciet; Mozley si *ante* sciat *subaudit*   359 demittere DNtδ : di- Pω, *cf. 1.659, 3.432, 4.775, 5.739, 6.522, 696, 736, 7.463, 648, 716, 9.237, 693, 10.63, 144, 11.444, 675, 745, 12.308 ubi similis permutatio*   si qua *Bernatius, sed cf. Mulder: 'non enim in dubium uocatur utrum sit Iustitia necne, sed utrum res...aspiciat an neglegat.* si quos...*est pro: si quando'*   363 raptum NtOfM : ṗ raptum ν^1 368 Iam DMμ : Iam ↑ N Q^2 : Iam *ex* Nam P : Nam ω : Nam ↑ Ihec Nf^2 369 Praetemptare Nς, *edd. ante Mueller, cf. 3.381*   378 nemeae P, *uide ad 1.355, 5.44*   381 lecheo P : lich- *ex* lech- N? : lic(h)eo ω, *cf. 7.97*   383 abit PB : ḥabẹt ↑ i *s.* -e- Q^2 : habet ω *(fortasse e 1.384)*; habet *defendit Ker 175–76, frustra, nisi distinguimus* hinc praeteruectus, Nisum, *sed cf. 5.472–73; sensus est: Nisum Eleusinque praeteruectus in laeuam partem (sic Ker) abit; uide ad 6.160*

sublimem solio saeptumque horrentibus armis.
iura ferus populo trans legem ac tempora regni
iam fratris de parte dabat; sedet omne paratus
in facinus queriturque fidem tam sero reposci.
  constitit in mediis (ramus manifestat oliuae
legatum) causasque uiae nomenque rogatus
edidit; utque rudis fandi pronusque calori
semper erat, iustis miscens tamen aspera coepit:
'si tibi plana fides et dicti cura maneret
foederis, ad fratrem completo iustius anno
legatos hinc ire fuit teque ordine certo
fortunam exuere et laetum descendere regno,
ut uagus ille diu passusque haud digna per urbes
ignotas pactae tandem succederet aulae.
sed quia dulcis amor regni blandumque potestas,
posceris: astriferum iam uelox circulus orbem
torsit et amissae redierunt montibus umbrae,
ex quo frater inops ignota per oppida tristes
exul agit casus; et te iam tempus aperto
sub Ioue ferre dies terrenaque frigora membris
ducere et externos summissum ambire penates.
pone modum laetis; satis ostro diues et auro
conspicuus tenuem germani pauperis annum
risisti; moneo, regnorum gaudia temet
dedoceas patiensque fugae mereare reuerti.'
  dixerat. ast illi tacito sub pectore dudum
ignea corda fremunt, iacto uelut aspera saxo
comminus erigitur serpens, cui subter inanes
longa sitis latebras totumque agitata per artus
conuocat in fauces et squamea colla uenenum:
'cognita si dubiis fratris mihi iurgia signis
ante forent nec clara odiorum arcana paterent,

385 Sublimem *ex* -en f^{r} : -en b, *uide ad 12.398* 389 ramus PDδOL : ramo ↑]ramus NM^{σ} : ramus *in ras.* r^{2} : ramo ω 392 tamen *uide ad 1.480* 396 disce≡dere ↑]descendere N : discedere Oς : decedere ς, *Deipser 114 cl. 1.317, sed cf. Mulder cl. inter alia Luc. 1.335* 401 montibus Pω : uallibus N, *Bernartius inutiliter, sed utrum recte iudicet* Σ *(cf. Mulder): 'id est in illo loco sunt umbrae in quo fuerunt tempore illo, quo es adeptus imperium: ut ex conuersione temporum annum iam transisse monstraret' an scholiasta Barthii (cf. Håkanson B 160): 'plenum uer denotat cum nulla non arbor in montibus folia recepit' (cf. 4.1–2) non mihi clarum est* 403 aperto PNς : apertos ↑]to t^{1} : -tos ω 413 tenebras C, *cf. 2.441, 550, 8.585 ubi similis permutatio* totumque P : -tosque ω; *agitur non quo modo se moueat sed quot et qualia sit dicturus* 414 *incipit* V

sufficeret uel sola fides, qua toruus et illum
mente gerens (ceu saepta nouus iam moenia laxet
fossor et hostiles inimicent classica turmas)
praefuris. in medios si comminus orsa tulisses
Bistonas aut refugo pallentes sole Gelonos,
parcior eloquio et medii reuerentior aequi
inciperes. neque te furibundae crimine mentis
arguerim: mandata refers. nunc omnia quando
plena minis, nec sceptra fide nec pace sequestra
poscitis, et propior capulo manus, haec mea regi
Argolico, nondum aequa tuis, uice dicta reporta:
quae sors iusta mihi, quae non indebitus annis
sceptra dicauit honos, teneo longumque tenebo:
te penes Inachiae dotalis regia dono
coniugis, et Danaae (quid enim maioribus actis
inuideam?) cumulentur opes. felicibus Argos
auspiciis Lernamque regas: nos horrida Dirces
pascua et Euboicis artatas fluctibus oras,
non indignati miserum dixisse parentem
Oedipoden: tibi larga (Pelops et Tantalus auctor!)
nobilitas, propiorque fluat de sanguine iuncto
Iuppiter. anne feret luxu consueta paterno
hunc regina larem? nostrae cui iure sorores
anxia pensa trahant, longo quam sordida luctu
mater et ex imis auditus forte tenebris
offendat sacer ille senex. iam pectora uulgi
adsueuere iugo: pudet heu plebisque patrumque:
ne totiens incerta ferant mutentque gementes
imperia et dubio pigeat parere tyranno.
non parcit populis regnum breue; respice quantus

417 qua ς, *edd* : qua≡ C : qua≡ ↑]qui f² : quam Pω : quum *Gronouius* : quod *Postgate* : qua *agnouit Σ 2.419: 'si quid de iurgiis...dubitarem, sufficeret mihi fides qua praefuris', cf. Klotz F 496* toruus et ω : -uos et *Housman F 37* : seruo sed P 418 gerens Pω : -ens ↑ i C : geris ↑]ens δ¹ : geris DNtO 422 eloquio PδO : alloquio ω 423 gentis ↑]m N : gentis D 429–32 *punctum post* tenebo, *comma post* opes *ponunt edd. inde a Mueller, quod* et *(431) superuacaneum reddit et antitheta* (quae sors iusta mihi...tenebo/te penes...opes; felicibus...regas/nos horrida...oras; non indignati miserum...Oedipoden/tibi larga...nobilitas, propiorque...Iuppiter*) confundit* 431 aulis *Madvig 154, sed 'aula' numquam pluralis apud Statium* 437 prop≡iorque f : propriorque P, *cf. 2.225, 426, 4.39, 6.443, 12.223, 306 ubi similis permutatio* 442 sacer Pς : sacer ↑]socer N²Q² : socer ωΣ 443 (pudet...patrumque) *Koestlin, fortasse recte; edd. perperam coniungunt* ne...tyranno *(444–45) cum* pudet

horror et attoniti nostro in discrimine ciues.
hosne ego, quis certa est sub te duce poena, relinquam?
iratus, germane, uenis. fac uelle: nec ipsi,
si modo notus amor meritique est gratia, patres
reddere regna sinent.' non ultra passus et orsa
iniecit mediis sermonibus obuia: 'reddes,'
ingeminat 'reddes; non si te ferreus agger
ambiat aut triplices alio tibi carmine muros
Amphion auditus agat, nil tela nec ignes
obstiterint, quin ausa luas nostrisque sub armis
captiuo moribundus humum diademate pulses.
tu merito; ast horum miseret, quos sanguine uiles
coniugibus natisque infanda ad proelia raptos
proicis excidio, bone rex. o quanta Cithaeron
funera sanguineusque uadis, Ismene, rotabis!
haec pietas, haec magna fides! nec crimina gentis
mira equidem duco: sic primus sanguinis auctor
incestique patrum thalami; sed fallit origo:
Oedipodis tu solus eras, haec praemia morum
ac sceleris, uiolente, feres! nos poscimus annum!
sed moror.' haec audax etiamnum in limine retro
uociferans, iam tunc impulsa per agmina praeceps,
euolat. Oeneae uindex sic ille Dianae
erectus saetis et aduncae fulmine malae,
cum premeret Pelopea phalanx, saxa obuia uoluens
fractaque perfossis arbusta Acheloia ripis,
iam Telamona solo, iam stratum Ixiona linquens
te, Meleagre, subit: ibi demum cuspide lata
haesit et obnixo ferrum laxauit in armo.
talis adhuc trepidum linquit Calydonius heros

---

447 *deest in* V   et Pω : ut *Koestlin, sed cf. fortasse 1.635*   448 Hos^{nc} Nt^{1}O^{1}M$^{\sigma}$: Hos DfrV   450 Si modo Pω : Si mihi δ : sic mihi *Lachmann*   454–64 *alia manu, sed aequali* P   454 alius *Schrader, cf. Verg. Aen. 6.89*   461 sanguineusque Pω : -isque *ex* -usque Ntμr^{2}K : -isque DδνC   462–65 nec...eras *in parenthesi posuit Mulder*   462 mentis *Mueller C 18*   463 Mira equidem ς : Mirequidem ↑ a P^{1}Nf^{2}b^{2}K^{2}S^{2} : Mirequidem L : Mira quidem ω : Magna quidem t *(e 462)*   sic Pω : siç δ^{1} : sic ↑ ⌊si ν^{2} : si NtfrV : sed C   465 Oedipodis *Jortin 191* : -des Pω   eris OSς   hae P   haec praemia *i.e. quae portenduntur 456–61*   466 At *ex* Ac P^{c} 467 retro ωΣ : regis P : retro ↑ ⌊regis O^{1} 473 fractum ↑ ⌊stratum N   474 ibi ω : tibi Pς, *Mueller sed cf. Vollmer ad Silu. 5.2.12(cl. 3.209, 8.332, 10.150, 323, 11,124, Silu. 5.1.258 etc.), Dilke ad Ach. 1.458*   475 laxauit Pω : quassauit *Lachmann* : lassauit *Madvig 154 (uide ad 5.606); sed cf. 1.135*   476 linquiḍ ↑ t P^{1} : liquit ω

concilium infrendens, ipsi ceu regna negentur,
festinatque uias ramumque precantis oliuae
abicit. attonitae tectorum e limine summo
aspectant matres, saeuoque infanda precantur
Oenidae tecitoque simul sub pectore regi.
  nec piger ingenio scelerum fraudisque nefandae
rector eget. iuuenum fidos, lectissima bello
corpora, nunc pretio, nunc ille hortantibus ardens
sollicitat dictis, nocturnaque proelia saeuus
instruit, et (sanctum populis per saecula nomen)
legatum insidiis tactioque inuadere ferro
(quid regnis non uile?) cupit. quas quaereret artes
si fratrem, Fortuna, dares? o caeca nocentum
consilia! o semper timidum scelus! exit in unum
plebs ferro iurata caput: ceu castra subire
apparet aut celsum crebris impulsibus urbis
inclinare latus, densi sic agmine facto
quinquaginta altis funduntur in ordine portis.
macte animi, tantis dignus qui crederis armis!
  fert uia per dumos propior, qua calle latenti
praecelerant densaeque legunt compendia siluae.
lecta dolis sedes: gemini procul urbe malignis
faucibus urguentur colles, quos umbra superni
montis et incuruis claudunt iuga frondea siluis
(insidias natura loco caecamque latendi
struxit opem), mediasque arte secat aspera rupes
semita, quam subter campi deuexaque latis
arua iacent spatiis. contra importuna crepido,
Oedipodioniae domus alitis; hic fera quondam

479 e limine P : ex culmine ↑ ⌊e limine t^1 : e(x) culmine ω : et culmine Bb^1 : culmine δ; *sensus est: e limine postremo, cf 3.53, 4.17, 12.190; 'e summo tabulato' interpretatur Mulder cl. 4.89–91* 480 Aspectant P : Prosp- ω 488 cupit Pω : cupit ↑ ⌊putat $f^2M^1T^1r^1$: putat ↑ ⌊cupit ν^2 : putat Dς 492 impulsibus ↑ ⌊arietibus δ^1 : arietibus Pω : crebri arietis ictibus *Unger 261, fortasse recte cf. 9.555, sed cf. etiam 9.147;* ariētibus *frustra defendit Klotz: 'equidem Statium necessitati paruisse crediderim, cum* e *produceret, praesertim cum in linguis Romanicis accentum in* e *fuisse uideamus'; hic agitur de numero militum non de instrumentis (cf.* densi, quinquaginta, tantis*); praeterea* aries *non est uox Statiana quamquam alibi in codd. irrepsit, uide ad 10.527* 499 quas...superne *Mueller cl. 5.183–84, sed sensus est: duo colles, inter quos sunt fauces, ipsi iugis montis altioris umbrantur* 501 latendi Pω : nocendi ↑ ⌊latendi D^1 : latenti ↑ d *s.* -t- *alterum* M^1Q^1, ⌊nocendi Q^2 : -enti fς, *Lachmann, sed cf. Silu. 1.4.35* 502 -que Ptδ : *om.* ω 505 Oedipodioniae Pδ : -idae ω

pallentes erecta genas suffusaque tabo
lumina, concretis infando sanguine plumis
reliquias amplexa uirum semesaque nudis
pectoribus stetit ossa premens uisuque trementi
conlustrat campos, si quis concurrere dictis
hospes inexplicitis aut comminus ire uiator
audeat et dirae commercia iungere linguae;
nec mora, quin acuens exertos protinus ungues
liuentesque manus fractosque in uulnere dentes
terribili applausu circum hospita surgeret ora;
et latuere doli, donec de rupe cruenta
(heu simili deprensa uiro!) cessantibus alis
tristis inexpletam scopulis adfligeret aluum.
monstrat silua nefas: horrent uicina iuuenci
gramina, damnatis auidum pecus abstinet herbis.
non Dryadum placet umbra choris non commoda sacris
Faunorum, diraeque etiam fugere uolucres
prodigiale nemus. tacitis huc gressibus acti
deueniunt peritura cohors, hostemque superbum
adnixi iaculis et humi posita arma tenentes
expectant, densaque nemus statione coronant.
   coeperat umenti Phoebum subtexere palla
Nox et caeruleam terris infuderat umbram.
ille propinquabat siluis et ab aggere celso
scuta uirum galeasque uidet rutilare comantes,
qua laxant rami nemus aduersaque sub umbra
flammeus aeratis lunae tremor errat in armis.
obstipuit uisis, ibat tamen, horrida tantum
spicula et inclusum capulo tenus admouet ensem,
ac prior 'unde, uiri, quidue occultatis in armis?'
non humili terrore rogat. nec reddita contra
uox, fidamque negant suspecta silentia pacem.

---

509 trementi ω : trementi ↑]fre t^c : trementi ↑]trementes S^2 : trementes ς : frementi P : trementis *Lachmann, sed apud Statium saepe tremunt uisus, oculi etc., cf. 5.95, 11.673–74 et, ubi* P *similiter errat, 9.701, 11.532; uide ad 5.78*   514 fractosque in uulnere ω : f. in uulnera Pν : factosque in uulnera *Koestlin B 282–83* : strictosque in uulnera *Housman*; *sensus est: fractos in uulnerando, cf. 4.334; Mulder*, uulnera legens, *interpretatur: 'dentes fractos uulnerandi causa acuens'*   519 *interpunxit Walker* : *edd. plerique comma post* nefas *ponunt*   520 dampnatisque D, *Markland ad Silu. 5.3.147*   523 huic P   530 cristasque Pς   536 reddita ω : redita δ : credita P

ecce autem uasto Cthonii cocntorta lacerto,
quo duce freta cohors, fuscas interuolat auras
hasta; sed audenti deus et fortuna recessit.
per tamen Olenii tegimen suis atraque saetis
terga super laeuos umeros uicina cruori
effugit et uiduo iugulum ferit inrita ligno.
tunc horrere comae sanguisque in corda gelari.
huc ferus atque illuc animum pallentiaque ira
ora ferens (nec tanta putat sibi bella parari):
'ferte gradum contra campoque erumpite aperto!
quis timor audendi, quae tanta ignauia? solus,
solus in arma uoco.' neque in his mora; quos ubi plures,
quam ratus, innumeris uidet excursare latebris,
hos deire iugis, illos e uallibus imis
crescere, nec paucos campo, totumque sub armis
conlucere iter (ut clausas indagine profert
in medium uox prima feras), quae sola medendi
turbata ratione uia est, petit ardua dirae
Sphingos et abscisis infringens cautibus uncas
exuperat iuga dura manus, scopuloque potitus,
unde procul tergo metus et uia prona nocendi,
saxum ingens, quod uix plena ceruice gementes
uertere humo et muris ualeant inferre iuuenci,
rupibus auellit; dein toto sanguine nixus
sustinet, inmanem quaerens librare ruinam,
qualis in aduersos Lapithas erexit inanem
magnanimus cratera Pholus. stupet obuia leto
turba superstantem atque emissi turbine montis

538 Cthonii *Klotz* : Chthonii *Gronouius cl. 3.170, 4.597* : chronii ω : cromii δ : chromi P; *cf. Schulze, Orthographica, 49–51, cf. 3.170, 4.597 ubi similis permutatio* 541 teg≡men f : tegmen Σ; *cf. 9.486* atraque Pω : hirtaque *Heinsius, cf. 4.364, Ach. 1.465, sed contra Theb. 1.488, Ou. Met. 3.63–64* 544 corda POQBς : -de ω; *cf. Mulder cl. Verg. Aen. 10.452 etc., Theb. 2.411 etc.* 547 contra Pω : dixit C : clamat ς 549 uoco Pω : uoco ↑ ⌊uocor $\nu^2Q^2T^1r^1$: uoco≡ t : uocor fMμ nec *Mueller B 195, sed uide ad 1.371* in PD : *in ras.* O^1 : *s.l.* δ^c : *om.* ω 551 deire PΣ : deire ↑ ⌊prodire Q^1 : prodire ω; *cf. Gronouium cl. 6.519, 8.236, 10.236, 11.276* 557 dura *Håkanson B 16, cl.* Σ *556: 'ordo est:* et abscisis cautibus infringens uncas manus iuga dura exuperat' : di≡ra L : dira Pω, *quod fortasse natum est e 555* 559 plena PωΣ : bina C 560 humum P et muris ualeant *scripsi* : murisque ualent ω : durisque ualent P : ualeant murisque *Kooten* : murisque queant *Baehrens, cf. Fletcher 165; frustra defendunt* ualent *Klotz (cl. 10.511) et Mulder: 'si* quod = *"quale"...nihil iam est cur lectionem traditam mutemus', quod non intellego* 561 auellit ω : aue- ↑ ⌊e t^c : eue- P; *sed cf. 10.534, Verg. Aen. 2.608, 'euellere' nusquam alibi apud Statium inuenitur*

obruitur; simul ora uirum, simul arma manusque
fractaque commixto sederunt pectora ferro.
quattuor hic adeo disiecti mole sub una
congemuere, fuga tremefactum protinus agmen
excutitur coeptis. neque enim temnenda iacebant
funera: fulmineus Dorylas, quem regibus ardens
aequabat uirtus, Martisque e semine Theron
terrigenas confisus auos, nec uertere cuiquam
frena secundus Halys, sed tunc pedes occubat aruis,
Pentheumque trahens nondum te Phaedimus aequo,
Bacche, genus. quorum ut subitis exterrita fatis
agmina turbatam uidit laxare cateruam,
quae duo sola manu gestans adclinia monti
fixerat, intorquet iacula et fugientibus addit.
mox in plana libens, nodo ne pectore tela
inciderent, saltu praeceps defertur et orbem,
quem procul oppresso uidit Therone uolutum,
corripuit, tergoque et uertice tegmina nota
saeptus et hostili propugnans pectora parma
constitit. inde iterum densi glomerantur in unum
Ogygidae firmantque gradum; trahit ocius ensem
Bistonium Tydeus, Mauortia munera magni
Oeneos, et partes pariter diuisus in omnes
hos obit atque illos ferroque micantia tela
decutit; impeditant numero seque ipsa uicissim
arma premunt, nec uis conatibus ulla, sed ipsae
in socios errare manus et corpora turba
inuolui prolapsa sua; manet ille ruentes

568 disiecti ς, *Barth* : -ta P : deiecti ω   573 confisus ωΣ, *Prisc. GL 3.319.2, 3.329.22* : *ex* -ixus P^1 *uel* P^c : confessus Dδ : *ex* -isus b^r, *cf. 12.223; maluit* confessus *Legras A 319 quod falso* Σ *attribuit*   574 occubat ω : *ex* -pat C : -pat Pς : *ex* -bat $\mu^1\nu^1$ 577 turbatam... cateruam ω : -ta≡...-ua≡ O : -ta≡...-ua S : -ta...-ua PNtς   578 montis P   580 in pectore Pδ, *sed cf. 1.532, 9.536; 'in aliquid' uel 'aliqua re' uel 'alicui rei' sed numquam 'in aliqua re' sequitur uerba cum 'in-' praefixo apud Statium; cf. Williams B 143–46 qui tamen mauult* in pectore *cl. 11.542*   583 tegmina nota Pμg : -nae *(ex* -na*)* -tą ↑ o Q^2 : -ne -ta CK : -ne -to ω : -ne toto O, *cf. 1.485–87*   588 pariter partes D   diuisus Pω : diffusus tδOfMLμνbr, Σ *Valenc.* : difusus N; *sed cf. Verg. Aen. 4.285–86*   590 impeditant ω, Σ *Valenc.* : -iant ↑ t f^1 : inpediant ↑ ⌋inpeditant T^1r^1 : impediat P : impediunt *edd. uett., cf. Alton 178*   593 Inuolui ς, *Heinsius ad Ou. Met. 15.625, Gronouius* : -ui ν, ⌋uit ν^2*mg.* : -uit Pω : -uit ↑ uunt δ^r : -uunt ς   ruentes Pω : -tum δB : -tum *(ex* -t≡≡ ν^1*)* ↑ ⌋cruentis $D^1\nu^1$: cruentis ↑ ⌋ruentis N^2Q^1 : cruentis $tOCb^2r^2K^2$: ᶜru- $f^r\mu^2$: ruentis ↑ cruentis M^σ

angustus telis et inexpugnabilis obstat.
non aliter Getica (si fas est credere) Phlegra
armatum inmensus Briareus stetit aethera contra,
hinc Phoebi pharetras, hinc toruae Pallados angues,
inde Pelethroniam praefixa cuspide pinum
Martis, at hinc lasso mutata Pyracmoni temnens
fulmina, cum toto nequiquam obsessus Olympo
tot queritur cessare manus: non segnior ardet
huc illuc clipeum obiectans, seque ipse recedens
circumit; interdum trepidis occurrit et instat
spicula deuellens, clipeo quae plurima toto
fixa tremunt armantque uirum; saepe aspera passus
uulnera, sed nullum uitae in secreta receptum
nec mortem sperare ualet. rotat ipse furentem
Deilochum, comitemque illi iubet ire sub umbras
Phegea sublata minitantem bell securi
Dircaeumque Gyan et Echionium Lycophonten.
iam trepidi sese quaerunt numerantque, nec idem
caedis amor, tantamque dolent rarescere turbam.
ecce Chromis Tyrii demissus origine Cadmi
(hunc utero quondam Dryope Phoenissa grauato
rapta repente choris onerisque oblita ferebat,
dumque trahit prensis taurum tibi cornibus, Euhan,
procidit impulsus nimiis conatibus infans)
tunc audax iaculis et capti pelle leonis
pinea nodosae quassabat robora clauae
increpitans: 'unusne, uiri, tot caedibus, unus
ibit ouans Argos? uix credet fama reuerso!

594 Angustis P 595 Getica (si fas est credere) Phlegra *Schrader* : geticae s. f. e. c. phlegrae Pω : Geticae (s. f. e. c.) Phlegrae *(i.e. locatiuus) edd. uett.* : (Geticae si fas est credere Phlegrae) *edd. recc.* 597 Pallados P : -dis ω, *uide ad 1.535* 599 Pyracmoni *scripsi* : -agmone Pω : -agmoni *Mueller A 27 (cf. 3.521, Ach. 1.285, Dilke ad Ach. 1.608)* : -acmone ς *edd.; ablatiuum interpretatus est Imhof 4: ' "noua fulmina sumpta (sc. a Ioue)" e manibus Pyracmonis', sed* mutata *malim interpretari cum* Σ: *'refecta siue ad proelium renouata' cum dat. agentis* 603 occurrit PNtδQS[c] : acc- ω, *uide ad 3.367* 604 deuellens P : di- ω 605 passus ω : -um PNtO : *ex* -us M[1] 607 ipse Pω : ense *Alton 178, cl.* securi *(609), 5.661, 9.303* 608 per umbras P, *fortasse e Verg. Aen. 12.881, cf. Mulder* 610 Lycophonten *Housman (cl. Hom. Il. 8.275)* : -tem Pω 612 plenam *(om.* -que*)* † Itantam P[c] 616 prensis taurum tibi POQBb : taurum prensis tibi ω : prensis tibi taurum δ 619 nodosae...clauae *Jortin I 91–93* : -sam...-uam PNS[2]ς : -sa...-ua ω; *cf. 7.716–17*

heu socii, nullaene manus, nulla arma ualebunt?
haec regi promissa, Cydon, haec, Lampe, dabamus?'
dum clamat, subit ore cauo Teumesia cornus,
nec prohibent fauces; atque illi uoce repleta
intercepta natat prorupto in sanguine lingua.
stabat adhuc, donec transmissa morte per artus
labitur inmorsaque cadens obmutuit hasta.
uos quoque, Thespiadae, cur infitiatus honora
arcuerim fama? fratris moribunda leuabat
membra solo Periphas (nil indole clarius illa
nec pietate fuit), laeua marcentia colla
sustentans dextraque latus; singultibus artum
exhaurit thoraca dolor, nec uincla coercent
undantem fletu galeam, cum multa gementi
pone grauis curuas perfringit lancea costas
exit et in fratrem cognataque pectora telo
conserit. ille oculos etiamnum in luce natantes
sistit et aspecta germani morte resoluit.
at cui uita recens et adhuc in uulnere uires
'hos tibi complexus, haec dent' ait 'oscula nati.'
procubuere pares fatis, miserabile uotum
mortis, et alterna clauserunt lumina dextra.
  protinus idem ultro iuculo parmaque Menoeten
proterrebat agens trepidis uestigia retro
passibus urguentem, donec defecit iniqua
lapsus humo, pariterque manus distractus in ambas
orat et a iugulo nitentem sustinet hastam:
'parce per has stellis interlabentibus umbras,
per superos noctemque tuam; sine tristia Thebis
nuntius acta feram uulgique per ora pauentis
contempto te rege canam: sic inrita nobis

---

622 heus *Mueller C 18, fortasse recte*   iuuabunt † uale Q^1, *fortasse e Verg. Aen. 10.320*   625 'uoce repleta*: pleno ore'* Σ *Valenc., sed melius interpretatur Mulder: 'lingua plena uocis', cl.* obmutuit *(628)*   630 Arcuerim K^cς : *ex* Argu- ν : Arguerim † Icu f^r : Argu- Pω, *sed cf.* Σ*:* 'arguerim*: id est priuauerim'; cf. 1.456*   636 graues P   *post* costas *omnes praeter Housman (D 4) fortiter interpungunt*   637 telo Pω : leto *Nauke 3* : telum *Anderson A 208, B 11 fortasse recte, sed cf. Housman D 4 cl. 1.330–31 etc.* : ferro Σ*3.152*   638 Conserit PωΣ : Traicit Σ*3.152*   etiamnum in ω : etiamnum in † adhuc N^2B^1 : etiam nunc δ : et adhuc in P *(e 640)* : extrema in *Markland ad Silu. 3.5.39* : tenui iam in *Garrod B 260 cl. Sil. It. 2.122*   644 Menoeten *(uel* -tem*) edd.* : menetem t : .naetem † .me P^1 : me≡≡≡≡ † netem N : men(o)et(h)um *(uel* -chum*)* ω

tela cadant, nullique tuum penetrabile ferro
pectus, et optanti uictor reueharis amico.'
dixerat. ille nihil uultum mutatus 'inanes
perdis' ait 'lacrimas; et tu (ni fallor) iniquo
pollicitus mea colla duci: nunc arma diemque
proice; quid timidae sequeris compendia uitae?
bella manent.' simul haec et crassum sanguine telum
iam redit; ille super dictis infensus amaris
prosequitur uictos: 'non haec trieterica uobis
nox patrio de more uenit, non orgia Cadmi
cernitis aut auidas Bacchum scelerare parentes.
nebridas et fragiles thyrsos portare putastis
imbellem ad sonitum maribusque incognita ueris
foeda Celaenaea committere proelia buxo?
hic aliae caedes, alius furor: ite sub umbras,
o timidi paucique!' haec intonat; ast tamen illi
membra negrant, lassusque ferit praecordia sanguis.
iam sublata manus cassos defertur in ictus,
tardatique gradus, clipeum nec sustinet umbo
mutatum spoliis; gelidus cadit imber anhelo
pectore, tum crines ardentiaque ora cruentis
roribus et taetra morientum aspergine manant:
ut leo, qui campis longe custode fugato
Massylas depastus oues, ubi sanguine multo
luxuriata fames ceruixque et tabe grauatae

---

655 uu̇ltum ω : -us D : -u PtMLνbr, *cf. 3.367, 4.616, 6.622, Ach. 1.53, 95*   656 et tu *i.e. etiam tu, recte igitur interpunxit Mulder fortius post* lacrimas   658 timide tΣ   663 Bacchum scelerare *recte interpretatur Håkanson B 61–62: 'scelerate Bacchanalia habere', uide ad 9.480*   664 putaṣtis P[1], *'uoluit igitur* putatis, *fortasse recte' Klotz*   668 at δ, *fortasse recte, nam hic modo apud Statium* ast *inuenitur ante consonantem, cf. 6.584 ubi tamen* at- *est multo minus aduersatiuum*   671–72 clipeum...spoliis *quot homines tot sententiae, sed pro certo habeo hic agi de Tydeos lassitudine. uelim igitur adsentiri Σ: 'hic umbonem pro humero posuit aut pro manu', cf. Ach. 1.470–71 ubi idem sensus fortasse inuenitur. sed quid uelit* mutatum spoliis *nescio, neque an sit emendandum. alii cl. 604–05 interpretantur: 'hastis hostium oneratum', alii: 'pellibus (quibus clipeus est inductus) priuatum'. illorum alii emendant (e.g.* nutantem *Lachmann* : nutat dum *Bury 303* : spiclis *Alton 178), alii codicum lectionem retinent (e.g. Klotz: 'de onere aucto agitur'); horum alii emendant (e.g.* nudatum *Burmann* : mulctatum *Madvig 156), alii codicum lectionem retinent (e.g. Vollmer ad Silu. 4.8.24). alii alia minus probabilia, e.g.* clipeum nec *(uel* non*)* sustinet; umbo mutatur *(uel* mutatus*)* spoliis *Barth, Anderson B 12, cf. 682*   673 tum ω : tunc PNtδOBQ, *uide ad 1.112*   674 et taetra PNtOμνCQ : *in ras.* δ[r] : et teạtra b[1] : et atra M[1]rS : atque atra D : ac atra L : et a≡tra B : ~~et~~extra ↑ a *s.* ex- B : et crebra M[2]*mg.*

consedere iubae, mediis in caedibus astat
aeger, hians, uictusque cibis; nec iam amplius irae
crudescunt: tantum uacuis ferit aera malis
molliaque eiecta delambit uellera lingua.
ille etiam Thebas spoliis et sanguine plenus
isset et attonitis sese populoque ducique
ostentasset ouans, ni tu, Tritonia uirgo,
flagrantem multaque operis oaligine plenum
consilio dignata uirum: 'sate gente superbi
Oeneos, absentes cui dudum uincere Thebas
adnuimus, iam pone modum nimiumque secundis
parce deis: huic una fides optanda labori.
fortuna satis usus abi.' restabat acerbis
funeribus socioque gregi non sponte superstes
Haemonides (ille haec praeuiderat, omina doctus
aeris et nulla deceptus ab alite) Maeon,
nec ueritus prohibere ducem, sed fata monentem
priuauere fide. uita miserandus inerti
damnatur; trepido Tydeus inmitia mandat:
'quisquis es Aonidum, quem crastina munere nostro
manibus exemptum mediis Aurora uidebit,
haec iubeo perferre duci: cinge aggere portas,
tela moua, fragiles aeuo circum inspice muros,
praecipue stipare uiros densasque memento
multiplicare acies! fumantem hunc aspice late
ense meo campum: tales in bella uenimus.'
haec ait, et meritae pulchrum tibi, Pallas, honorem
sanguinea de strage parat, praedamque iacentem
comportat gaudens ingentiaque acta recenset.
quercus erat tenerae iam longum oblita iuuentae
aggere camporum medio, quam plurimus ambit
frondibus incuruis et crudo robore cortex.
huic leues galeas perfossaque uulnere crebro
inserit arma ferens, huic truncos ictibus enses

---

692 omina Pω : omnia omina B : <u>oma</u> ↑ omina Q[1] : omina ↑]omnia T[1]r[1] : omnia DNfMLb, *cf. Mulder cl. 3.473, uide ad 2.196* 693 Aeris PNOς : Aerọs ↑ i t[2] : Aeros BbKΣ : Heros ↑]aeris δ[r]Q[2] : Heros DfMLμνCr : Heris *ex* ≡er≡s S, *cf. 11.591* 694 monentem ↑]meontem O[1] : moue- ↑ n Q[2] : moue- C, *uide ad 3.721* 695 fidem PLB 700 circum inspice P : circumspice ω, *fortasse recte, cf. 6.430, 8.14, 9.841, 10.362, 419, 11.204, sed* circum inspice *paulo aptius uidetur et cf. 6.256–57, 11.243*

subligat et tractas membris spirantibus hastas.
corpora tunc atque arma simul cumulata superstans
incipit (oranti nox et iuga longa resultant):
'diua ferox, magni decus ingeniumque parentis,
bellipotens, cui torua genis horrore decoro
cassis, et asperso crudescit sanguine Gorgon,
nec magis ardentes Mauors hastataque pugnae
impulerit Bellona tubas, huic adnue sacro,
seu Pandionio nostras inuisere caedes
monte uenis, siue Aonia deuertis Itone
laeta choris, seu tu Libyco Tritone repexas
lota comas qua te biiugo temone frementem
intemeratarum uolucer rapit axis equarum:
nunc tibi fracta uirum spolia informesque dicamus
exuuias. at si patriis Porthaonis aruis
inferar et reduci pateat mihi Martia Pleuron,
aurea tunc mediis urbis tibi templa dicabo
collibus, Ionias qua despectare procellas
dulce sit, et flauo tollens ubi uertice pontum
turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.
hic ego maiorum pugnas uultusque tremendos
magnanimum effingam regum, figamque superbis
arma tholis, quaeque ipse meo quaesita reuexi
sanguine, quaeque dabis captis, Tritonia, Thebis.
centum ibi uirgineis uotae Calydonides aris
Actaeas tibi rite faces et ab arbore casta
nectent purpureas niueo discrimine uittas,
peruigilemque focis ignem longaeua sacerdos
nutriet, arcanum numquam spretura pudorem.
tu bellis, tu pace feres de more frequentes
primitias operum, non indignante Diana.'
dixerat, et dulces iter instaurabat ad Argos.

---

712 tractas Pς : fractas ↑]trac t[c] : fractas ω; *difficile est diiudicare, nam* tractas *fortasse aptius est ob* spirantibus, *cf. 7.768–70; sed agitur de armis fractis (cf. 710–11, 725), et tali repetitioni* (fractas...fracta) *fauet Statius (cf. 9.465–71), et cf. Ach. 1.113–14* 720 caedes ω : ùocės caedes P[1] : noctes *Postgate, sed numquam scribit Statius* noctes *pro* nox *et cf. Tydeos uerba, 667, 725, 8.666–67* 721 uenis P : uelis ω diuertis DNtδOfML$\mu\nu$Qbr, *cf. 3.45* 724 Intemeratarum PtΣ : -torum ↑]tarum N[1] : -torum ω equarum t : aquarum P : equorum ↑]arum N[1]δ[r] : equorum ω, *cf. 6.558* 726 porthaonis f[1]M[1]B : part(h)- Pω *edd., uide ad 1.670* 731 *an* Acheloos? *cf. 7.416, uide ad 1.357* 740 spretura P : inspectura ↑]spretura t[1] : inspectura ωΣ; *sed testimonium* Σ *in dubium uocat Klotz F 488, 495, et* spretura *defendit Mulder cl. Luc. 1.597–98*

LIBER TERTIVS

At non Aoniae moderator perfidus aulae
nocte sub ancipiti, quamuis umentibus astris
longus ad auroram superet labor, otia somni
accipit; inuigilant animo scelerisque parati
supplicium exercent curae; tum plurima uersat,
pessimus in dubiis augur, timor. 'ei mihi' clamat,
'unde morae?' (nam prona ratus facilemque tot armis
Tydea, nec numero uirtutem animumque rependit)
'num regio diuersa uiae? num missus ab Argis
subsidio globus? an sceleris data fama per urbes
finitimas? paucosne, pater Gradiue, manuue
legimus indecores? at enim fortissimus illic
et Chromis et Dorylas et nostris turribus aequi
Thespiadae totos raperent mihi funditus Argos.
nec tamen ille meis, reor, impenetrabilis armis
aere gerens solidoque datos adamante lacertos
uenerat; heu segnes, quorum labor haeret in uno,
si conserta manus.' uario sic turbidus aestu
angitur ac sese culpat super omnia, qui non
orantem in mediis legatum coetibus ense
perculerit foedasque palam satiauerit iras.
iam pudet incepti, iam paenitet. ac uelut ille
fluctibus Ioniis Calabrae datus arbiter alno
nec rudis undarum (portus sed linquere amicos
purior Olenii frustra gradus impulit astri),
cum fragor hiberni subitus Iouis, omnia mundi
claustra tonant multusque polos inclinat Orion,
ipse quidem malit terras pugnatque reuerti,
fert ingens a puppe Notus, tunc arte relicta
ingemit et caecas sequitur iam nescius undas:
talis Agenoreus ductor caeloque morantem

---

1 aulae ω : ORAE P   4 parati ↑ t *s.* -ar- $B^{2}/^{3}$, *quod etiam coniecit Lachmann, sed* scelus *non patratum est*   5 curae Pω : Dirae *Mueller cl. 1.52, sed Dirae non inuigilant animo*   tum P : tunc ω   6 ei ω : et ↑ ei P^{c} : heu δ   9 Num...num ω : *ex* Nunc...nunc P : Non...non D   16 satos *Heinsius 1.6.68, cf. Silu. 1.2.69*   24 (nec rudis undarum, portus *Mozley, fortasse recte*   28 malit P : mallit B : mallit ↑ lmallet $Q^{1?}$: mallet ↑ lmalit t^{c} : mallet ω, *fortasse recte cf. 7.601, 10.295, 6.477, 8.719, 12.577, uide ad 7.95*

Luciferum et seros maerentibus increpat ortus.
  ecce sub occiduas uersae iam Noctis habenas
astrorumque obitus, ubi primum maxima Tethys
impulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto,
ima flagellatis, signum lugubre malorum,
ponderibus trepidauit humus, motusque Cithaeron
antiquas dedit ire niues; tunc uisa leuari
culmina septenaeque iugo concurrere portae.
et prope sunt causae: gelido remeabat Eoo
iratus fatis et tristis morte negata
Haemonides; necdum ora patent, dubiusque notari
signa dabat magnae longe manifesta ruinae
planctuque et gemitu; lacrimas nam protinus omnes
fuderat. haud aliter saltu deuertitur orbus
pastor ab agrestum nocturna strage luporum,
cuius erile pecus siluis inopinus abegit
imber et hibernae uentosa cacumina lunae.
luce patent caedes; domino perferre recentes
ipse timet casus, haustaque informis harena
questibus implet agros, stabulique silentia magni
odit et amissos longo ciet ordine tauros.
  illum congestae portarum ad limina matres
ut solum uidere (nefas!), nulla agmina circum
magnanimosque duces, nil ausae quaerere tollunt
clamorem, qualis bello supremus apertis
urbibus, aut pelago iam descendente carina.
ut primum inuisi cupido data copia regis:
'hanc tibi de tanto donat ferus agmine Tydeus
infelicem animam, siue haec sententia diuum,
seu fortuna fuit, seu, quod pudet ira fateri,
uis inuicta uiri. uix credo et nuntius: omnes
procubuere, omnes. noctis uaga lumina testor
et socium manes et te, mala protinus ales,
qua redeo, non hanc lacrimis meruisse nec astu
crudelem ueniam atque inhonorae munera lucis;
sed mihi iussa deum placitoque ignara moueri
Atropos atque olim non haec data ianua leti

45 diuertitur DL, *cf. 2.721* 47 adegit *Ellis, fortasse recte, sed cf. 2.547, 7.426–27* 54 circa P 55 nil PμνK : nihil ω : non δ 57 desidente *Heinsius, sed cf 9.262, 279* 61 pudet ira Pω : rubet ira *Gronouius, addendum* ira ω : ira † lore P^{c}ν^{1}S : ire *ex* ira M^{1} : *ex* ire≡ N : ire Dtμ : ≡≡≡ *(ira?)* † ore Q^{2}; *cf. Klotz D 409–10 cl. Luc. 8.495* 67 placidoque P, *cf. 7.190, 10.769 ubi similis permutatio, uide ad 12.302*

eripuere necem. iamque ut mihi prodiga uitae
pectora et extremam nihil horrescentia mortem
aspicias: bellum infandum ominibusque negatam
mouisti, funeste, aciem, dum pellere leges
et consanguineo gliscis regnare superbus
exule; te series orbarum excisa domorum
planctibus adsiduis, te diro horrore uolantes
quinquaginta animae circum noctesque diesque
adsilient, neque enim ipse moror.' iam mouerat iras
rex ferus, et tristes ignescunt sanguine uultus.
inde ultro Phlegyas et non cunctator iniqui
Labdacus (hos regni ferrum penes) ire manuque
proturbare parant. sed iam nudauerat ensem
magnanimus uates, et nunc trucis ora tyranni,
nunc ferrum aspectans: 'numquam tibi sanguinis huius
ius erit aut magno feries imperdita Tydeo
pectora; uado equidem exultans ereptaque fata
insequor et comites feror expectatus ad umbras.
te superis fratrique ——' et iam media orsa loquentis
absciderat plenum capulo latus; ille dolori
pugnat et ingentem nisu duplicatus in ictum
corruit, extremisque animae singultibus errans
alternus nunc ore uenit, nunc uulnere sanguis.
excussae procerum mentes, turbataque mussant
concilia; ast illum coniunx fidique parentes
seruantem uultus et toruum in morte peracta,
non longum reducem laetati, in tecta ferebant
sed ducis infandi rabidae non hactenus irae
stare queunt; uetat igne rapi, pacemque sepulcri
impius ignaris nequiquam manibus arcet.
  tu tamen egregius fati mentisque nec umquam
(sic dignum est) passure situm, qui comminus ausus

72–74 *multi editores ita interpungunt ut* dum...exule *ab* adsilient *(77) pendeat*   73 gliscis ωΣ : gliscis ↑ /gestis t¹O¹g² : gestis P, *quod nempe e glossemate natum est, nam licet 'gliscere' non alibi cum infinito reperiatur, Statius tamen erat talium usuum nouator, cf. Williams ad 10.221, cf. etiam* Σ *:* 'gliscis *hic "cupis" significat' et* Σ *12.639:* 'gliscere *cum furore cupere'*   75 uolantes ω : uolẹntes ↑ a Q¹ : uolentes PB   84 aut Pω : haud D, *uide ad 1.102*   87 fratrique ωΣ : fatique P   88 Absciderat P : Abstulerat ↑ /absciderat t¹ : Abstulerat ω   100 Sic SK : Si ↑ /sic D¹ : Si Pω : Se f : In- δμ   est P : est ν¹ : est *s.l.* t¹M$^{\sigma}$: *om.* ω, *fortasse recte*   101 contemptum reges ↑ /i *s.* e *tertium* D¹ : -gis *ex* -ges P^{c} : -ges *ex* -gis M¹ : -gis ↑ /e t¹ : -gis ω : contemptu regis *Peyraredus* : contemptor regis *Mueller, alii alia, sed cf. 6.657;* reges *est pluralis generalis cf. 2.189*

uadere contemptum reges, quaque ampla ueniret
libertas, sancire uiam: quo carmine dignam,
quo satis ore tuis famam uirtutibus addam,
augur amate deis? non te caelestia frustra
edocuit lauruque sua dignatus Apollo est,
. . . .
et nemorum Dodona parens Cirrhaeaque uirgo
audebit tacito populos suspendere Phoebo.
nunc quoque Tartareo multum diuisus Auerno
Elysias, i, carpe plagas, ubi manibus axis
inuius Ogygiis nec sontis iniqua tyranni
iussa ualent; durant habitus et membra cruentis
inuiolata feris, nudoque sub axe iacentem
et nemus et tristis uolucrum reuerentia seruat.
  at nuptae exanimes puerique aegrique parentes
moenibus effusi per plana, per auia, passim
quisque suas auidi ad lacrimas, miserabile, currunt,
certamen, quos densa gradu comitantur euntes
milia solandi studio, pars uisere flagrant
unius acta uiri et tantos in nocte labores:
feruet iter gemitu et plangoribus arua reclamant.
ut uero infames scopulos siluamque nefandam
peruentum, ceu nulla prius lamenta nec atri
manassent imbres, sic ore miserrimus uno
exoritur fragor, aspectuque accensa cruento
turba furit: stat sanguineo discissus amictu
Luctus atrox caesoque inuitat pectore matres.

---

105 lauruque P : -oque ω, *fortasse recte cf. 4.598, 6.366, 12.65 ubi* lauro Pω, *8.127* lauru ω : -ro POf^2C; *nom. pl. 4.279* lauri Pω, *8.203; 12.492, Ach. 1.16* laurus Pω *(12.492, Ach. 1.16* laurus *est metri causa necessarium); acc. pl. 7.351* laurus $P^1Q^1S^1$*a.c.*, tDO : -os $P^rQ^1S^c$*p.c.*, ω, *7.707, 784* laurus Pω : -os C, *uide ad 2.155, 6.380* *post 105 Jortin I 95 (cl. 8.195–202) putat aliquid excidisse in quo actum sit de aliorum oraculorum silentio; recte ut mihi uidetur: alioqui* et *(106) uix intellegi potest (cf. Housman D 5), etiam si cum multis editoribus post* Apollo est *fortiter distinguimus* 107 Audebit Pω : *ex* -bat ν^2 : gaudebit *Markland ad Silu. 1.3.57, quod parum aptum uidetur, sed cf. Housman D 5, cl. Luc. 5.114–20; quid uelit* audebit *non est clarum, fortasse propter lacunam; interpretatur Snijder : 'oracula nunc audebunt populos suspendere quia mortuus est Maeon, solus interpretes uerus (*tacito Phoebo*)', quod non uerisimile uidetur* 113 Et nemus Pω : et metus *Barth* : eminus *Poynton C259, qui putat uersum excidisse post 112 in quo actum sit de feris uatis cadauer tuentibus* 115 auia PDδQ : auia ↑ /de N : inuia ↑ /a t^c : inuia ω, *fortasse e 110 sed uocum iteratio Statio non displicet, cf. Williams ad 10.132; cf. Ach. 2.102 ubi similis permutatio* 116 *commata posuit Walker*

scrutantur galeas frigentum inuentaque monstrant
corpora, prociduae super externosque suosque.
hae pressant in tabe comas, hae lumina signant
uulneraque alta rigant lacrimis, pars spicula dextra
nequiquam parcente trahunt, pars molliter aptant
bracchia trunca loco et ceruicibus ora reponunt.
  at uaga per dumos uacuique in puluere campi
magna parens iuuenum, gemini nunc funeris, Ide
squalentem sublata comam liuentiaque ora
ungue premens (nec iam infelix miserandaque, uerum
terror inest lacrimis), per et arma et corpora passim
canitiem impexam dira tellure uolutans
quaerit inops natos omnique in corpore plangit.
Thessalis haud aliter bello gauisa recenti,
cui gentile nefas hominem renouare canendo,
multifida attollens antiqua lumina cedro
nocte subit campos uersatque in sanguine functum
uulgus et explorat manes, cui plurima busto
imperet ad superos: animarum maesta queruntur
concilia, et nigri pater indignatur Auerni.
  illi in secessu pariter sub rupe iacebant
felices, quos una dies, manus abstulit una,
peruia uulneribus media trabe pectora nexi.
ut uidit lacrimisque oculi patuere profusis:
'hosne ego complexus genetrix, haec oscula, nati,
uestra tuor? sic uos extremo in fine ligauit
ingenium crudele necis? quae uulnera tractem,
quae prius ora premam? uosne illa potentia matris,
uos uteri fortuna mei, qua tangere diuos
rebar et Ogygias titulis anteire parentes?
at quanto melius dextraque in sorte iugatae,
quis steriles thalami nulloque ululata dolore
respexit Lucina domum! mihi quippe malorum
causa labor; sed nec bellorum in luce patenti

---

130 rigant Pς : replent ↑]rigant t^1 : replent ω 134 nunc Pδς : tunc ↑]nunc Q^2 : tunc ω 136 Vngue premens ω, P^c*mg.* : Igne (↑]ungue)premens T^{1}r^1 : Igne tremens P^1, *uide ad 5.78* 138 impexam DNtδOCQK : *ex* imple- P^{1}L$^\sigma$μν^{2}br : imple- fMBS 141 renouare PNtLμCBS : *ex* -uere Q^1, pro reuocare Q^2*mg* : reuocare ω, *quod fortasse natum e* Σ: *'constat enim animas...reuocari non posse' cl. Luc. 6.633; cf. Ach. 1.595 ubi similis permutatio* 145 animorum Lν^{1}CBb^{1}Tr 157 At ↑ h P^{c}δ^r : Ha ↑]At O^1 : A(h) *edd. uett. fortasse recte, cf. 3.286, Markland ad Silu. 1.2.31*

conspicui fatis aeternaque gentibus ausi
quaesistis miserae uulnus memorabile matri,
sed mortem obscuram † numerosaque funera passi, †
heu quantus furto cruor et sine laude iacetis!
quin ego non dextras miseris complexibus ausim
diuidere et tanti consortia rumpere leti:
ite diu fratres indiscretique supremis
ignibus et caros urna confundite manes!'
　nec minus interea digesta strage suorum
hic Cthonium coniunx, hic mater Penthea clamat
Astyoche, puerique rudes, tua, Phaedime, proles,
amissum didicere patrem, Marpessaque pactum
Phyllea, sanguineumque lauant Acamanta sorores.
tunc ferro retegunt siluas collisque propinqui
annosum truncant apicem, qui conscius actis
noctis et inspexit gemitus; ibi grandior aeuo
ante rogos, dum quisque suo nequit igne reuelli,
concilium infaustum dictis mulcebat Aletes:
'saepe quidem infelix uarioque exercita ludo
fatorum gens nostra fuit, Sidonius ex quo
hospes in Aonios iecit sata ferrea sulcos,
unde noui fetus et formidata colonis
arua suis. sed nec ueteris cum regia Cadmi
fulmineum in cinerem monitis Iunonis iniquae
consedit, neque funerea cum laude potitus
infelix Athamas trepido de monte ueniret,
semianimem heu laeto referens clamore Learchum,
hic gemitus Thebis, nec tempore clarius illo
Phoenissae sonuere domus, cum lassa furorem
uicit et ad comitum lacrimas expauit Agaue.
una dies similis fato specieque malorum

---

161 fatis PK : fatis ↑ /factis N : factis ω, *fortasse recte nisi* mortem obscuram *(163) respondet ad* fatis; *cf. 1.213, 466, 706, 2.359, 3.191, 304, 330, 602, 8.227, 10.225, 291, 347, 11.10, 299, 12.102, 166, 404, Ach. 1.890 ubi similis permutatio*　163 numerosaque P : *ex* numerandaque T^2 : numerandaque ωΣ : miserandaque *edd. uett.* : mussandaque *Gruter* : numerosa ubi *Garrod* : *alii alia, sed hunc uersum nemo satis interpretatus est uel emendauit*　funera ω : funera ↑ /uulnera P^c : <u>fu</u>nera ↑ uul t^2 : uulnera Dς　*ante Mueller fortiter distinguebant post* passi　169 disiecta *ν*　170 Cthonium *Klotz* : Chthonium *Gronouius* : cronium P : *in ras.* $O^{1?}$: tonium ↑ /cro t^1 : t(h)onium ω : theonum δ; *uide ad 2.538*　penthea δ : ≡/penthea M : eunyea ↑ penthea P^c : ent(h)ea ω : ethentea f : echentea D : ethenea C : yantea *ex* entea $ν^2$: ianthea *ex* enthea Q^2 : hentea t　171 Astyoche DQ : -es *ex* -e P^c : -es NtδfMLμνBbC　172 marpessaque P : marpissaque ω : ma≡pissaque M : mapissaque Nt　173 Phylea *coniecit Klotz cl. 7.712, 12.745 fortasse recte*　174 Tum DfMμ : Tn̄ *ν*　180 fuit fς, *Jortin I 97* : fuit ↑ /ruit P^c : ruit ↑ /fuit t^1 : ruit ω　185 nec μB, *Mueller B 194–95, uide ad 1.371*

aequa fuit, qua magniloquos luit impia flatus
Tantalis, innumeris cum circumfusa ruinis
corpora tot raperet terra, tot quaereret ignes.
talis erat uulgi status, et sic urbe relicta
primaeuique senesque et longo examine matres
inuidiam planxere deis miseroque tumultu
bina per ingentes stipabant funera portas.
meque ipsum memini (necdum apta doloribus aetas)
flesse tamen gemituque meos aequasse parentes
illa tamen superi. nec quod tibi, Delia, castos
prolapsum fontes specula temerare profana
heu dominum insani nihil agnouere Molossi,
deflerim magis, aut uerso quod sanguine fluxit
in subitos regina lacus: sic dura Sororum
pensa dabant uisumque Ioui. nunc regis iniqui
ob noxam inmeritos patriae tot culmina ciues
exuimus, nec adhuc calcati foederis Argos
fama subit, et iam bellorum extrema dolemus.
quantus equis quantusque uiris in puluere crasso
sudor! io quanti crudele rubebitis amnes!
uiderit haec bello uiridis manus: ast ego doner
dum licet igne meo terraque insternar auita!'
haec senior, multumque nefas Eteoclis aceruat
crudelem infandumque uocans poenasque daturum.
unde ea libertas? iuxta illi finis et aetas
tota retro, seraeque decus uelit addere morti.
  haec sator astrorum iamdudum e uertice mundi
prospectans primoque imbutas sanguine gentes
Gradiuum acciri propere iubet. ille furentes
Bistonas et Geticas populatus caedibus urbes
turbidus aetherias currus urguebat ad arces,
fulmine cristatum galeae iubar armaque in auro
tristia, terrificis monstrorum animata figuris,
incutiens: tonat axe polus clipeique cruenta

---

196 senesque P : senes ω 199 doloribus ω : laboribus P, *fortasse recte, cf. 3.335, 6.179, 12.246 ubi similis permutatio* 202 prolapsum *Mueller* : Prolapsu in P : Prolapsum ad ω temerare PNtBbSK : -rarẹ ↑ nte $M^{\sigma}Q^1g^c$: -rare ↑ /temerante T^1r^1 : -rante ↑ /re D^1 : -rante δOfμνC, B^1*mg.*, *edd. uett. sed cf. Gronouium: 'uidetur dixisse ad fontes* prolapsum temerare, *ut eos temeraret specula profana'* 203 nihil P : non ↑ /nihil t^1 : non ω 205 dira t, *edd. uett., cf. 2.249, 3.491, 6.325, 513, contra 6.923* 207 culmina Pω, *quod quibusdam displicet, sed cf. 5.325* 211 quantum Dδμν : *ex* -t≡≡ T^2 214 aceruat ω : -bat ↑ /u $δ^1$: -uae P : -bat DC : arcebat ↑ aceruat $ν^2$, *uide ad 9.370* 217 decus uelit Pς : uelit decus ω 218 e Pδf : de B : *om.* ω, *cf. 5.295*

lux rubet, et solem longe ferit aemulus orbis.
hunc ubi Sarmaticos etiamnum efflare labores
Iuppiter et tota perfusum pectora belli
tempestate uidet: 'talis mihi, nate, per Argos,
talis abi, sic ense madens, hac nubilus ira.
exturbent resides frenos et cuncta perosi
te cupiant, tibi praecipites animasque manusque
deuoueant; rape cunctantes et foedera turba,
cui dedimus; tibi fas ipsos incendere bello
caelicolas pacemque meam. iam semina pugnae
ipse dedi: remeat portans inmania Tydeus
ausa, ducis scelus et, turpis primordia belli,
insidias fraudesque, suis quas ultus in armis.
adde fidem. uos, o superi, meus ordine sanguis,
ne pugnare odiis, neu me temptare precando
certetis; sic Fata mihi nigraeque Sororum
iurauere colus: manet haec ab origine mundi
fixa dies bello, populique in proelia nati.
quodni me ueterum poenas sancire malorum
gentibus et diros sinitis punire nepotes
(arcem hanc aeternam mentisque sacraria nostrae
testor et Elysios, etiam mihi numina, fontes)
ipse manu Thebas correptaque moenia fundo
excutiam uersasque solo super Inacha tecta
effundam turres aut stagna in caerula uerram
imbre superiecto, licet ipsa in turbine rerum
Iuno suos colles templumque amplexa laboret.'
dixit, et attoniti iussis; mortalia credas
pectora, sic cuncti uocemque animosque tenebant:
non secus ac longa uentorum pace solutum

227 etiamnum Pω : *ex* -nunc b : etiam ↑ num ν^2 : -nunc $\delta\mu$, *uide ad 1.620* 230 hac P : /hac B : et ↑ /ac/hac t^1 : ac $\omega\Sigma$ 234 Cui P *(quod interpretatur fortasse* Σ*: 'concessimus tibi longa otia...turbare')* : Cui ↑ /quae D^1 : Quae ω : sic *Damsté A 369; ita interpunxit Garrod ut* cui *ad* tibi *(234) referret, quod uix rectum uidetur* 237 ausa, ducis *Bentley* : ausa ducis, *edd. uett.* turpis Pω : -es *ex* -ia O^1M^{σ} : -es Nt; *cf.* Σ *Valenc.* : 'turpes insidias *dicit, quas parauit Eteocles legato; turpe enim erat legatum uelle occidere', ut uoluerunt etiam Menke et Klotz; sed* turpis...belli *aptius uidetur* 240 pugnaṛe ↑ t f^2M^{σ} : -are ↑ /te $t^?$ ne ↑ /neu T^1r^1 : ne D 246 mentisque *edd. uett.* : mentis Pω : gentis *Lachmann 48 cl. Silu. 5.1.240 qui locus nihi ad rem attinet; sed quo modo* arcem hanc aeternam *(i.e. caelum) et* mentis sacraria nostrae *idem significare possint non uideo; frustra cft Garrod Silu. 2.2.131; recte legebant edd. uett.* mentisque *interpretantes: 'Iouis caput in quo mens eius residet' cl. Verg. Aen. 9.300* 250 uerram P, *quod interpretatur* Σ : uertam ω, *quod in lemmate dat* Σ 253–54 *ante Garrod* mortalia...pectora *in parenthesi ponebant, fortius post* dixit *distinguentes*

aequor et imbelli recubant ubi litora somno,
siluarumque comas et abacto flamine nubes
mulcet iners aestas; tunc stagna lacusque sonori
detumuere, tacent exusti solibus amnes.
  gaudet ouans iussis et adhuc temone calenti
feruidus in laeuum torsit Gradiuus habenas.
iamque iter extremum caelique abrupta tenebat,
cum Venus ante ipsos nulla formidine gressum
figit equos; cessere retro iam iamque rigentes
suppliciter posuere iubas. tunc pectora summo
adclinata iugo uultumque obliqua madentem
incipit (interea dominae uestigia iuxta
spumantem proni mandunt adamanta iugales):
'bella etiam in Thebas, socer o pulcherrime, bella
ipse paras ferroque tuos abolere nepotes?
nec genus Harmoniae nec te conubia caelo
festa nec hae quicquam lacrimae, furibunde, morantur?
criminis haec merces? hoc fama pudorque relictus,
hoc mihi Lemniacae de te meruere catenae?
perge libens; at non eadem Volcania nobis
obsequia, et laesi seruit tamen ira mariti!
illum ego perpetuis mihi desudare caminis
si iubeam uigilesque operi transmittere noctes,
gaudeat ornatusque nouos ipsique laboret
arma tibi; tu —— sed scopulos et aena precando
flectere corda paro; solum hoc tamen anxia, solum
obtestor, quid me Tyrio sociare marito
progeniem caram infaustisque dabas hymenaeis?
dum fore praeclaros armis et uiuida rebus
pectora uipereo Tyrios de sanguine inactas
demissumque Iouis serie genus, a! mea quanto
Sithonia mallem nupsisset uirgo sub Arcto
trans Borean Thracasque tuos! indigna parumne
pertulimus, diuae Veneris quod filia longum
reptat et Illyricas deiectat uirus in herbas?

257 abacta † o *s.* -a L^{σ} : -tas P   259 exusti Pς : ex(h)austi ω : -tis C : -ti≡ B; exhausti *fortasse rectum est, cf. 4.743*   261 torsit P : torquet ω, *uide ad 1.340; cf. Dilke ad Ach. 1.326*   269 socer o pulcherrime ω : -me *ex* -m≡ $O^{1?}$: -ma † e S^2 : socer o pulcherrima P : socero pulcherrima *edd. ante Bernartium* : socer (o pulcherrima bella!) *Kohlmann*   280 tu sed ω : tu sed † |sed quid T^1r^1 : sed PL : sed quid fMCV : *in ras.* ν^1 : quid *(*† b*)* sed *(*† a*)* μ^2 : *recte* Σ: 'tu *aposiopesis'*   281 solum hoc P : hoc solum tL : solum ω   284–86 *editores ita interpunxerunt alii ut* dum...genus *a* dabas *(283) penderet, alii ut incertum esset a quo penderet*   290 deiectat P : eiectat ω

nunc gentem inmeritam——' lacrimas non pertulit ultra
Bellipotens; hastam laeua transumit et alto
(haud mora) desiluit curru clipeoque receptam
laedit in amplexu dictisque ita mulcet amicis:
'o mihi bellorum requies et sacra uoluptas
unaque pax animo; soli cui tanta potestas
diuorumque hominumque meis occurrere telis
impune et media quamuis in caede frementes
hos adsistere equos, hunc ensem auellere dextrae:
nec mihi Sidonii genialia foedera Cadmi
nec tua cara fides (ne falsa incessere gaude!)
exciderunt: prius in patrui deus infera mergar
stagna et pallentes agar exarmatus ad umbras.
sed nunc fatorum monitus mentemque supremi
iussus obire patris (neque enim Vulcania tali
imperio manus apta legi), quo pectore contra
ire Iouem dictasque parem contemnere leges,
cui modo (pro uires!) terras caelumque fretumque
attremere oranti tantosque ex ordine uidi
delituisse deos? sed ne mihi corde supremos
concipe, cara, metus: quando haec mutare potestas
nulla datur, cum iam Tyriis sub moenibus ambae
bellabunt gentes, adero et socia arma iuuabo.
tunc me sanguineo late deferuere campo
res super Argolicas haud sic deiecta uidebis;
hoc mihi ius, nec fata uetant.' sic orsus aperto
flagrantes inmisit equos. non ocius alti
in terras cadit ira Iouis, si quando niualem
Othryn et Arctoae gelidum caput institit Ossae
armauitque in nube manum: uolat ignea moles
saeua dei mandata ferens, caelumque trisulca
territat omne coma iamdudum aut ditibus agris
signa dare aut ponto miseros inuolere nautas.

---

294 Laedit ↑ nit Q^1 : laedit *multis displicuit sed recte cft Kohlmann 7.498–99* 299 dextrae P : -tra ↑ lae t^1 : -tra ω 300 genialia P : -italia ω, *cf. 3.689, 12.618 ubi similis permutatio* 301 tua, cara, fides *interpunxit Mueller cl. 311* ne ω : *ex* -ue $δ^c$: nec POμ 302 Exciderunt tBTKς, Σ : -runt ↑ a Q^2r^2 : -rint DδbSς : *ex* -rant P : -rant NOfMLμνCg; *cf. 5.274, 7.801, 10.688 ubi similis permutatio* merger $ωS^c$: mergam PS^1 303 exanimatus C, *quod uoluit etiam Schrader* 304 fatorum ω : fact- P, *uide ad 3.161* 309 totosque Ntδ, *'quod non aspernor', Barth* 311–12 *recte interpunxit Walker ita ut* quando...datur *penderet ab* adero...iuuabo *(313)* : *editorum alii comma ponunt post* metus, *alii fortiter distinguunt et post* metus *et post* datur 322 iamdudum aut $PNtδOQ^2T^2$: dudum aut DLQ^1BbT^1r : dudum aut ≡≡ μ : dudum aut ↑ uel $ν^1$: dudum uel fMCV

iamque remensus iter fesso Danaeia Tydeus
arua gradu uiridisque legit deuexa Prosymnae
terribilis uisu: stant fulti puluere crines,
squalidus ex umeris cadit alta in uulnera sudor,
insomnesque oculos rubor excitat, oraque retro
sorbet anhela sitis; mens altum spirat honorem
conscia factorum. sic nota in pascua taurus
bellator redit, aduerso cui colla suoque
sanguine proscissisque natant palearibus armi;
tunc quoque lassa tumet uirtus multumque superbit
pectore despecto; uacua iacet hostis harena
turpe gemens crudosque uetat sentire dolores.
talis erat; medias etiam non destitit urbes,
quidquid et Asopon ueteresque interiacet Argos,
inflammare odiis, multumque et ubique retexens
legatum sese Graia de gente petendis
isse super regnis profugi Polynicis, at inde
uim, noctem, scelus, arma, dolos, ea foedera passum
regis Echionii, fratri sua iura negari.
prona fides populis; deus omnia credere suadet
Armipotens, geminatque acceptos Fama pauores.
utque introgressus portas (et forte uerendos
concilio pater ipse duces cogebat Adrastus)
improuisus adest, iam illinc a postibus aulae
uociferans: 'arma, arma uiri, tuque optime Lernae
ductor, magnamimum si quis tibi sanguis auorum,
arma para! nusquam pietas, non gentibus aequum
fas aut cura Iouis; melius legatus adissem
Sauromatas rabidos seruatoremque cruentum
Bebrycii nemoris. nec iussa incuso pigetue
officii: iuuat isse, iuuat, Thebasque nocentes
explorasse manu; bello me, credite, bello,

---

324 remensus PDς : emensus ↑ /re t[1] : emensus ω, *fortasse e 2.375* danaeia ω : danęia P : daneia DtOL : danaia fMQ : daneya δ : danacia C : dapṇạṛẹ ↑ neia ν[2] 325 deuexa ω : di- LμQBb[1] : diuersa P 329 Sorbet ω : Sorbet ↑ /Soluit t[1]O[1] : Soluit P, *fortasse recte cf. 4.774, sed uide ad 9.370* 332 proscissisque PDς : -ique ↑ s Q[2] : -ique ω : proci≡sique K : proscissique *ex* proc- δ[r] 333 Tunc Pδν : Tum ω, *fortasse recte, uide ad 1.112* 334 Pectore despecto PωΣ : '*an* despecto pecore, at?' *Garrod* : pectore defecto *Snijder*; *sensus est: lassus taurus despiciens (cf. Lucr. 4.418, 421, Ou. F. 4.569) uulnera a fronte passa uidet et superbit, cf.* Σ 335 dolores ω : dolores ↑ /labores t[1] : labores P, *fortasse recte, uide ad 3.199* 340 Isse PDNtδOB[3] : Esse ω 345 uerendos ω : -dus P 349 Ductor PDtδ : Auctor ω 351 aut cura ω : auctura P : aut iura ς, *Lindenbrogius frustra cl. Verg. G. 1.269; perperam credidit Garrod* Σ, *quod Verg. Aen. 1.731 contulit,* iura *in Stati textu recipere uoluisse* 352 rabidos *Wakefield ad Soph. Phil. 13* : auidos Pω, *uide ad 9.370*

ceu turrem ualidam aut artam compagibus urbem,
delecti insidiis instructique omnibus armis
nocte doloque uiri nudum ignarumque locorum
nequiquam clausere; iacent in sanguine mixti
ante urbem uacuam. nunc o nunc tempus in hostes,
dum trepidi exanguesque metu, dum funera portant,
nunc, socer, haec dum non manus excidit; ipse ego fessus
quinquaginta illis heroum inmanibus umbris
uulneraque ista ferens putri insiccata cruore
protinus ire peto!' trepidi de sedibus astant
Inachidae, cunctisque prior Cadmeius heros
accurrit uultum deiectus et 'o ego diuis
inuisus uitaeque nocens haec uulnera cerno
integer? hosne mihi reditus, germane, parabas?
in me haec tela dabas! pro uitae foeda cupido!
infelix, facinus fratri tam grande negaui.
et nunc uestra quidem maneant in pace quieta
moenia, nec uobis tanti sim causa tumultus
hospes adhuc. scio (nec me adeo res dextra leuauit)
quam durum natis, thalamo quam triste reuelli,
quam patria; non me ullius domus anxia culpet
respectentue truces obliquo lumine matres.
ibo libens certusque mori, licet optima coniunx

---

356 turrem P : -im ω, *accusatiuus singularis bis modo apud Statium apparet, cf. 11.363 ubi similis permutatio; ablatiuus singularis apparet nouies* turre *(4.89, 6.546, 7.243, 374, 10.651, 11.267, 11.292, Ach. 2.23, Silu. 5.3.76), et semper metro confirmatur, et numquam* turri, *uide ad 5.194, 363, 373* 362 Nunc socer haec dum non P : Dum capulo nondum ω : '*an* dum capulo nondum haec?' *Garrod, sed nolim* dum...nondum *in textum recipere; lectionem Puteanei dubitanter recepi cum edd. recentibus interpretans: dum mea manus non e Thebanorum memoria excidit (cf. 3.302), sed uereor ne grauis corruptio hic lateat; eorum qui* capulo *receperunt alii (e.g. Lachmann ad Lucr. 2.1173) interpretati sunt: dum manus Thebanorum non feretris exciderunt, alii probabilius: dum mea manus non ensis capulo excidit* 365 peto Pω : paro ↑ retro δ¹ : paro *maluit Barth* 367 o ego PO : en *(↑* lo*)* ego t¹ : en ego ω; o *in hiatu fortasse displicuit librariis cf. 3.698, sed cf. 5.472, 7.176, 358 etc.* 369 integer! *Klotz* 370 dabas ω : mei P; *sensus est: talemne reditum mihi parabas? nam in me re uera, non in Tydea, haec arma dabas*; mei *maluit Vollmer (28) interpretans: 'in me haec tela parabant (parabatis) mei ciues', similiter Snijder interpretans: '...mei consanguinei' quae contextui uix apta uidentur; Mozley* mei *genetiuum putauit interpretans: 'in me fuerunt haec tela mei consanguine?' recte sustulit Barth notam interrogationis post* mei 371 facinus fratri ω : fatri *(↑ r. s.* fa-*)* facinus P, *fortasse recte* 372 quieta PNt : serena ω 373 tumultus Pω : doloris δς, *e Verg. Aen. 9.216, quod citat* Σ 377 Respectentue P : expectentue *Seru. ad Verg. Aen. 12.13* : Respectentque ω; *uide ad 1.102* matres Pω : nati *Seru. l.c.*

auditusque iterum reuocet socer; hunc ego Thebis,
hunc, germane, tibi iugulum et tibi, maxime Tydeu,
debeo.' sic uariis pertemptat pectora dictis
obliquatque preces. commotae questibus irae
et mixtus lacrimis culuit dolor; omnibus ultro
non iuuenum modo, sed gelidis et inertibus aeuo
pectoribus mens una subit, uiduare penates,
finitimas adhibere manus, iamque ire. sed altus
consiliis pater imperiique haud flectere molem
inscius: 'ista quidem superis curaeque medenda
linquite, quaeso, meae: nec te germanus inulto
sceptra geret, neque nos auidi promittere bellum.
at nunc egregium tantoque in sanguine ouantem
excipite Oeniden, animosaque pectora laxet
sera quies: nobis dolor haud rationis egebit.'
  turbati extemplo comites et pallida coniunx
Tydea circum omnes fessum bellique uiaeque
stipantur. laetus mediis in sedibus aulae
constitit, ingentique exceptus terga columna,
uulnera dum lymphis Epidaurius eluit Idmon
(nunc uelox ferro, nunc ille tepentibus herbis
mitior), ipse alta seductus mente renarrat
principia irarum, quaeque orsus uterque uicissim,
quis locus insidiis, tacito quae tempora bello,
qui contra quantique duces, ubi maximus illi
sudor, et indicio seruatum Maeona tristi
exponit. cui fida manus proceresque socerque
astupet oranti, Tyriusque incenditur exul.

---

379 Auditusque iterum *(*-que *om.* δ*)* Pω, *quod dubitanter recepi interpretans: licet socer quem antea audiui (i.e. cui antea oboediui ne irem) me iterum reuocet, cf.* Σ, *Damsté A 370–71* : *uersum aliter defendit Housman (D 5–6) coniungens* iterum *cum* auditusque *(cl. 1.431–73) cum negaret Adrastum Polynicem antea reuocasse; sed primum Polynices Thebas adire cupiuit (2.307–08, 321–23) quod sensit Argia (2.343–45) et dissuadere conata est (2.334–52), fortasse frustra (2.352–62); deinde Polynices Tydea Adrastumque consuluit (2.364–68); postremo ei persuasum est ne ipse Thebas adiret (2.368–71); itaque uel Argia, uel Tydeus, uel Adrastus eum reuocauit, uide etiam ad 3.710* : *'uersum...Aesculapiis curandum relinquo' Bernartius; neque defuerunt qui temptarent, e.g.* Argiuusque *Koestlin B 283* : augustusque *Bury 303* : adiutusque *Klotz* : aut aditus *(cf.* δ*) Snijder* : aut abitus *Delz B 166–67* : laudatusque *Håkanson A 164–65*   381 praetemptat ↑]per D[1] : prae- δ, *edd. ante Mueller, cf. 2.369*   388 medenda ω : medentia P : -ti *Garrod*   390 nos Pt : uos ω   promittere ↑]promitti≡≡ D[1]   uos...promittite *(cf.* D*) Bernartius* : *locus a multis temptatus sed cf. 440–49*   391 Et NfM *frg. Monast.*   397 columnae P   398 idmon δO : -o P : it(h)mon ω : it non r   399 tepentibus PfM : potentibus ω : *ex* pentibus B[2] : potitentibus δ   401 uterque PDNtOfMν : *ex* utque δ[c] : *ex* utrimque Q[2] : utrimque ω

soluerat Hesperii deuexo margine ponti
flagrantes Sol pronus equos rutilamque lauabat
Oceani sub fonte comam, cui turba profundi
Nereos et rapidis accurrunt passibus Horae,
frenaque et auratae textum sublime coronae
deripiunt, laxant calidis umentia loris
pectora; pars meritos uertunt ad molle iugales
gramen et erecto currum temone supinant.
Nox subiit curasque hominum motusque ferarum
composuit nigroque polos inuoluit amictu,
illa quidem cunctis, sed non tibi mitis, Adraste,
Labdacioque duci: nam Tydea largus habebat
perfusum magna uirtutis imagine somnus.
et iam noctiuagas inter deus armifer umbras
desuper Arcadiae fines Nemeaeaque rura
Taenariumque cacumen Apollineasque Therapnas
armorum tonitru ferit et trepidantia corda
implet amore sui. comunt Furor Iraque cristas,
frena ministrat equis Pauor armiger. at uigil omni
Fama sono uanos rerum succincta tumultus
anteuolat currum flatuque impulsa gementum
alipedum trepidas denso cum murmure plumas
excutit: urguet enim stimulis auriga cruentis
facta, infecta loqui, curruque infestus ab alto
terga comasque deae Scythica pater increpat hasta.
qualis ubi Aeolio dimissos carcere Ventos
dux prae se Neptunus agit magnoque uolentes
incitat Aegaeo; tristis comitatus eunti
circum lora fremunt Nimbique Hiemesque profundae
Nubilaque et uulso terrarum sordida fundo
Tempestas: dubiae motis radicibus obstant
Cyclades, ipsa tua Mycono Gyaroque reuelli,

---

407 in margine D 412 Deripiunt ω : Di- *ex* De- M^1 : Di- PNδς : Deiciunt ↑ /deripiunt K calidis Pς : roseis ↑ /calidis t^{1}O^1 : roseis ω 412–13 laxant...loris pectora *i.e. laxant loricam pectoris dei, cf. Mueller, Val. Fl. 490–94* 420 armifer Pω : -ifer ↑ /ger D^1 : -iger ↑ fe δ^2 : armiger K *frg. Monast., fortasse e 425 sed cf. 1.338, 6.831, 8.315, 688, 9.836, 10.28, 828 ubi similis permutatio* 421 nemeaeaque P : nemeaque ω, *uide ad 1.575* 423 ferit ω : ferit ↑ fremit P^c : ferit ↑ a/ r *s.* fe-, m *s.* -r-, /fu δ^c : ferit ↑ femit *(add. mg. man. al.* fremit*)* S^2 : fe≡it K : fe≡rit *(ex* fremit *?)* B : fremit ς 426 sono Pω : oculo *Bentley cl. Verg. Aen. 4.182* uanos P : uarios ↑ /uanos t^1 : uarios ω 431 comamque Pς : -asque ω, *cf. 11.317* 432 dimissos NQS : de- Pω, *uide ad 2.359* 432–37 uentos...nimbique hiemesque...nubilaque...tempestas *edd. ante Mueller, uide ad 5.88* 433 uolentes Pς : uolantes ω, *cf. 4.692* 434 Incitat ↑ /inicit P^c : Inicit ↑ /Incitat D^{1}O^1 : Inicit ω, *fortasse recte*

Dele, times magnique fidem testaris alumni.
  septima iam nitidum terris Aurora deisque
purpureo uehit ore diem, Perseius heros
cum primum arcana senior sese extulit aula,
multa super bello generisque tumentibus amens
incertusque animi, daret armis iura nouosque
gentibus incuteret stimulos, an frena teneret
irarum et motos capulis adstringeret enses.
hinc pacis tranquilla mouent, atque inde pudori
foeda quies, flectique noua dulcedine pugnae
difficiles populi; dubio sententia tandem
sera placet, uatum mentes ac prouida ueri
sacra mouere deum. sollers tibi cura futuri,
Amphiarae, datur, iuxtaque Amythaone cretus
iam senior (sed mente uiret Phoeboque) Melampus
adsociat passus: dubium cui pronus Apollo
oraque Cirrhaea satiarit largius unda.
principio fibris pecudumque in sanguine diuos
explorant; iam tum pauidis maculosa bidentum
corda negant diraque nefas minitantia uena.
ire tamen uacuoque sedet petere omina caelo.
  mons erat audaci seductus in aethera dorso
(nomine Lernaei memorant Aphesanta coloni)
gentibus Argolicis olim sacer; inde ferebant
nubila suspenso celerem temerasse uolatu
Persea, cum raptos pueri perterrita mater
prospexit de rupe gradus ac paene secuta est.
hoc gemini uates sanctam canentis oliuae
fronde comam et niueis ornati tempora uittis
euadunt pariter, madidos ubi lucidus agros

---

443 amens Pω : *'an fuit* angens?' *Gronouius* : haerens *Barth* : *alii alia, sed cf. Verg. Aen. 4.203; si de* multa...amens *dubitas, cf. Silu. 3.4.64, Verg. Aen. 3.610* 444 nouosque PNς : ferosque ↑]nouos t^1 : ferosque ω 445 Gentibus Pω : Mentibus K, *quod maluit etiam Wakefield ad Lucr. 3.881, sed cf. Theb. 3.448–49* an ω : an ↑]aut t^1 : aut P : ac μ 447 atque Pω : ast *codex Barthii, Damsté A 371 cl. 6.119, 8.611, fortasse recte* 448 nouae P 450 ac ω : et P 453 uiret P : -ens ω 454 pronus ↑]primus P^c : dexter ↑]pronus t^1 : dexter ω, *(sc.* fuerit*)* 457 tum Pω : tunc δOLQB, *uide ad 6.527* 458 diraque ω : -asque P : -umque fM uena ω : -as P 461 aphesanta ωΣ : aphisanta Pς : aphesonta δ : Apesanta *Mueller cl. Paus. 2.15.3, sed. cf.* Σ: *'mons...unde se Perseus emiserat...***ἀπὸ τοῦ ἀφεῖναι** *Aphesanta nomen accepit' et Wilamowitz B 513–14* 464 raptus P 466 Hoc NtMTS : Hoc ↑ u $f^1\mu^2Q^2B^1r^2$: Hunc P; *cf.* Σ *Valenc.* : 'Hoc gemini u. *hoc pro huc posuit ut Vergilius (Aen. 8.423) "hoc pater omnipotens (sic) caelo descendit ab alto" ', cf. Seru. ad loc. et ad Aen. 1.4, Prisc. GL 2.26. 21–22, 3.64. 5–7* 467–526 *in* P *ab alio librario scripti*

ortus et algentes laxauit sole pruinas.
ac prior Oeclides solitum prece numen amicat:
'Iuppiter omnipotens (nam te pernicibus alis
addere consilium uolucresque implere futuri
ominaque et causas caelo deferre latentes
accipimus), non Cirrha deum promiserit antro
certius, aut frondes lucisquas fama Molossis
Chaonias sonuisse tibi, licet aridus Hammon
inuideat Lyciaeque parent contendere sortes
Niliacumque pecus patrioque aequalis honori
Branchus et undosae qui rusticus accola Pisae
Pana Lycaonia nocturnum exaudit in umbra:
ditior ille animi, cui tu, Dictaee, secundas
impuleris manifestus aues. mirum unde, sed olim
hic honor alitibus, superae seu conditor aulae
sic dedit effusum chaos in noua semina texens,
seu quia mutatae nostraque ab origine uersis
corporibus subiere notos, seu purior axis
amotumque nefas et rarum insistere terris
uera docent: tibi, summe sator terraeque deumque,
scire licet: nos Argolicae primordia pugnae
uenturumque sinas caelo praenosse laborem.
si datur et duris sedet haec sententia Parcis
soluere Echionias Lernaea cuspide portas,
signa feras laeuusque tones; tunc omnis in astris
consonet arcana uolucris bona murmura lingua.
si prohibes, hic necte moras dextrisque profundum
alitibus praetexe diem.' sic fatus et alto
membra locat scopulo; tunc plura ignotaque iungit
numina et inmensi fruitur caligine mundi.

---

470 solitum P : solita † ltum t[1] : -ta ω amicat Pω : amica *Ker 177* 474–76 accipimus, nec...tibi) *Mueller C 21, sed discimus primo (*nam...accipimus*) cur Iuppiter inuocetur, deinde (*non...tibi*) uolucres deum certius promittere quam alia oracula, etiam alia Iouis oracula* 476 Chaonias ωΣ : -io P, *fortasse recte cf. Val. Fl. 1.303* 478 aequalis Pω : aequatus Σ*8.198* honori ω : -re PΣ *l.c.* 479 qui PωΣ : quem *Mueller C 21, sed sensus est: uolucres a Ioue missae oracula optima praebent, licet inuideant qui alio modo uel per alios deos futura praedicunt et di et homines, ergo* ditior ille animi cui...; *quae cum editores non bene comprehenderint diu agitatur utrum* licet...umbra *pendeat a* promiserit *(474) an a* ditior ille *(481)* 482 olim ω : olīs P[1] : olimst *Mueller* : olim est *Garrod* 488 summe Pω : summa *edd. ante Dubner, sed. cf. 1.178, 9.22* 488–89 *restitui interpunctionem Dubneri et eorum qui* summa *legerunt; edd. inde a Mueller punctum post* licet *posuerunt* 490 praenosse Pω : per- DfMμνCQr laborem? *Dubner, fortasse recte* 494 uolucrum Pt

postquam rite diu partiti sidera, cunctas
perlegere animis oculisque sequacibus auras,
tunc Amythaonius longo post tempore uates:
'nonne sub excelso spirantis limite caeli,
Amphiarae, uides, cursus ut nulla serenos
ales agat liquidoque polum complexa meatu
pendeat aut fugiens placabile clanxerit omen?
non comes obscurus tripodum, non fulminis ardens
uector adest, flauaeque sonans auis unca Mineruae
non uenit auguriis melior; quin uultur et altis
desuper accipitres exultauere rapinis.
monstra uolant: dirae stridunt in nube uolucres,
nocturnaeque gemunt striges et feralia bubo
damna canens. quae prima deum portenta sequamur?
hisne dari, Thymbraee, polum? simul ora recuruo
ungue secant rabidae planctumque imitantibus alis
exagitant zephyros et plumea pectora caedunt.'
ille sub haec: 'equidem uarii, pater, omina Phoebi
saepe tuli: iam tum, prima cum pube uirentem
semideos inter pinus me Thessala reges
duceret, hic casus terraeque marisque canentem
obstipuere duces, nec me uentura locuto
saepius in dubiis auditus Iasoni Mopsus.
sed similes non ante metus aut astra notaui
prodigiosa magis; quamquam maiora parantur.
huc aduerte animum: clara regione profundi
aetheros innumeri statuerunt agmina cycni.
siue hos Strymonia Boreas eiecit ab Arcto,
seu fecunda refert placidi clementia Nili.

---

499 cunctas NδObς : -tas ↑ /is D^1 : -tas *ex* -tis Q^2B^1 : -ta Pς : -tis ω, cf. *Håkanson B 19*   505 clanxerit *ex* pl- P^r : plan- ↑ /clan t^1 : planxerit ωΣ : plauserit *edd. uett.;* plango, plangor *semper apud Statium lamentationem indicant, frustra cft Gronouius Cat. 64.262;* clanxerit *mutatum est uel propter* placabile *uel quia suum perfectum nusquam alibi inuenitur; cf. 4.342, 382, 12.454 ubi similis permutatio*   507–08 Mineruae: non...melior: quin *distinxit Walker*   508 quin tς, *quod primus uindicauit Bernartius* : qui PωΣ : quam δς   510 *distinxi; post* uolant *comma ponunt edd.*   stridunt Pω : *ex* -dent D^2 : -dent ς, *quod maluerunt edd. paene omnes fortasse recte, nam 'strido' nusquam alibi codicibus uel metro postulatur, cf. 8.256, 9.299 ubi 'strideo' metro confirmatur; sed cf. Housman ad Luc. 6.179; cf. Theb. 7.770 ubi similis permutatio*   512 sequamur Pω : -quemur DNtδOQς : -qmur ↑ ≡ *s.* q- *ν*   516 phoebi Pω : *in ras.* N : phoebi ↑ /caeli $M^{\sigma}T^1r^1$: caeli ↑ /phoebi Q^2 : celi D, *cf. 527*   521 Iasoni *Barth* : -ne PωΣ, *cf. 2.599, Dilke ad Ach. 1.608*   522 aut Pω : aut ↑ /non D^1 : non δ   astra Pω : monstra *Mueller C 21* : signa *Slater* : *alii alia sed cf. 3.493*   527 nili ω : *ex* celi t^1 : caeli P, *cf. 516 ubi similis permutatio*

fixerunt cursus: has rere in imagine Thebas:
nam sese inmoti gyro atque in pace silentes
ceu muris ualloque tenent. sed fortior ecce
aduentat per inane cohors; septem ordine fuluo
armigeras summi Iouis exultante caterua
intuor: Inachii sint hi tibi, concipe, reges.
inuasere globum niuei gregis uncaque pandunt
caedibus ora nouis et strictis unguibus instant.
cernis inexperto rorantes sanguine uentos,
et plumis stillare diem? quae saeua repente
uictores agitat leto Iouis ira sinistri?
hic excelsa petens subita face solus inarsit
summisitque animos, illum uestigia adortum
maiorum uolucrum tenerae deponitis alae.
hic hosti implicitus pariter ruit, hunc fuga retro
uoluit agens sociae linquentem fata cateruae.
hic nimbo glomeratus obit, hic praepete uiua
pascitur inmoriens; spargit caua nubila sanguis.
quid furtim inlacrimas? illum, uenerande Melampu,
qui cadit, agnosco.' trepidos sic mole futuri
cunctaque iam rerum certa sub imagine passos
terror habet uates; piget inrupisse uolantum
concilia et caelo mentem insertasse uetanti,
auditique odere deos. unde iste per orbem
primus uenturi miseris animantibus aeger
creuit amor? diuumne feras hoc munus, an ipsi,
gens auida et parto non umquam stare quieti,
eruimus quae prima dies, ubi terminus aeui,
quid bonus ille deum genitor, quid ferrea Clotho
cogitet? hinc fibrae et uolucrum per nubila sermo
astrorumque uices numerataque semita lunae

---

528 has P : hac ω, *de Σ incertum est, cf. Klotz E 489* 533 sint PDμb^{c} : sunt ω *Eutych. GL 5.464.31* 536 inexperto Pω : inexpleto ↑ Iper D^{1}δ^{1} : inexpleto C, *Gronouius cl. 8.666* 537 quae Pδ : quam ω 539 solus *Alton 179, cl. 10.738–55, 837 sqq., 11.123 sqq.* : solis Pω 542 hunc ω : huc P 546 quid...inlacrimas? *Melampodi dedit Mueller, sed cf. Σ: 'Amphiaraus Melampo (sic) dicit: quid fles, quia uides me moriturum?'* inlacrimas PΣ : ^{il}lacrims t^{1} : lacrimas ω melampu ωΣ : -po P 547 agnosco ω : agnosci P mole PDtδO : *ex* more Q^{1}B^{1} : more NMμCbr : morte *ex* more f^{r}ν^{2} (futura *ex* -ri ν^{2}) 551 iste ω : -ta C : ipse P 552 primum C, *uide ad 8.570* 553 feras Pω : -es *ex* -as S^{c} : -es Ntδμ : *ex* -≡s O^{1} : nefas *Alton 179* 554–57 *interpunxit Mueller; antea notam interrogationis post* quieti *ponebant et punctum forte post* cogitet 558 semita ω : semita ↑ Isemina N^{1}M^{σ}T^{1}r^{1} : semina P : -ra ↑ n L^{σ} : *utramque lectionem explicat Σ: 'si* semina, *propter spuman magicae artis, si* semita, *propter obliquum circulum quo cursus exercetur'; sed* semina *nihilominus perobscurum est, cf. Silu. 5.3.21 ubi similis permutatio*

Thessalicumque nefas. at non prior aureus ille
sanguis auum scopulisque satae uel robore gentes
mentibus his usae; siluas amor unus humumque
edomuisse manu; quid crastina uolueret aetas
scire nefas homini. nos, prauum et flebile uulgus,
scrutati penitus superos: hinc pallor et irae,
hinc scelus insidiaeque et nulla modestia uoti.
   ergo manu uittas damnataque uertice serta
deripit abiectaque inhonorus fronde sacerdos
inuiso de monte redit; iam bella tubaeque
comminus, absentesque fremunt sub pectore Thebae.
ille nec aspectum uulgi, nec fida tyranni
conloquia aut coetus procerum perferre, sed atra
sede tegi, et superum clausus negat acta fateri
(te pudor et curae retinent per rura, Melampu):
bissenos premit ora dies populumque ducesque
extrahit incertis. et iam suprema Tonantis
iussa fremunt agrosque uiris annosaque uastant
oppida; bellipotens prae se deus agmina passim
mille rapit; liquere domos dilectaque laeti
conubia et primo plorantes limine natos:
tantus in attonitos cecidit deus. arma paternis
postibus et fixos superum ad penetralia currus
uellere amor; tunc fessa putri robigine pila
haerentesque situ gladios in saeua recurant
uulnera et attrito cogunt iuuenescere saxo.
hi teretes galeas magnorumque aerea suta
thoracum et tunicas Chalybum squalore crepantes
pectoribus temptare, alii Gortynia lentant
cornua; iam falces auidis et aratra caminis
rastraque et incurui saeuum rubuere ligones.
caedere nec ualidas sanctis e stirpibus hastas,
nec pudor emerito clipeum uestisse iuuenco.
inrupere Argos maestique ad limina regis
bella animis, bella ore fremunt; it clamor ad auras,

---

561 his usae P : haec ausae ↑ /his usae t[c] : haec ausae ω   564 Scrutati ω, *Gronouius cl. 7.158, Silu. 3.5.30* : -ri P, *edd. inde a Mueller, fortasse recte* : scrutamur *edd. ante Gronouium*   567 Deripit ω : Di- PtδQ   573 te...Melampu *in parenthesi posuit Baehrens*   574 Bissenos...dies P : *ex* -no...die ν[2] : -no...die ω   578 domus PO, *uide ad 2.155*   582 pila P : tela ω   583 Haerentesque ω : *om.* -que P : Horrentesque δ, *edd. ante Mueller, praeter Gronouiuum*   recurant P, *Bentley* : recurrunt ↑ /recurant t[1] : recurunt ↑ r *s.* -ur- D[1] : recuruant ω   585 Hi ω : Heu ↑ /Hi S[1] : Hic PNB   586 tunicam P   Chalybum *scripsi* : chalybum *edd., cf. 4.174*

quantus Tyrrheni gemitus salis, aut ubi temptat
Enceladus mutare latus; super igneus antris
mons tonat: exundant apices, fluctusque Pelorus
contrahit, et sperat tellus abrupta reuerti.
  atque hic ingenti Capaneus Mauortis amore
excitus et longam pridem indignantia pacem
corda tumens (huic ampla quidem de sanguine prisco
nobilitas; sed enim ipse manu praegressus auorum
facta, diu tuto superum contemptor et aequi
impatiens largusque animae, modo suaserit ira),
unus ut e siluis Pholoes habitator opacae
inter et Aetnaeos aequus consurgere fratres,
ante fores, ubi turba ducum uulgique frementis,
Amphiarae, tuas 'quae tanta ignauia' clamat,
'Inachidae uosque o socio de sanguine Achiui?
unius (heu pudeat!) plebeia ad limina ciuis
tot ferro accinctae gentes animisque paratae
pendemus? non si ipse cauo sub uertice Cirrhae
(quisquis is est, timidis famaeque ita uisus) Apollo
mugiat insano penitus seclusus in antro,
expectare queam dum pallida uirgo tremendas
nuntiet ambages. uirtus mihi numen et ensis
quem teneo! iamque hic timida cum fraude sacerdos
exeat, aut hodie, uolucrum quae tanta potestas,
experiar.' laetum fremit adsensuque furentem
implet Achaea manus. tandem prorumpere adactus
Oeclides: 'alio curarum agitante tumultu
non equidem effreno iuuenis clamore profani
dictorumque metu, licet hic insana minetur,
elicior tenebris; alio mihi debita fato
summa dies, uetitumque dari mortalibus armis.
sed me uester amor nimiusque arcana profari
Phoebus agit; uobis uentura atque omne quod ultra est
pandere maestus eo; nam te, uesane, moneri
ante nefas, unique tacet tibi noster Apollo.

595 motare ς, *cf. Mynors ad Verg. Aen. 3.581* super Ptς : procul ω, *cf. Verg. Aen. 3.579* 601 progressus δ, *edd. uett., sed cf. Gronouii Errata* 602 Facta Pω : Fata ↑ ⌈Facta t^1 : Fata N, *uide ad 3.161* 606 frementis ω : -tes P : trementis fMμC : fre- *ex* tre- Q^2, *uide ad 5.78* 608 socii P 609 plebeia Pω : *ex* phebeia $δ^c$: phoebeia ς, *edd. uett.* 616 hic Pω : hic ↑ u S^c : huc ς, *edd. uett.* : hac ς, *Barth* : hinc δ, *Menke* 620 *interpunxit Lachmann, cf. etiam* fμ : *inde a* non equidem *fecerunt Amphiaraum loquentem edd. ante Klotz, cf. etiam* Pω alio ω : alto *ex* alio P^r : alio ↑ ⌈alto t^1, *uide ad 4.308* 628 tacet P : ⌈tacet t^c *mg.* : silet ω t^1

quo, miseri, fatis superisque obstantibus arma,
quo rapitis? quae uos Furiarum uerbera caecos
exagitant? adeone animarum taedet? et Argos
exosi? nil dulce domi? nulla omina curae?
quid me Persei secreta ad culmina montis
ire gradu trepido superumque inrumpere coetus
egistis? potui pariter nescire quis armis
casus, ubi atra dies, quae fati exordia cunctis,
quae mihi. consulti testor penetralia mundi
et uolucrum adfatus et te, Thymbraee, uocanti
non alias tam saeue mihi, quae signa futuri
pertulerim: uidi ingentis portenta ruinae,
uidi hominum diuumque metus hilaremque Megaeram
et Lachesin putri uacuantem saecula penso.
proicite arma manu: deus ecce furentibus obstat,
ecce deus! miseri, quid pulchrum sanguine uicto
Aoniam et diri saturare noualia Cadmi?
sed quid uana cano, quid fixos arceo casus?
ibimus.' hic presso gemuit semel ore sacerdos.
illum iterum Capaneus: 'tuus o furor auguret uni
ista tibi, ut serues uacuos inglorius annos
et tua non umquam Tyrrhenus tempora circum
clangor eat. quid uota uirum meliora moraris?
scilicet ut uanis auibus natoque domoque
et thalamis potiare iacens, sileamus inulti
Tydeos egregii perfossum pectus et arma
foederis abrupti? quodsi bella effera Graios
ferre uetas, i Sidonios legatus ad hostes:
haec pacem tibi serta dabunt. tua prorsus inani

634 superumque Pς : -rosque ↑ /rum t^{c} : -rosque ω   636 ubi P : et ↑ /ubi t^{1} : et ω, *cf. 3.555*   fati Pδ : prima ↑ /fati D^{1}t^{1} : fati *in ras.* B^{1} : prima ω   639 saeue ω : *ex* -ua ν^{1} : -ua *ex* -ue P^{r}Q^{1}B^{1} : -ua NtδOC   641 metus PΣ : nefas ↑ /metus t^{1} : metis *ex* nefas B^{1} : nefas ω, *cf. 3.522*   642 uacuantem P^{1}ω : laxantem P^{r}*mg.*, *quod fortasse natum est e Luc. 3.19 (quod citat Σ), cf. etiam Housman ad loc.*   644 uicto Pω : uicto ↑ uestro Q$^{\sigma}$: uestro ↑ /uicta δ^{c} : uestro Dς, *Barth* : iuncto *Heinsius 1.16.160, cl. 2.437*   645 saturare Pω : *ex* -ate B^{1} : satiare ↑ /saturare t^{1} : satiare N : saciate ↑ r *s.* -t- δ^{c} 647 semel Pω : simul Oς, *edd. ante Mueller; cf. 11.436 ubi similis permutatio*   648 Illum Pω : *ex* Illud B^{1} : Ille Dfμ : illi *Lachmann*   capaneus Pω : *om.* fM^{1}C, *add. mg.* M$^{\sigma}$: capaneus ↑ alloquitur ν^{1} (*cf.* allocutus est L$^{\sigma}$: compellat Q$^{\sigma}$ illum *interpretantes)*   auguret ↑ /sit tuus augur O^{1} *(quod coniecit Mueller B 193)* : augur et Pω   649 annos P : argos ↑ /annos t^{1} : argos *ex* annos C^{1} : argos ω   656 sidonios...hostes PΣ : -ias *(*↑ /os*)*...urbes/hostes t^{1} : -ias...urbes ω

uerba polo causas abstrusa atque omina rerum
eliciunt? miseret superum, si carmina curae
humanaeque preces. quid inertia pectora terres?
primus in orbe deos fecit timor! et tibi tuto
nunc eat iste furor; sed prima ad classica cum iam
hostilem Ismenon galeis Dircenque bibemus,
ne mihi tunc, moneo, lituos atque arma uolenti
obuius ire pares uenisque aut alite uisa
bellorum proferre diem: procul haec tibi mollis
infula terrificique aberit dementia Phoebi:
illic augur ego et mecum quicumque parati
insanire manu.' rursus fragor intonat ingens
hortantum et uasto subter uolat astra tumultu.
ut rapidus torrens, animos cui uerna ministrant
flamina et exuti concreto frigore montes,
cum uagus in campos frustra prohibentibus exit
obicibus, resonant permixto turbine tecta,
arua, armenta, uiri, donec stetit improbus alto
colle minor magnoque inuenit in aggere ripas:
haec alterna ducum nox interfusa diremit.
  at gemitus Argia uiri non amplius aequo
corde ferens sociumque animo miserata dolorem,
sicut erat, laceris pridem turpata capillis,
et fletu signata genas, ad celsa uerendi
ibat tecta patris paruumque sub ubere caro
Thessandrum portabat auo iam nocte suprema
ante nouos ortus, ubi sola superstite Plaustro
Arctos ad Oceanum fugientibus inuidet astris
utque fores iniit magnoque adfusa parenti est:
'cur tua cum lacrimis maesto sine coniuge supplex
limina nocte petam, cessem licet ipsa profari,
scis genitor. sed iura deum genialia testor
teque, pater, non ille iubet sed peruigil angor.

---

658 abstrusa atque omina *scripsi, cf. 3.473* 'ominaque et causas caelo deferre latentes', *uerba ipsius uatis unde coniecit Håkanson (A 165–66)* abstrusaque et omina, 'abstrusaque' *pro substantiuo intellegens cl. 2.332 quod tamen non satis simile uidetur. si de* atque *postposito dubitas cf. Silu. 4.1.25 quod tamen multis displicuit, cf. Håkanson A 103–05* : abstrusaque nomina P : obstrusaque semina ↑ /nomina t¹ : abstrusaque *(*obs- tδM*)* semina ωΣ : a. momina *Baehrens, cf. Bailey ad Lucr. 2.1169* : a. nemina *Courtney cl. 556, 642, Housman ad Man. 5.663*   664 tunc ω : tum Pt   665 uenisque *Heinsius (cf. 3.458)* : uentisque PωΣ   667 dementia Pω : cle- DδfMLμνQ, *sed cf. 3.648, 669*   672 Flamina PδΣ : Flu- ↑ /Fla t¹ : Flu- ω   montes P : colles/montes t¹ : colles ω   680 laceris pridem P : pridem laceris ω   turpata P : turbata ω, *cf. 4.27, 106, 8.433, 10.437, 905 ubi similis permutatio*   689 genialia LBK, f¹*mg.* : genitalia P¹ : geni≡alia μ : genitalia ↑ /genialia t¹ : genitalia ω, *uide ad 3.300*

ex quo primus Hymen mouitque infausta sinistram
Iuno facem, semper lacrimis gemituque propinquo
exturbata quies. non si mihi tigridis horror
aequoreaeque super rigeant praecordia cautes,
ferre queam; tu solus opem, tu summa medendi
iura tenes; da bella, pater, generique iacentis
aspice res humiles, atque hanc, pater, aspice prolem
exulis; huic olim generis pudor. o ubi prima
hospitia et iunctae testato numine dextrae?
hic certe est quem dabant, quem dixit Apollo;
non egomet tacitos Veneris furata calores
culpatamue facem: tua iussa uerenda tuosque
dilexi monitus. nunc qua feritate dolentis
despiciam questus? nescis, pater optime, nescis
quantus amor castae misero nupsisse marito.
et nunc maesta quidem graue et inlaetabile munus,
ut timeam doleamque, rego; sed cum oscula rumpet
maesta dies, cum rauca dabunt abeuntibus armis
signa tubae saeuoque genas fulgebitis auro,
ei mihi, care parens, iterum fortasse rogabo!'
  illius umenti carpens pater oscula uultu:
'non equidem has umquam culparim, nata, querelas;
pone metus, laudanda rogas nec digna negari.
sed mihi multa dei (nec tu sperare quod urgues
desine), multa metus regnique uolubile pondus
subiciunt animo. ueniet qui debitus istis,
nata, modus neque te incassum fleuisse quereris.

---

692 propinquo Pω : profundo ↑ ⌊pinquo $D^{1}t^{1}$: profundo Nδ 694 Aequoreaeque Pω : -eaeque ↑ ⌊as t^{1} : aequoreasque *(quod coniecit uel in codice inuenit Barth) maluit Klotz fortasse recte, sed cf. Tib. 1.1.63, Ou. Met. 7.33; dubium est num 'super aliquid' interpretari possimus 'magis quam aliqid', sed uide ad 5.136, 6.839* 696 iacentis PDδ : tacentis ↑ ⌊iac t^{1} : tacentis ω, *Gronouius, Bentley, sed* iacentis *recte defendit Beraldus cl.* res humiles *(697); cf. 10.97, 321 ubi similis permutatio* 698 huic Pω : huic ↑ hinc Q^{2} : ḥụṇc̣ ↑ hinc r^{2} : hinc NfML o ubi PQ : obuia ↑ o ubi t^{1} : obuia ω, *uide ad 3.367* 699 testato ω : testato ↑ ⌊funesto t^{1} : funesto P : manifesto *Baehrens cl. 1.494, sed malim conferre 1.470–71 et 2.147–49, nam post hospitia dextrae iunguntur et post dextras iunctas nuptiae sunt;* testato *confirmat uersus sequens,* funesto *fortasse e 691–92 natum est* 702 uerenda tuosque PNt : tuosque uerendos ω : tuosq.^{ve}.rendos (tuosque *in ras.)* b^{1} : tuosque nepotes ↑ ⌊potentes f^{1} : tuosque nepotes uerendos M^{σ} 704 Dispiciam P : Dispitiam S 705 castae P, Σ*Bern. ad Luc. 2.347* : causae ω 708 cum rauca Pω : rauca ↑ cum O^{1} : rauceque δ 710 parens P : pater ↑ ⌊parens t^{1} : pater ω, parens *uindicauit Housman D6* p. iterum Pω : pater pacem *Garrod* : parens retro *Demsté A 371–72, cf. Dilke ad Ach. 1.97; sed nescio an uis aduersatiua lateat in* iterum *(cf. 1.307, 3.648, 4.796, 12.112); hic uersus fortasse respicit ad 2.332–52, 3.379*

tu solare uirum, neu sint dispendia iustae
dura morae: magnos cunctamur, nata, paratus.
proficitur bello.' dicentem talia nascens
lux mouet ingentesque iubent adsurgere curae.

---

717 neque PNt : nec ω, *uide ad 1.371, cf. 8.5, 10.21 ubi similis permutatio* 718 neu Pω : nec ↑]neu t[1] : neuc̸ ν : neue Nμ : ne D 721 mouet Pω : mouet ↑]monet f[1] : monet Dς, *Jortin et edd. recc. fortasse recte; sed cf. 2.182, 534, 3.447, 691, 694, 4.432, 446, 548, 651, 5.8, 146, 158, 6.317, 706, 8.28, 36, 376, 9.439, 10.178, 703, 719, 11.404, 442 ubi similis permutatio*

LIBER QVARTVS

Tertius horrentem zephyris laxauerat annum
Phoebus et angusto cogebat limite uernum
longius ire diem, cum fracta impulsaque fatis
consilia et tandem miseri data copia belli.
prima manu rutilam de uertice Larisaeo
ostendit Bellona facem dextraque trabalem
hastam intorsit agens, liquido quae stridula caelo
fugit et Aoniae celso stetit aggere Dirces.
mox et castra subit ferroque auroque coruscis
mixta uiris turmale fremit; dat euntibus enses,
plaudit equos, uocat ad portas; hortamina fortes
praeueniunt, timidisque etiam breuis addita uirtus.
dicta dies aderat. cadit ingens rite Tonanti
Gradiuoque pecus, nullisque secundus in extis
pallet et armatis simulat sperare sacerdos.
iamque suos circum pueri nuptaeque patresque
funduntur mixti summisque a postibus obstant.
nec modus est lacrimis: rorant clipeique iubaeque
triste salutantum, et cunctis dependet ab armis
suspiranda domus; galeis iuuat oscula clausis
inserere amplexuque truces deducere conos.
illi, quis ferrum modo, quis mors ipsa placebat,
dant gemitus fractaeque labant singultibus irae.
sic ubi forte uiris longum super aequor ituris,
cum iam ad uela noti et scisso redit ancora fundo,
haeret amica manus: certant innectere collo
bracchia, manantesque oculos hinc oscula turbant,
hinc magni caligo maris, tandemque relicti

1 annum ω : annus P   2 angusto...uernum P : -tum...-no ωΣ : -tam...-no δO; *cf. Housman D 6*   miseri data ω : -ris data PNδOμν : -riș data L[1] : miserandi *ex* -a b   8 aoniae P : aduersae ↑ aoniae t[1]δ[c] : aduersae ω   11 hortamina ω : -ne P   16 nuptaeque Pς : innuptaeque ω : innuptae C, *fortasse e Verg. Aen. 2.238 uel 6.307, cf. Theb. 3.114 ubi similis permutatio*   17 summisque a postibus *i.e. a limine urbis ultimo, uide ad 2.479*   23 fractaeque...irae ω : -taque...ira P, *fortasse recte sed cf. 6.399*   27 turbant ω : turpant P, *uide ad 3.680*

stant in rupe tamen; fugientia carbasa uisu
dulce sequi, patriosque dolent crebrescere uentos.
[stant tamen et nota puppim de rupe salutant.]
  nunc mihi, Fama prior mundique arcana Vetustas,
cui meminisse ducum uitasque extendere curae,
pande uiros, tuque, o nemoris regina sonori,
Calliope, quas ille manus, quae mouerit arma
Gradiuus, quantas populis solauerit urbes,
sublata molire lyra: neque enim altior ulli
mens hausto de fonte uenit. rex tristis et aeger
pondere curarum propiorque abeuntibus annis
inter adhortantes uix sponte incedit Adrastus,
contentus ferro cingi latus; arma manipli
pone ferunt, uolucres portis auriga sub ipsis
comit equos, et iam inde iugo luctatur Arion.
huic armat Larisa uiros, huic celsa Prosymna,
aptior armentis Midea pecorosaque Phlius,
quaeque pauet longa spumantem ualle Charadron
Neris, et ingenti turritae mole Cleonae
et Lacedaemonium Thyrea lectura cruorem.
iunguntur memores transmissi ab origine regis,
qui Drepani scopulos et oliuiferae Sicyonis
culta serunt, quos pigra uado Langia tacenti
lambit et anfractu riparum incuruus Elisson.
saeuus honos fluuio: Stygias lustrare seueris
Eumenidas perhibetur aquis; huc mergere suetae
ora et anhelantes poto Phlegethonte cerastas,
seu Thracum uertere domos, seu tecta Mycenes

29–31 *ita extant in codd.* : 29 30 *(om.* 31*)* P : 29 30 31 δO, *edd. uett.* : 31 *(om.* 29 30*)* tμQBbK *frg. Monast.* : *add. mg.* 29 t^{1} : *add. mg.* 30 Q^{2} : *post 31 add.* 30 B^{2}/^{3} : 31 30 *(om.* 29*)* DNfMμνCTr : *add. mg.* 29 D^{1}ν^{r}r^{r} : 31 *agnoscit* Σ, *cf. Klotz C 358–60* 31 *spurium iudicauerunt Barth, Bentley, edd. recc.* nota ω : -am δ, *edd. uett.* 36 solauerit Pς : spoliauerit ω 38 tristis et ω : tristibus P 41 ferro *i.e. praesidio, cf. Alton 175 cl. 7.502, Håkanson B 20–21* 45 Midea *edd.* : mid(a)e ω : medie P : mide *(ex* mede*)* ↑ ei *s.* -e M^{σ} : medae f : nudae C, *cf. 7.331 ubi de alia Midea agitur, Frazer ad Apoll. 2.4.6* Phlius *Mueller* : philus P : -los ω : phyllos C 48 Thyrea lectura *Weber* : thyree luc- ↑ e *frg. Monast.* : thyre lec- ω : thyla electura P : tille *(*↑ lture*)* lectura t^{1} 49 regis *Gronouius* : reges *ex* regis N^{1}t^{1} : reges Pω 51 langia ω : langia ↑ lstagilla t^{1}O^{1} : stagilla *in ras.* D^{2} : strangilla P tacenti ω : *ex* -te P^{r} : -te L 52 Lambit Pω : ambit *ex* Lambit *(gloss.* circuit*)* T, *quod etiam coniecit Bentley cl. 4.121* elisson P : elissoslson t^{1} : elissos ω : elissos D : elisos δ 54 Eumenidas Pω : -des δOLμνQB, *cf. 4.526, 12.696, 773 ubi similis permutatio* huc Pω : *ex* hic ν^{1} : hic ↑ lhuc t^{1} : hic *ex* huc μ : *ex* huic Q : hic DNδO suetae ω : -ta P : suetas *Baehrens* 55 poto PS^{c} : tuto ωνS^{1} 56 mycenes Ntδν, *Gronouius cl. Hom. Il. 4.52, Sil. It. 1.27* : -nis Pω, *cf. Verg. Aen. 5.52*

impia Cadmeumue larem; fugit ipse natantes
amnis, et innumeris liuescunt stagna uenenis.
it comes Inoas Ephyre solata querelas
Cenchreaeque manus, uatum qua conscius amnis
Gorgoneo percussus equo, quaque obiacet alto
Isthmos et a terris maria inclinata repellit.
haec manus Adrastum numero ter mille secuti
exultant; pars gaesa manu, pars robora flammis
indurata diu (non unus namque maniplis
mos neque sanguis) habent, teretes pars uertere fundas
adsueti uacuoque diem praecingere gyro.
ipse annis sceptrisque subit uenerabilis aeque:
ut possessa diu taurus meat arduus inter
pascua iam laxa ceruice et inanibus armis,
dux tamen: haud illum bello attemptare iuuencis
sunt animi; nam trunca uident de uulnere multo
cornua et ingentes plagarum in pectore nodos.
  proxima longaeuo profert Dircaeus Adrasto
signa gener, cui bella fauent, cui commodat iras
cuncta cohors: huic et patria de sede uolentes
aduenere uiri, seu quos mouet exul (et haesit
tristibus aucta fides), seu quis mutare potentes
praecipuum, multi, melior quos causa querenti
conciliat; dederat nec non socer ipse regendas
Aegion Arenenque, et quas Theseia Troezen
addit opes, ne rara mouens inglorius iret
agmina, neu raptos patriae sentiret honores.
idem habitus, eadem arma uiro, quae debitus hospes

---

59 inoas PDδ : ionias ↑ ǀinoas t^1 : ionias ω   64 gesa OfMμ *frg. Monast.*, Q^2*mg.*, Σ *cl. Verg Aen. 8.662* : *ex* cesa δ^c : c(a)esa Pω : iesa ↑ ǀce t^1 : iesa N : *ex* ≡esa D^2 : ~~celsa~~ ↑ iesa ν^1 : ≡esa Q^1, *cf. 7.339 ubi similis permutatio*   66 habent *Mueller, uide ad 4.112* : habet PK *frg. Monast., cf. Silu. 3.2.28–29* : inest ω, *edd. ante Mueller sed cf.* Σ: *'ordo : alii gesa, alii robora...habent'*   uertere ω : uertice P, *unde coniecit Garrod* teretis...uertice fundae, *unde Ker 177–78* teretis...uerbere fundae *cl. Verg. Geor. 1.309*   67 *cf. Dilke ad Ach. 2.136*   75 fauent Pω : gerent ↑ ǀfauent T^{1}r^1 : gerit *Bentley cl. 4.115* : fouent *Damsté A 373–74* : *alii alia similia, sed* bella *significat milites cf. 11.664*   77–78 et...fides *in parenthesi posui; cf.* Σ: *'in quibus est fides aucta calamitatibus, quia misericordia commoti sunt'*   haesit Pω : actis *Mueller (cl. 2.104, 8.556), Damsté A 374*   81 Aepion *coniecit Wilamowitz A 212 e* Αἰπύ *(Hom. Il. 2.591–92 ubi etiam* Ἀρήνη *inuenitur, sed cf. ibid. 574). non tamen de una uicinitate, ut credit Wilamowitz, agitur:* Arene *in occidentali*, Aegion *in septentrionali*, Troezen *in orientali parte Peloponnesi posita sunt. praeterea Aepy est Capanei non Polynicis oppidum (Theb. 4.178–80); perperam credit Wilamowitz hoc esse aliud Aepy (cl. Il. 9.152) nam Theb. 4.180–81 ex Hom. Il. 2.592, 594 translatum est; quae fere omnia docuit Klotz F 525*   troezen PtO : troezen ↑ ǀmartius N^1 : troeze ω : troze ↑ he D^1

hiberna sub nocte tulit: Teumesius implet
terga leo et gemino lucent hastilia ferro,
aspera uulnifico subter latus ense riget Sphinx.
iam regnum matrisque sinus fidasque sorores
spe uotisque tenet, tamen et de turre suprema
attonitam totoque extantem corpore longe
respicit Argian; haec mentem oculosque reducit
coniugis et dulces auertit pectore Thebas.
  ecce inter medios patriae ciet agmina gentis
fulmineus Tydeus, iam laetus et integer artus,
ut primae strepuere tubae: ceu lubricus alta
anguis humo uerni blanda ad spiramina solis
erigitur liber senio et squalentibus annis
exutus laetisque minax interuiret herbis:
a miser, agrestum si quis per gramina hianti
obuius et primo fraudauerit ora ueneno.
huic quoque praesentes Aetolis urbibus adfert
belli fama uiros: sensit scopulosa Pylene
fletaque cognatis auibus Meleagria Pleuron
et praeceps Calydon et quae Ioue prouocat Iden
Olenos Ioniis et fluctibus hospita portu
Chalcis et Herculea turpatus gymnade uultus
amnis; adhuc imis uix truncam attollere frontem
ausus aquis glaucoque caput summersus in antro
maeret, anhelantes aegrescunt puluere ripae.
omnibus aeratae propugnant pectora crates,
pilaque saeua manu; patrius stat casside Mauors.

---

86 et PDNt : *om.* ω   90 extantem ω : instantem P, *cf. 10.457–61*   95 primae P : -mum ω, *sed uide ad 8.570, cf. etiam 5.731, 7.488*   95 alte *Imhof, Håkanson B 21, sed cf. Verg. Aen. 2.472*   100 fraudauerit P : siccauerit ↑/fraudauerit t[1] : siccauerit ωΣ   ora ω : ore ↑ a P[c]   101 praesentes P : praestantes ω, *edd. ante Kohlmann, cf. Håkanson B 21–22 cl. 6.295 sed cf. 8.459, 12.812*   106 Chalcis *edd.* : Calchis Pω : Cal- ↑ o δ[c] : Chol- D : Col- M   turpatus ω : turba- ↑ p P[1] : turbatus CQr, *uide ad 3.680*   110 pectora ω : -re P

undique magnanimum pubes delecta coronant
Oeniden, hilarem bello notisque decorum
uulneribus; non ille minis Polynicis et ira
inferior, dubiumque adeo cui bella gerantur.
maior at inde nouis it Doricus ordo sub armis,
qui ripas, Lyrcee, tuas, tua litora multo
uomere suspendunt, fluuiorum ductor Achiuum,
Inache (Persea neque enim uiolentior exit
amnis humo, cum Taurum aut Pliadas hausit aquosas
spumeus et genero tumuit Ioue), quos celer ambit
Asterion Dryopumque trahens Erasinus aristas,
et qui rura domant Epidauria (dexter Iaccho
collis at Hennaeae Cereri negat); auia Dyme
mittit opem densasque Pylos Neleia turmas;
nondum nota pylos iuuenisque aetate secunda
Nestor, et ire tamen peritura in castra negauit.
hos agitat pulchraeque docet uirtutis amorem
arduus Hippomedon; capiti tremit aerea cassis
ter niueum scandente iuba, latus omne sub armis
ferrea suta terunt, umeros ac pectora late

---

112 delecta ω : dil- P   coronant PDN : -nat ω, *fortasse recte nam alibi in Thebaide et in Achilleide* pubes *inuenitur sexies (1.619, 6.663, 8.363, 599, 11.45, 12.722) cum uerbo singulari, semel* ('Thebana Argiuaque pubes', *7.621) cum uerbo plurali. inuenitur* plebes *septies (2.491, 4.345, 5.488 (sed cf. 5.489), 6.645, 10.669, 11.111, 12.135) cum uerbo singulari, semel (7.271, sed uide ad loc.) cum uerbo plurali, bis (1.561, 11.276, sed uide ad loc.) ubi codd. non consentiunt*; turba *septiesdecies (2.565, 3.125, 6.132, 7.568, 8.421, 692, 10.298, 458, 911, 12.20, 47, Ach. 1.366, 483, 567, 613, 741, 783) cum uerbo singulari, bis (Theb. 6.651, 7.169) cum uerbo plurali, ter (2.158, 4.233, 12.513) ubi codices non consentiunt;* turma *(uel* turba*) bis (9.123, 245) cum duobus uerbis altero singulari altero plurali;* cohors *undecies (3.531, 4.76, 6.595, 7.389, 8.260, 9.372, 527, 674, 10.475, 785, 12.56) cum uerbo singulari, quater (2.524, 6.262, 10.8, Ach. 1.841) cum uerbo plurali;* manus *septies Theb. 3.212, 405, 619, 4.26, 561, 5.302, 497) cum uerbo singulari, bis (4.63, 12.512) cum uerbo plurali;* iuuentus *ter (10.495, 566, Ach. 1.791) cum uerbo singulari, ter (Theb. 7.605, 8.268, Ach. 1.559) cum uerbo plurali, bis (Theb. 9.706–07, 10.223–24) cum uerbis utrius numeri*; pars *semel (6.792) cum uerbo singulari, septies (2.228, 3.118, 130–31, 413, 4.805, 10.528–29, 12.26–28) cum uerbo plurali, bis (4.64, 8.703) ubi codices non consentiunt;* uulgus *septies (1.94, 169, 4.519, 7.122, 8.289, 10.683, 11.416) cum uerbo singulari, semel si uera lectio (6.249) cum uerbo plurali. praetereo 5.190, 7.806, 11.370, 12.549, 643 etc., uide ad 1.561*   113 notisque ↑ Inoctis t[1] : noctis *etiam coniecit Jortin I 104 cl. Ach. 2.404*   117 Lyrcee *Klinnert* : lircee Of : lycie ↑ r P[1] : licie M : lytie N : lętie ↑ ir ν[1] : lọrice ↑ i δ[c], *uide ad 4.711*   120 pliadas ω : pleadas δ : pleidas P, *cf. 9.460 ubi similis permutatio*   hausit ω : [h]ausit P[c] : haurit Nt   124 at ω : at ↑ et t[1] : et P, *errat Klotz in Corrigendis*   Hennaeae *edd.* : henneae P : heneae L[1] : heneae ↑ th *s.* -en- b[1] : ethne(a)e ω : haethneae B : etheneae μ : Ehtneae L[σ] : hestice δ : arthneae Q, *cf. Ach. 1.825, Housman C 69*   125 opem PNtς : opes ω   130 niueum Pω : niuea ↑ ū N[r] : niuea tδO $candente μ   *hunc uersum alii aiiter emendauerunt sed cf. Eur. Ph. 119, Dodds ad Eur. Ba. 123*

flammeus orbis habet, perfectaque uiuit in auro
nox Danai: sontes Furiarum lampade nigra
quinquaginta ardent thalami; pater ipse cruentis
in foribus laudatque nefas atque inspicit enses.
illum Palladia sonipes Nemeaeus ab arce
deuehit arma pauens umbraque inmane uolanti
implet agros longoque attollit puluere campum.
non aliter siluas umeris et utroque refringens
pectore montano duplex Hylaeus ab antro
praecipitat: pauet Ossa uias, pecudesque feraeque
procubuere metu; non ipsis fratribus horror
afuit, ingenti donec Peneia saltu
stagna subit magnumque obiectus detinet amnem.
quis numerum ferri gentesque et robora dictu
aequarit mortale sonans? suus excit in arma
antiquam Tiryntha deus; non fortibus illa
infecunda uiris famaue inmanis alumni
degenerat, sed lapsa situ fortuna, neque addunt
robur opes; rarus uacuis habitator in aruis
monstrat Cyclopum ductas sudoribus arces.
dat tamen haec iuuenum tercentum pectora, uulgus
innumerum bello, quibus haud ammenta nec enses
triste micant: flauae capiti tergoque leonum
exuuiae, gentilis honos; et pineus armat
stipes, inexhaustis artantur tela pharetris.
Herculeum paeana canunt uastataque monstris
omnia; frondosa longum deus audit ab Oeta.
dat Nemea comites, et quas in proelia uires
sacra Cleonaei cogunt uineta Molorchi.
gloria nota casae, foribus simulata salignis
hospitis arma dei, paruoque ostenditur aruo,

---

136 Nemeaeus *edd.* : nemeeus P : nemeus ω, *uide ad 1.575* 141 praecipitat (pauet Ossa) uias, *distinxit Mueller B 196 cl. 2.478, sed cf. 8.155, 4.46* 145 ferri *cf. 1.148, 3.80* dictu PDNtδOSς : -to ω 148 fama Pω : -am *Heinsius ad Ou. Pont. 3.1* : -ae *Baehrens cl. 1.464, fortasse recte* -ue *Markland ad Silu. 3.1.60* : -que Pω, *uide ad 1.102* 149 elapsa P nec δ, *Mueller, sed uide ad 1.102* 154 flauae P, Σ*11.45* : flauent ω 155 armat PDNtδ, Σ*11.45* : arma ω 159 'et quas *sincera esse non possunt. quid autem substituendum sit, incertum habeo; haud absone tamen uel* aequasque *uel* cunctasque *reponas' Sandstroem 44–45, sed sensus est: et dant uineta Molorchi eas uires quas in proelia cogunt, cf.* Σ : *'ordo: Nemea dat comites, dant et Molorchi uineta'* 162 aruo Pω : ar≡≡ ↑ vo M[1] : auro ↑ /aruo t[1] : auro *in ras.* D[1] : auro NδOC, *fortasse e 4.132 uel 171, cf. 4.458 ubi similis permutatio*

robur ubi et laxos qua reclinauerit arcus
ilice, qua cubiti sedeant uestigia terra.
  at pedes et toto despectans uertice bellum
quattuor indomitis Capaneus erepta iuuencis
terga superque rigens iniectu molis aenae
uersat onus; squalet triplici ramosa corona
Hydra recens obitu: pars anguibus aspera uiuis
argento caelata micat, pars arte reperta
conditur et fuluo moriens nigrescit in auro;
circum amnis torpens et ferro caerula Lerna.
at laterum tractus spatiosaque pectora seruat
nexilis innumero Chalybum subtemine thorax,
horrendum, non matris, opus; galeaeque corusca
prominet arce Gigans; atque uni missilis illi
cuspide praefixa stat frondibus orba cupressus.
huic parere dati, quos fertilis Amphigenia
planaque Messene montosaque nutrit Ithome,
quos Thryon et summis ingestum montibus Aepy,
quos Helos et Pteleon, Getico quos flebile uati
Dorion; hic fretus doctas anteire canendo
Aonidas mutos Thamyris damnatus in annos
ore simul citharaque (quis obuia numina temnat?)
conticuit praeceps, qui non certamina Phoebi
nosset et inlustres Satyro pendente Celaenas.
  iamque et fatidici mens expugnata fatiscit

---

163 arcus Pω : arcus ↑ /t $t^{1}Q^{2}$: ar≡cus B : artus OfMC   170 arte reperta Pω, *quod displicuit multis qui* arte *ad scuti fabricatorem referunt; quodsi hoc* arte *ad Herculem Iolaumque, Hydrae interfectores, refertur, omnia difficilia euanescunt, cf.* ΣQ: *'ab Hercule', Beraldum, Housman D 7 cl. Diod. Sic 4.11.5–6, Håkanson B 22; eadem fabula latet in* Σ *4.171: 'admouetur ignis uulneri. itaque factum ut non pullularet'*   171 nigrescit P : ignescit ↑ /nigre t^{1} : ignescit ωΣ : pallescit ↑ /ignescit $T^{1}r^{1}$: ignescit ↑ /pallescit $O^{1}Q^{r}$: pallescit δ : *ex* ≡≡≡≡escit D^{c}; ignescit *fortasse natum est e* Σ, *uide ad 4.170, cf. Håkanson B 22 cl. Plin. N.H. 35.127: 'cum omnes (sc. pictores) quae uolunt eminentia uideri, candicanti faciant colore, quae condunt, nigro...'*   174 chalybum *edd. ante Klotz, cf. 3.586*   175–76 galeaeque corusca...arce Pω : *ex* -te $\nu^{2}B^{2}$: -te fL : galeaeque corusco...aere *Gronouius* : galeaque corusca...arte *Bentley, cl. 6.535* : galeaeque coruscae...arte *Mueller ad 5.510 : alii alia, sed Statius superare cupiuit Euripiden apud quem (Ph. 1130–31) Capaneus giganta in scuto tulit. itaque agitur non quali uel quanta arte gigans fabricatus sit, sed quam conspicuo et formiduloso loco sit locatus*   176 gigans P : -as ω   179 montosaque P : montanaque ↑ /tosaque t^{1} : -tanaque ω   ithome B : ithyme P : ithone ω : hitone D   181 pteleon PDQ : phtel- Lb : phel- ↑ t *s.* -he- B^{1} : phel- MνC : thel- tO : tel- N : phenon ↑ e f^{1} : pilen δ   183 mutos *Gronouius, cl. Hom. Il. 2.599–600, Verg. Aen. 12.397* : multos Pω : *ex* -tas $\nu^{1}Q^{1}$, *uide ad 8.196*   185 qui Pω : quis ↑ /qui $T^{1}r^{1}$: quis NtδO : *ex* qui $D^{c}b^{2}$, *ante Gronouium legebant* quis *et post* Celaenas *ponebant notam interrogationis*

auguris; ille quidem casus et dira uidebat
signa, sed ipsa manu cunctanti iniecerat arma
Atropos obrueratque deum, nec coniugis absunt
insidiae, uetitoque domus iam fulgurat auro.
hoc aurum uati fata exitiale monebant
Argolico; scit et ipsa (nefas!), sed perfida coniunx
dona uiro mutare uelit, spoliisque potentis
inminet Argiae raptoque excellere cultu.
illa libens (nam regum animos et pondera belli
hac nutare uidet, pariter si prouidus heros
militet) ipsa sacros gremio Polynicis amati
exuerat cultus haud maesta atque insuper addit:
'non haec apta mihi nitidis ornatibus' inquit
'tempora, nec miserae placeant insignia formae
te sine: sat dubium coetu solante timorem
fallere et incultos aris aduerrere crines.
scilicet (infandum!), cum tu claudare minanti
casside ferratusque sones, ego diuitis aurum
Harmoniae dotale geram? dabit aptius isto
fors decus, Argolicasque habitu praestabo maritas,
cum regis coniunx, cum te mihi sospite templa
uotiuis implenda choris; nunc induat illa
quae petit et bellante potest gaudere marito.'
sic Eriphylaeos aurum fatale penates
inrupit scelerumque ingentia semina mouit,
et graue Tisiphone risit gauisa futuris.
  Taenariis hic celsus equis, quam dispare coetu
Cyllarus ignaro generarat Castore prolem,
quassat humum; uatem cultu Parnasia monstrant
uellera: frondenti crinitur cassis oliua,

193 ipsa ς, *Sandstroem 45*: ipse Pω   nefas *in parenthesi posuit Wilkins*   197 si Pω : *ex* nisi O^1 : si ↑ ni B^1 : ~~si~~ Q, nisi *mg.* Q^1 : nisi Dδ, *edd. plerique, sed sensus est: alii bellare recusabunt si Amphiaraus pariter (cf. 3.619–47, 4.187–88) militabit, i.e. contradicet; aliter tamen interpretatus est Σ: 'uidet Argia belli totius mutari sententiam, si Amphiaraus desit auxiliis' quae si mauis* nisi *uel* ni *leges*   199 Exuerat cultus P : Exuerat cultus ↑ /deposuit nexus D^{1}t^1 : Deposuit nexus ω, *cf. 6.30–31, 505–06*   203 aduerrere *Eutyches 5.482.7* : aduertere ω : a~~d~~uertere *(sic)* N : auertere PO : auere ↑ te *s.* -er- *(sic)* D^1 : ostendere ↑ /aduert ν^2, *uide ad 4.712, cf. 9.638*   204 infandum P : heu superi ↑ /infandum t^1 : heu *(*heus S^2*)* superi ω, *fortasse recte cf. 8.439, 9.878, 11.631, 12.561*   204 cl(a)udare ω : *ex* -dere D^c : -dere PNtδνC minanti P : minaci *(ex* -ati L^c*)*ω, *fortasse recte*   206–07 aptius isto...decus *Zander* : aptior isto...deus P : aptior ista...deus ω; cf. *Håkanson B 23, Theb. 2.272, 294*   207 Argolidasque *Heinsius fortasse recte, sed cf. 10.65*   213 futuri ς, *Bentley, sed 'gaudere' non cum genetiuo inuenitur apud Statium nisi* alti *legitur Silu 1.4.62, cf. etiam Theb. 10.591*   216 monstrat ↑ n P^{1}D^{1}Q^1 217 crinitus Pt

albaque puniceas interplicat infula cristas.
arma simul pressasque iugo moderatur habenas.
hinc atque inde morae iaculis, et ferrea curru
silua tremit; procul ipse graui metuendus in hasta
eminet et clipeo uictum Pythona coruscat.
huius Apollineae currum comitantur Amyclae,
quos Pylos et dubiis Malea uitata carinis
plaudentique habiles Caryae resonare Dianae,
quos Pharis uolucrumque parens Cythereia Messe,
Taygetique phalanx et oloriferi Eurotae
dura manus. deus ipse uiros in puluere crudo
Arcas alit nudaeque modos uirtutis et iras
ingenerat; uigor inde animis et mortis honorae
dulce sacrum. gaudent natorum fata parentes
hortanturque mori, deflent iamque omnis ephebum
turba, coronato contenta est funere mater.
frena tenent duplexque inserto missile nodo,
exerti ingentes umeros, chlamys horrida pendet,
et cono Ledaeus apex. non hi tibi solum,
Amphiarae, merent: auget resupina maniplos
Elis, depressae populus subit incola Pisae,
qui te, flaue, natant, terris Alphee Sicanis
aduena tam longo non umquam infecte profundo.
curribus innumeris late putria arua lacessunt
et bellis armenta domant: ea gloris genti
infando de more et fractis durat ab usque
axibus Oenomai; strident spumantia morsu
uincula, et effossas niueus rigat imber harenas.
tu quoque Parrhasias ignara matre cateruas

---

219 pressasque PtB : *ex* prens- f^1 : prens- ω : *ex* press- M^{1}L^σ, *cf. 4.238, 492, 5.392, 504, 6.284, 347, 481, 642, 7.647, 9.881, 11.705 ubi similis permutatio* prensisque iugum...habenis *Markland ad Silu. 1.2.45, sed cf. Theb. 6.417* 220 morae ω : *ex* -ra P^r; *recte interpretatus est Mueller: 'obices qui iacula sustineant nec delabi patiantur'* 224 pylos Pω, Σ*8.364* : -les L^{σ}νCr : Helos *Kohlmann cl. 4.125 (ubi Pylios ducit Hippomedon), Hom. Il. 2.584; sed cf. Theb. 8.364–65 unde apparet Amphiaraum Eleos et Pylios duxisse* 226 pharis Pω : pharise Nt : pharie δ : phasis ↑ /pharis T^{1}r^1, *cf. Hom. Il. 2.582* *post 226 uersum uerbum continentem excidisse putauit Lachmann* 227 et oloriferi PK : et oloriferi ↑ iui Q^{1}B^1 : et oloriferique ↑ /oliuifere T^{1}r^1 : et oliuiferi δL^1 : et oliuiferique DOfML^{σ}μνCg : et oliuiferi *ex* -rae t$^?$: et oliuiferae N; *cf. Gronouium cl. 10.503–04, Silu. 1.2.142;* oliuiferi *fortasse natum est e Theb. 4.50* 231 natorum fata Pω : natorum f. ↑ ad *s.* -um D$^{1?}$: natorum f. ↑ in *s.* f- O^1 : natorum in fata ς, *edd. uett., sed cf. 9.724* 232 deflent P : deflet ↑ n Q : -et ω, *fortasse recte, uide ad 4.112, 1.561* iamque Pω : namque *Damsté A 377* 234 tenet N, *cf. 232* 238 deprensae P, *uide ad 4.219* 241 putria ωΣ : *om.* f^1, *s.l.* f^2 : *ex* patria δ^c : patria P 244 stridens P

(a rudis annorum, tantum noua gloria suadet!),
Parthenopaee, rapis; saltus tunc forte remotos
torua parens (neque enim haec iuueni foret ire potestas)
pacabat cornu gelidique auersa Lycaei.
pulchrior haud ulli triste ad discrimen ituro
uultus et egregiae tanta indulgentia formae;
nec desunt animi, ueniat modo fortior aetas.
quas non ille duces nemorum fluuiisque dicata
numina, quas magno non abstulit igne Napaeas?
ipsam, Maenalia puerum cum uidit in umbra,
Dianam, tenero signantem gramina passu,
ignouisse ferunt comiti, Dictaeaque tela
ipsam et Amyclaeas umeris aptasse pharetras.
prosilit audaci Martis percussus amore,
arma, tubas audire calens et puluere belli
flauentem sordere comam captoque referri
hostis equo: taedet nemorum, titulumque nocentem
sanguinis humani pudor est nescire sagittas.
igneus ante omnes auro micat, igneus ostro,
undantemque sinum nodis inrugat Hiberis,
imbelli parma pictus Calydonia matris
proelia; trux laeua sonat arcus, et aspera plumis
terga Cydonea gorytos harundine pulsat
electro pallens et iaspide clarus Eoa.
cornipedem trepidos suetum praeuertere ceruos,
uelatum geminae deiectu lyncis et arma
mirantem grauioris heri, sublimis agebat,
dulce rubens uiridique genas spectabilis aeuo.
Arcades huic ueteres astris lunaque priores
agmina fida datis, nemorum quos stirpe rigenti
fama satos, cum prima pedum uestigia tellus

---

247 annorum PωD : armorum ς, *edd. uett* suadet? *Garrod* 248 saltus tunc Pt : saltus tum ω : tum saltus δfMμν : lucos tum C 249 enim haec ω : enim ↑ /haec D^{1}t^1 : *om.* enim P : *om.* haec NO 250 auersa Pω : *in ras.* M^1 : au- ↑ d L^1 : adu- Nδμ, *cf. 5.137, 276, 297, 357, 641, 6.781, 795, 7.42, 110, 405, 561, 724, 753, 8.186, 211, 358, 457, 557, 9.143, 10.40, 71, 502, 678, 767, 12.134 ubi similis permutatio* 251 ulli ωΣ : illi P 252 indulgentiae ↑ a P^c 254 Quas PωΣ : Quos *Gronouius, fortasse per errorem typothetae* 255 abstulit Pς : impulit ω 260 audaci PNtδ : -ciṣ ν : -cis DOfMμCbr : audaṭi ↑ i *s.* -a- Q^2 percussus Pω : -culs- *ex* -cuss- B^1 : -culs- Lb, *cf. 1.347, 4.814, 10.122, 310 ubi similis permutatio* 268 sonat ω : *ex* to- *uel* io- f^1 : so- ↑ /t t^1 : to- PD 269 gorytos *scripsi* : gorytos ↑ r *s.* g-, u *s.* -o- *alterum* Q^2 : corytos *ex* go- B : c(h)o- Pω : corinthos r, *cf. 7.660, 9.730, 12.527* 270 *habent* PDtO : *om.* N^{1}δfMLμCQBT^{1}r^1, *add.* N^{r}μ^{1}T^{2}r^r 274 uiridisque P 276 quos tδ : uos ↑ quos N^c : uos Pω, *cf. Klotz F 496* rigenti ω : regenti ↑ c *s.* -g- P^1, /uirenti P^1*mg.*

admirata tulit; nondum arua domusque nec urbes,
conubiisue modus: quercus laurique ferebant
cruda puerperia, ac populos umbrosa creauit
fraxinus, et feta uiridis puer excidit orno.
hi lucis stupuisse uices noctisque feruntur
nubila et occiduum longe Titana secuti
desperasse diem. rarescunt alta colonis
Maenala, Parthenium fugitur nemus, agmina bello
Rhipeque et Stratie uentosaque donat Enispe.
non Tegea, non ipsa deo uacat alite felix
Cyllene templumque Aleae nemorale Mineruae
et rapidus Clitor et qui tibi, Pythie, Ladon
paene socer candensque iugis Lampia niuosis
et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.
uenit et Idaeis ululatibus aemulus Azan
Parrhasiique duces, et quae risistis, Amores,
grata pharetrato Nonacria rura Tonanti,
diues et Orchomenos pecorum et Cynosura ferarum
Aepytios idem ardor agros Psophidaque celsam
uastat et Herculeo uulgatos robore montes,
monstriferumque Erymanthon et aerisonum Stymphalon.
Arcades hi, gens una uiris, sed dissona cultu
scinditur: hi Paphias myrtos a stirpe recuruant
et pastorali meditantur proelia trunco,
his arcus, his tela sudes, his cassida crines
integit, Arcadii morem tenet ille galeri,
ille Lycaoniae rictu caput asperat ursae.
hos belli coetus iurataque pectora Marti
milite uicinae nullo iuuere Mycenae;

---

278 arụa ↑ m *s.* -u- ν¹, *uide ad 2.162* 279 Conubiisue PDϛ : -is≡ue t : -isque ω, *uide ad 1.102 unde cur comma post* urbes *ponam intelleges* 280 Cruda ω : *ex* Crura t¹ : Crura P 286 R(h)ip(h)eque ω : -aeque PDNf : Ripheque ↑ e *s.* -e- *prius* ν¹ strates Pt : tiae N : -cie δ : -te D : *ex* -ti μ¹ : -ti ω : traci O, *cf. Hom. Il. 2.606* 287 tegea P : *ex* -e≡ Q^c : tegea ↑ le *s.* -a t¹ : -e(a)e ω, *cf. Prisc. 2.202.16: 'omnis nominatiuus in* -a *desinens corripitur...in paucis tamen inueniuntur poetae Graecis seruasse morem Graecum. Statius in quarto Thebaidos:* non Tegea...Cyllene'; *cf. Hom. Il. 2.607* Τεγέην, *uide ad 1.355, 5.44, 7.260, cf. 7.5, 9.846, 11.177* 288 aleae P : alt(a)e ω, *fortasse e 284* 289 clitor P : -on ω 291 pheneos ϛ : f̣e- ↑ p P¹ : pe- ω 294 nonacria OΣ : -agria ↑ c b¹ : -agia ↑ cr δ^c : -agria Pω 295 orchomenos P : archemenos ω : -monos δ : -meros C 296 Aepytios ω -ycios Q : Aepitios Ntν : -icios μ : Ep- OfMC : Ephicios δ : Et pitios D : Aegyptios P psophidaque Pϛ : so- ω : sco- L : sophydaque *(sic)* D 297 *comma post* montes, *ab edd. recc. omissum, restitui* 298 (a)erisonum ω : -sonu P : -sonumque t : -son≡≡ ↑ ū D^c 302 his cassida P : hiꞩc cassida B : hic casside DNtδOfMLμνCQbTr, *edd. ante Queck*

funereae tunc namque dapes mediique recursus
solis, et hic alii miscebant proelia fratres.
iamque Atalantaeas implerat nuntius aures
ire ducem bello totamque impellere natum
Arcadiam: tremuere gradus, elapsaque iuxta
tela; fugit siluas pernicior alite uento
saxa per et plenis obstantia flumina ripis,
qualis erat, correpta sinus et uertice flauum
crinem sparsa Noto; raptis uelut aspera natis
praedatoris equi sequitur uestigia tigris.
ut stetit aduersisque impegit pectora frenis
(ille ad humum pallens): 'unde haec furibunda cupido,
nate, tibi? teneroque unde improba pectore uirtus?
tu bellis aptare uiros, tu pondera ferre
Martis et ensiferas inter potes ire cateruas?
quamquam utinam quires! nuper te pallida uidi,
dum premis obnixo uenabula comminus apro,
poplite succiduo resupinum ac paene ruentem;
et ni curuato torsissem spicula cornu,
nunc ubi bella tibi? nil te mea tela iuuabunt
nec teretes arcus maculis nec discolor atris
hic, cui fidis, equus; magnis conatibus instas,
uix Dryadum thalamis Erymanthiadumque furori
Nympharum mature puer. sunt omina uera:
mirabar cur templa mihi tremuisse Dianae
nuper et inferior uultu dea uisa, sacrisque
exuuiae cecidere tholis; hoc segnior arcus
difficilesque manus et nullo in uulnere certae.

308–43 *in manu recenti saec. xiii suppleti in* P 308 alii (P)NtδOMQ : *ex* alti B[1] : alti ωD, *cf. 3.620, 4.608, 7.457, 798, 8.16, 190, 9.430, 753, 10.742 ubi similis permutatio* 314 Talis NtO collecta *Heinsius, cf. Ach. 1.610, Verg. Aen. 1.320* 318 Ille ad humum pallens (P)ω : *'supple "desilit" ', Barth inepte qui tamen hanc 'abruptam orationem' recte defendit* : *'sc. oculos deiecit', Klotz* : *aliquid excidisse putauit Garrod, quod post 317 suppeditare conatus est Damsté A 377(cl. 3.267–68:* incipit; interea iuuenilia deicit ora) : illa ad eum pallens *Peyraredus, sed* 'illa *non intellegitur' Klotz recte* 319 teneroque unde (P)ω : tenero unde fM : in teneroque unde μ : in tenero unde haec ↑ que *s.* -e h- ν[1] : in tenero unde δ : tenero aut C : tenero unde est r : tibi tenero? unde *Gronouius, sed uide ad 8.36* 322 quires *Postgate* : uires (P)ω : uiḍị ↑ res *cod. Emm. Coll. Cantab., unde coniecit Bentley* utinam! uidi, nuper 324 pone Bb, *Mueller* 326 nil te (P)ω : *ex* nihil te Q[1] : nihil te LB : nec ↑ Inil te ν[2] : nil tunc δ : nichil *(ex* nil*)* ↑ hic b[2] 327 Nec (P) ω : Nil N 330 uera (P)ω : *ex* -ri D[c]Q[1] : -ri fMB, *Klotz fortasse recte* 332 infesto μ, *sed cf. Håkanson B 24–25* 333 hoc (P)ω : hinc *edd. ante Mueller qui sic interpretatus est:* 'hoc, *scilicet infelices tuos conatus, portendebant praeter omina...segnior...arcus incertaeque manus'*

expecta dum maior honos, dum firmius aeuum,
dum roseis uenit umbra genis uultusque recedunt
ore mei; tunc bella tibi ferrumque, quod ardes,
ipsa dabo et nullo matris reuocabere fletu.
nunc refer arma domum! uos autem hunc ire sinetis,
Arcades, o saxis nimirum et robore nati?'
plura cupit; fusi circum natusque ducesque
solantur minuuntque metus, et iam horrida clangunt
signa tubae. nequit illa pio dimittere natum
complexu multumque duci commendat Adrasto.
  at parte ex alia Cadmi Mauortia plebes,
maesta ducis furiis nec molli territa fama,
quando his uulgatum descendere uiribus Argos,
tardius illa quidem regis causaeque pudore,
uerum bella mouet. nulli destringere ferrum
impetus aut umeros clipeo clausisse paterno
dulce nec alipedum iuga comere, qualia belli
gaudia; deiecti trepidas sine mente, sine ira
promisere manus; hic aegra in sorte parentem
unanimum, hic dulces primaeuae coniugis annos
ingemit et gremio miseros adcrescere natos.
bellator nulli caluit deus; ipsa uetusto
moenia lapsa situ magnaeque Amphionis arces
iam fessum senio nudant latus, et fide sacra
aequatos caelo surdum atque ignobile muros
firmat opus. tamen et Boeotis urbibus ultrix
adspirat ferri rabies, nec regis iniqui
subsidio quantum socia pro gente mouentur.
ille uelut pecoris lupus expugnator opimi,
pectora tabenti sanie grauis hirtaque saetis
ora cruentata deformis hiantia lana,
decedit stabulis huc illuc turbida uersans
lumina, si duri comperta clade sequantur

---

335 dum firmius (P)δ : et firmius ωD, *fortasse recte* 339 hinc *ex* hanc *uel* hunc t 340 *notam interrogationis, ab edd. recc. praeter Mozley omissam, restitui* 347 *ante 346* δOLμνBbS : *post 348* C 346 nec molli Pω : nec belli *edd. ante Mueller, sed sensus est: et inmiti, cf. 6.106, 9.377* 347 hic P 352 disiecti Pt tepidas *Koestlin B 287, Sandstroem 45, uide ad 5.519* 357 lapsa PDtς : lassa ω, Σ*Valenc., uide ad 1.331* 360 Boeotis *edd.* : -tiis P : boetis ω : -cis δ : -ti≡s t : boeciis *(*-eci *in ras.)* Q, *cf. 7.424 ubi similis permutatio*; Boeotiis *mauult Dilke A 51 cl.* Edonias *(uide ad 5.78) fortasse recte, sed cf. Luc. 3.174 ubi similis permutatio; ne credas Statium, quia semel (7.100) forma 'Boeotius' utatur, ideo semper eadem forma usum esse, uide ad 7.12 et cf. Ou. Met. 3.13, 12.9* 362 mouentur Pω : -etur OfMμνCbr

pastores, magnique fugit non inscius ausi.
  accumulat crebros turbatrix Fama pauores:
hic iam dispersos errare Asopide ripa
Lernaeos equites, hic te, bacchate Cithaeron,
ille rapi Teumeson ait noctisque per umbras
nuntiat excubiis uigiles arsisse Plataeas.
nam Tyrios sudare lares et sanguine Dircen
inriguam fetusque nouos iterumque locutam
Sphinga petris, cui non et scire licentia passim
et uidisse fuit? nouus his super anxia turbat
corda metus: sparsis subito correpta canistris
siluestris regina chori decurrit in aequum
uertice ab Ogygio trifidamque huc tristis et illuc
lumine sanguineo pinum disiectat et ardens
erectam attonitis implet clamoribus urbem:
'omnipotens Nysaee pater, cui gentis auitae
pridem lapsus amor, tu nunc horrente sub Arcto
bellica ferrato rapidus quatis Ismara thyrso
pampineumque iubes nemus inreptare Lycurgo,
aut tumidum Gangen aut claustra nouissima Rubrae
Tethyos Eoasque domos flagrante triumpho
perfuris, aut Hermi de fontibus aureus exis:
at tua progenies, positis gentilibus armis
quae tibi festa litant, bellum lacrimasque metumque
cognatumque nefas, iniusti munera regni,
pendimus. aeternis potius me, Bacche, pruinis
trans et Amazoniis ululatum Caucason armis
siste ferens, quam monstra ducum stirpemque profanam
eloquar. en urgues (alium tibi, Bacche, furorem
iuraui): similes uideo concurrere tauros;
idem ambobus honos unusque ab origine sanguis;
ardua conlatis obnixi cornua miscent
frontibus alternaque truces moriuntur in ira.

---

368 fugit Pω : *in ras.* D? : fuit ↑ g $L^{\sigma}B^{1}\Lambda^{\sigma}$ (fugit B^{1}*mg.*), *uide ad 6.612*   374 sudare Pς : -asse ω   376 et PDNtμς : est ω   377 his *om.* $P^{1}L^{1}$: *add.* $P^{\sigma}L^{\sigma}$: hinc N   381 disiectat Pt : deiec- ω, disiec- *etiam in plerisque codd.* Σ   385 Bellifica P^{r} firmato ↑ e *s.* -i-, r *s.* -m- P^{r} : firmato ↑]ferrato t^{1} 386 *habent* PDNtδO : *om.* ω : *add.* $B^{3}r^{r}$ iubes NδO : iubes ↑]uet t^{1} : iuuet ↑ bes P^{r} : iuuat D   391 festa Pω : bella D   litant f^{1} *post* litant *notam interrogationis uoluerunt Guyetus et Mueller*   393 aeternis ω : aeternis ↑](a)et(h)neis $t^{2/1}$: aetneis P, *Alton 177 cl. Pind. Pyth. 1.19–23, Sil. It. 14.66–69, Claud. Rapt. Pros. 1.165–68, sed cf. Verg. G. 3.349, 356*   395 profanum P   396 anne urgues? *Barth*   urg(u)es ω : -e≡s t : -ens P

tu peior, tu cede, nocens qui solus auita
gramina communemque petis defendere montem.
a miseri morum! bellastis sanguine tanto
et saltum dux alter habet.' sic fata gelatis
uultibus et Baccho iam demigrante quieuit.
at trepidus monstro et uariis terroribus impar
longaeui rex uatis opem tenebrasque sagaces
Tiresiae, qui mos incerta pauentibus, aeger
consulit. ille deos non larga caede iuuencum,
non alacri penna aut uerum salientibus extis,
necc tripode implicito numerisque sequentibus astra,
turea nec supra uolitante altaria fumo
tam penitus, durae quam Mortis limite manes
elicitos, patuisse refert; Lethaeaque sacra
et mersum Ismeni subter confinia ponto
miscentis parat ante ducem, circumque bidentum
uisceribus laceris et odori sulphuris aura
graminibusque nouis et longo murmure purgat.
silua capax aeui ualidaque incurua senecta,
aeternum intonsae frondis, stat peruia nullis
solibus; haud illam brumae minuere, Notusue
ius habet aut Getica Boreas impactus ab Vrsa.
subter operta quies, uacuusque silentia seruat
horror et exclusae pallet male lucis imago.
nec caret umbra deo: nemori Latonia cultrix
additur; hanc piceae cedrique et robore in omni

---

401 caede *Baehrens; sed quem Eteocles occidit? nisi ad quinquaginta Thebanos refertur, cf. uerba Maeonis (3.75–77)* *ante Imhof distinguebant* cede nocens, qui 402 montem ↑ /campum D^1t^1 : campum N 403 bellastis Pt : -atis ω 404 Et PωΣ : en *Heinsius cl. Ou. Her. 5.124* *post* habet *notam interrogationis posuit Garrod* 410 uerum Pω : pecudum *(uel* ouium*)* salientibus *Damsté A 377–78 cl. 8.177–78, Silu. 4.8.2, sed cf. Theb. 2.348–49* salientibus P^1 : salientibus ↑ /spirantibus t^1 : spirantibus P^rω : 'spirantibus *aut* salientibus: *i.e. saliendo monstrantibus uerum'* ΣK; *difficillimum est diiudicare, alii aliter sentiunt cl. 4.466, 5.176, 8.178, Verg. Aen. 4.64, Sen. Oed. 394–96* 413 limite Pω, *Prisc. 2.498.3* : -ine *ex* -ite S^c : -ine N, *uide ad 2.314* *post 414 Mueller putauit uersum intercidisse in ultima cuius sede nomen Manto (cl. 4.463) collocatum esset; sed recte redarguit Klotz nullam lacunam esse statuendam dummodo zeugma agnoscatur: 'praeparat sacra et regem'* 416 ante *aduerbium (ut intellexit etiam* Σ*)*, ducem *i.e. Laium, quae cum non intellexissent edd. uett. 'coram Eteocle' interpretabantur, cf.* Σ: 'parat ante ducem *ad futurum scilicet sacrificium Eteoclen'* 421 minuere Pω : minuisse *Peyraredus* : mutare *Damsté apud Klotzii editionem p.583 quod frustra defendit Howard 124 cl. Hor. Sat. 2.2.58, Stat. Silu. 1.3.42, Theb. 2.672–73, 7.70–71, 11.521; quod si de temporum uariatione* (stat...minuere...habet*) dubitas cf. 2.326–27, Dilke B 16* notusue Pω : -que N, *sed cf. Mueller ad 3.377, Mulder ad 2.166* 424 male P : male ↑ /a t^1 : mala ωΣ 426 picea cedroqe *Mueller*

effictam sanctis occultat silua tenebris.
huius inaspectae luco stridere sagittae
nocturnique canum gemitus, ubi limina patrui
effugit inque nouae melior redit ora Dianae;
aut ubi fessa iugis, dulcesque altissima somnos
lux mouet, hic late iaculis circum undique fixis
effusam pharetra ceruicem excepta quiescit.
extra inmane patent, tellus Mauortia, campi;
fetus ager Cadmo, durus qui uomere primo
post consanguineas acies sulcosque nocentes
ausus humum uersare et putria sanguine prata
eruit; ingentes infelix terra tumultus
lucis adhuc medio solaque in nocte per umbras
expirat, nigri cum uana in proelia surgunt
terrigenae; fugi incepto tremibundus ab aruo
agricola insanique domum rediere iuuenci.
hic senior uates (Stygiis accommoda quippe
terra sacris, uiuoque placent sola pinguia tabo)
uelleris obscuri pecudes armentaque sisti
atra monet; quaecumque gregum pulcherrima ceruix
ducitur; ingemuit Dirce maestusque Cithaeron,
et noua clamosae stupuere silentia ualles.
tum fera caeruleis intexit cornua sertis
ipse manu tractans, notaeque in limite siluae
principio largos nouies tellure cauata
inclinat Bacchi latices et munera uerni
lactis et Actaeos imbres suadumque cruorem
manibus; aggeritur quantum bibit arida tellus.
trunca dehinc nemora aduoluunt, maestusque sacerdos

---

428 stridere *fortasse infinitum historicum, uide ad 6.456, 3.510, fortasse perfectum, cf. Prisc. GL 2.481.20, 521.21* 429 patrui Pω : patris *Gronouius, sed cf. 5.1, 9.225, Dilke A 51* 431–33 *om.* P^{1}t, *add. mg.* P^{c}t$^{1?}$, *sed in* P *margine praeciso perierunt e 431 prima uox et* -que -al-, *e 432* -et hic, fixi-, *e 433* -cem e- 431 Aut ωS^{1} : Aut ↑ /ast t^{1} : Ast δOμνbS^{c} : At NLr 432 mouet P^{c}ω : monet ↑ /mouet f^{2} : monet δOM *edd. uett., sed uide ad 3.721* 434 patent DδOMμBg^{2} : patent Λ^{1} : -et ωΣ : -ens Pt; *grauius distinxi post* campi, *cf.* Σ: *'extra ipsum lucum campus late diffunditur'; ante Mueller* patent *legebant commate post campi posito; Mueller, commatibus ante* tellus *et post* Mauortia *omissis, legit* patens *quocum* campi *(genetiuum!) iungendum docuit cl. 4.841, 5.118, quae edd. recc. sequi uidentur* 437 putria ω : -ida f : putria ↑ /mollia O^{1} : mollia ↑ /putria t^{1} : mollia PD 439 luce sub occidua *Damsté A 378, sed cf. Håkanson B 25 qui lectionem traditam defendit interpretans: 'etiam in medio die', cl. 2.52–53, Silu. 4.6.93* 444 uiuoque P : uiuoque ↑ /multoque t^{1} : multoque ↑ /uiuo D^{1} : multoque ω, *fortasse recte; conferunt edd. 5.162 ubi tamen de recenti morte agitur* placet P 449 Tum PDδ : Tunc NtOfMLμνCQBΛ 450 limite ↑ n P$^{1/r}$: -ine ω : -ina δ, *uide ad 2.314* 452 uergit *Delz B 167–68, sed cf. Verg. E. 2.22, Venini 256–57*

tres Hecatae totidemque satis Acheronte nefasto
uirginibus iubet esse focos; tibi, rector Auerni,
quamquam infossus humo superat tamen agger in auras
pineus; hunc iuxta cumulo minor ara profundae
erigitur Cereri; frontes atque omne cupressus
intexit plorata latus. iamque ardua ferro
signati capita et frugum libamine puro
in uulnus cecidere greges; tunc innuba Manto
exceptum pateris praelibat sanguen, et omnes
ter circum acta pyras sancti de more parentis
semineces fibras et adhuc spirantia reddit
uiscera, nec rapidas cunctatur frondibus atris
subiectare faces. atque ipse sonantia flammis
uirgulta et tristes crepuisse ut sensit aceruos
Tiresias (illi nam plurimus ardor anhelat
ante genas impletque cauos uapor igneus orbes)
exclamat (tremuere rogi et uox terruit ignem):
'Tartareae sedes et formidabile regnum
Mortis inexpletae, tuque, o saeuissime fratrum,
cui seruire dati manes aeternaque sontum
supplicia atque imi famulatur regia mundi,
soluite pulsanti loca muta et inane seuerae
Persephones uulgusque caua sub nocte repostum
elicite, et plena redeat Styga portitor alno.
ferte simul gressus, nec simplex manibus esto
in lucem remeare modus; tu separe coetu
Elysios, Persei, pios, uirgaque potenti
nubilus Arcas agat; contra per crimina functis,
qui plures Erebo pluresque e sanguine Cadmi,
angue ter excusso et flagranti praeuia taxo,
Tisiphone, dux pande diem, nec lucis egentes
Cerberus occursu capitum detorqueat umbras.'
dixerat, et pariter senior Phoebeaque uirgo
erexere animos; illi formidine nulla,

---

456 nefasto Pω : -to^s C^2 : -to ↑]tos t^1 : -tos fMLQBbrΛ *frg. Monast.* 457 iuuet P, *uide ad 1.205* 458 in auras Pω : -ra f : in aruis ↑]in auras r^1 : in aruis μνCQ, *uide ad 4.162* 460 frontes ω : *ex* fontes S^c : frontemque C : frondes PNtδS^2, *fortasse e 467, sed uide ad 4.420* 464 sanguen P : sanguine *(sic)* ↑]sanguen t^1 : sanguinem ωΣ; *nec utra forma accusatiua nec 'sanguen' nominatiuum usquam alibi apud Statium inuenitur; cf. 5.127 et Klotz D 403* 472 terruit P : terruit ↑]impulit D^{1}t^1 : impulit *ex* terruit N$^?$: impulit ωΣ 479 *sunt qui de* redeat Styga *dubitent sed cf. e.g. 1.102, Hor. Sat. 1.6.94, Verg. Aen. 6.122* 482 Persei *Parrhasius ad Claud. Rapt. Pros. 1.15, Heinsius ad Ou. Met. 1.504* : pers(a)ee Pω : pisee ↑ er *s.* -i- δ^c, *cf.* Σ, *Woestijne 181–84*

quippe in corde deus, solum timor obruit ingens
Oedipodioniden, uatisque horrenda canentis
nunc umeros nunc ille manus et uellera prensat
anxius inceptisque uelit desistere sacris.
qualis Gaetulae stabulantem ad confraga siluae
uenator longo motum clamore leonem
expectat firmans animum et sudantia nisu
tela premens; gelat ora pauor gressusque tremescunt,
quis ueniat quantusque, sed horrida signa frementis
accipit et caeca metitur murmura cura.
atque hic Tiresias nondum aduentantibus umbris:
'testor,' ait, 'diuae, quibus hunc saturauimus ignem
laeuaque conuulsae dedimus carchesia terrae,
iam nequeo tolerare moram. cassusne sacerdos
audior? an, rabido iubeat si Thessala cantu,
ibitis? et, Scythicis quotiens medicata uenenis
Colchis aget, trepido pallebunt Tartara motu?
nostri cura minor, si non attollere bustis
corpora nec plenas antiquis ossibus urnas
egerere et mixtos caelique Erebique sub unum
funestare deos libet aut exanguia ferro
ora sequi atque aegras functorum carpere fibras?
ne tenues annos nubemque hanc frontis opacae
spernite, ne, moneo: et nobis saeuire facultas.
scimus enim et quidquid dici noscique timetis
et turbare Hecaten (ni te, Thymbraee, uererer)
et triplicis mundi summum, quem scire nefastum.
illum —— sed taceo: prohibet tranquilla senectus.
iamque ego uos ——' auide subicit Phoebeia Manto:
'audiris, genitor, uulgusque exangue propinquat.
panditur Elysium chaos, et telluris opertae
dissilit umbra capax, siluaeque et nigra patescunt

---

490 timor Ptς : tremor ω   492 prensat *Bernartius* : pressat PωΣ, *sed in codice Monacensi 19482* pressat *in* prensat *correctum est; uide ad 4.219*   497 ora ω : ore P   501 diuae Pω : diuos *ex* diu≡≡ T[2] : diu≡s ↑ o Q[1] : diuos δLBbΛ : Diras *Heinsius* : diuas *Mueller, sed cf Verg. Aen. 2.154–56*   505 medicata P : medicata ↑ |armata t[1] : armata ω   506 agit P, *cf. 6.484*   510 ferro Pω : morsu P[1]*mg.*   514 Scimus enim ω : Nouimus Ptς, *fortasse e* noscique*;* scire *(516) respondet ad* scimus, *quod non intellegentes (uide ad 515), edd. inde a Kohlmann* nouimus *legunt*   515 *ita interpungunt edd. inde a Kohlmann ut* triplicis...summum *cum* te, *non cum* quidquid...timetis *et* turbare Hecaten *coniungatur*   517 *post* illum *aposiopesin agnouit Menke cl. Ach. 1.157–58*   sed Pω : si LBbΛ[1]   518 *aposiopesin post* uos *agnouerunt edd.* : *post* auide Σ

flumina: liuentes Acheron eiectat harenas,
fumidus atra uadis Phlegethon incendia uoluit,
et Styx discretis interflua manibus obstat.
ipsum pallentem solio circumque ministras
funestorum operum Eumenidas Stygiaeque seueros
Iunonis thalamos et torua cubilia cerno.
in speculis Mors atra sedet dominoque silentes
adnumerat populos; maior superinminet ordo.
arbiter hos dura uersat Gortynius urna
uera minis poscens adigitque expromere uitas
usque retro et tandem poenarum lucra fateri.
quid tibi monstra Erebi, Scyllas et inane furentes
Centauros solidoque intorta adamante Gigantum
uincula et angustam centeni Aegaeonis umbram?'
  'immo,' ait, 'o nostrae regimen uiresque senectae,
ne uulgata mihi. quis enim remeabile saxum
fallentesque lacus Tityonque alimenta uolucrum
et caligantem longis Ixiona gyris
nesciat? ipse etiam, melior cum sanguis, opertas
inspexi sedes, Hecate ducente, priusquam
obruit ora deus totamque in pectora lucem
detulit. Argolicas magis huc appelle precando
Thebanasque animas; alias auertere gressus
lacte quater sparsas maestoque excedere luco,
nata, iube; tum qui uultus habitusque, quis ardor
sanguinis adfusi, gens utra superbior adsit,
dic agedum nostramque mone per singula noctem.'
  iussa facit carmenque serit, quo dissipat umbras,
quo reciet sparsas; qualis, si crimina demas,

---

522 *ante Housman D 7 comma post* flumina *et punctum post* harenas *ponebant*   reiectat ↑]eiectat t^1 : reiectat N   526 eumenidas P : -des *ex* -das t : -des ω, *uide ad 4.54*   527 torua PDς : maesta ↑]torua t^1 : maesta ω   528 dominoque *(*↑]i*)* silentes O^1 : -nique -tes PMμνCQ : -nique -tẹs ↑ i f^1 : -nique -tis ω : -nique *(*↑ s*)* -tis T^2 : -nisque -tes *Heinsius 1.11.113* : -noque -ti *Håkanson A 167 cl. Silu. 3.3.28–29 fortasse recte, sed cf. e.g. Verg. Aen. 6.432–33, Claud. in Ruf. 1.124*   529 supereminet δμ   531 minis *Heinsius* : nimis Pω : *ex* mimis *(sic)* δ^c 532 poenarum lucra *interpretantur plerique: 'ea quae poenis digna fructus contulerunt', cf. Silu. 5.5.5; sed Cooke B 147 fortasse recte interpretatur: 'poenas uitatas' cl. 10.317, Verg. Aen. 6.567–69 quod citat* Σ   533 furenti P   534 adamanta P   535 ambustam *Jortin I 107, sed cf. Håkanson B 25–26*   537 uulgata PQ : -ato *ex* -ata $L^{\sigma}B^1$: -ato ω   544 animas alias PDNtO : alias *(*↑ b*)* animas *(*↑ a*)* f^r : alias animas ω   gressus ω : gressus ↑]sum t^1 : gressu P   545 sparsas PDNtδO : -sos *ex* -sas B^1 : -sạṣ ↑ o Q^2 : -so ↑]sparsas $L^{\sigma}T^1r^1$: -so MμνC : sperso f   546 tum Pω : *om.* b : tu DO : tunc N, *uide ad 1.478*   qui Pω : quis *ex* qui L^{σ} : quis Dδμνb   547 adfusi Pω : eff- *ex* adf- δ^1Q^1 : eff- Oν   548 moue B, *uide ad 3.721*   549 dissipat PNtOC : -pẹt ↑ a $M^1Q^1S^1$: -pet ω   550 reciet P : reciet ↑]regit et t^1 : regit et ω : regat et Dδν   demat P

Colchis at Aeaeo simulatrix litore Circe.
tunc his sacrificum dictis adfata parentem:
'primus sanguineo summittit inertia Cadmus
ora lacu, iuxtaque uirum Cythereia proles
insequitur, geminusque bibit de uertice serpens.
terrigenae comites illos, gens Martia, cingunt,
quis aeui mensura dies, manus omnis in armis,
omnis et in capulo; prohibent obstantque ruuntque
spirantum rabie, nec tristi incumbere fossae
cura, sed alternum sitis exhaurire cruorem.
proxima natarum manus est fletique nepotes.
hic orbam Autonoen, et anhelam cernimus Ino
respectantem arcus et ad ubera dulce prementem
pignus, et oppositis Semelen a uentre lacertis.
Penthea iam fractis genetrix Cadmeia thyrsis
iamque remissa deo pectusque adoperta cruentum
insequitur planctu; fugit ille per auia Lethes
et Stygios super usque lacus, ubi mitior illum
flet pater et lacerum componit corpus Echion.
tristem nosco Lycum dextramque in terga reflexum
Aeoliden, umero iactantem funus onusto.
necdum ille aut habitus aut uersae crimina formae
mutat Aristaeo genitus: frons aspera cornu,
tela manu, reicitque canes in uulnus hiantes.
ecce autem magna subit inuidiosa caterua
Tantalis et tumido percenset funera luctu,
nil deiecta malis; iuuat effugisse deorum
numina et insanae plus iam permittere linguae.'
  talia dum patri canit intemerata sacerdos,
illius elatis tremefacta adsurgere uittis

---

551 (a)e(a)eo *uel* (a)eoo ω : eoo ↑ ⌊caeco T^1r^1 : aceo ↑ t *s.* -ce- Q^1 : de eo μ : eoe δ : etnaeo P 555 Insequitur geminusque bibit Ptς : Effluit amborum geminus ω, t^1*mg.* : Affl- C 557 quis *Nauke 5 cl.* Σ: *'quibus nascendi moriendique dies fuit'*: his Pω 559 fossae ς : fosso PtS^c*mg.* : fossa NB^{σ}*mg.* : sulco ↑ fossa Q^2 : sulco ωS^1, *quod fortasse natum est e 4.436 uel 3.181, sed hic agitur non de* 'sulco' *sed de* 'tellure cauata' *(4.451), cf.* Σ: *'...sanguinem...qui erat fusus in fossa'; cf. etiam Ach. 2.138 ubi in* Q fossos *pro* fossas *apparet* 560 sitis exhaurire P : sitis *(*↑ ⌊cupiunt*)* e. D^1 : sitis *(*↑ ⌊cuperent*)* e. t^1 : cuperent *(*↑ ⌊sitis*)* haurire δ^c : cuperent haurire ωΣ : cupiunt haurire ς 566 Iamque remissa Pt : Iam dimissa ω adoperta Pω : adap- *ex* adop- δ^c : adaperta ς, *Gronouius et edd. paene omnes interpretantes: 'ex more quo mulieres lacerabant in luctu uestes, pectusque denudabant ac percutiebant'; sed melius cum lectione tradita interpretari possumus: mater, furore Bacchi euanescente, pudore uincitur et pectus sanguine fili maculatum adoperit* 568 super usque Ntς : superosque ω : super ipse P : superasque *in ras.* S^2 570 dextraque PNt

canities tenuisque impelli sanguine uultus.
nec iam firmanti baculo nec uirgine fida
nititur, erectusque solo, 'desiste canendo,
nata,' ait, 'externae satis est mihi lucis, inertes
discedunt nebulae, et uultum niger exuit aer.
umbrisne an supero dimissus Apolline complet
spiritus? en uideo quaecumque audita. sed ecce
maerent Argolici deiecto lumine manes!
toruus Abas Proetusque nocens mitisque Phoroneus
truncatusque Pelops et saeuo puluere sordens
Oenomaus largis umectant imbribus ora.
auguror hinc Thebis belli meliora. quid autem
hi grege condenso (quantum arma et uulnera monstrant,
pugnaces animae) nobis in sanguine multo
oraque pectoraque et falso clamore leuatas
intendunt sine pace manus? rex, fallor? an hi sunt
quinquaginta illi? cernis Cthoniumque Chrominque
Phegeaque et nostra praesignem Maeona lauro.
ne saeuite, duces, nihil hic mortalibus ausum,
credite, consiliis: hos ferrea neuerat annos
Atropos. existis casus: bella horrida nobis,
atque iterum Tydeus.' dicit, uittaque ligatis
frondibus instantes abigit monstratque cruorem.
  stabat inops comitum Cocyti in litore maesto
Laius, inmiti quem iam deus ales Auerno
reddiderat, dirumque tuens obliqua nepotem
(noscit enim uultu) non ille aut sanguinis haustus,
cetera ceu plebes, aliumue accedit ad imbrem,
inmortale odium spirans. sed prolicit ultro
Aonius uates: 'Tyriae dux inclute Thebes,
cuius ab interitu non ulla Amphionis arces

---

581 tenuisque Pω : -i$\not{s}$que D : -ique Nδ, *edd. ante Mueller* : tenuesque ν, *Kohlmann, fortasse recte cf. e.g. 1.89* 582 nec ω : ne P 585 Discedunt ω : *ex* Descendunt ν[1] : Descendunt fM : Discendunt P exuit Pω : exerit *Lachmann cl. Silu. 5.3.104* : exilit *Alton 180 cl. 6.97–98, sed cf. Σ 4.584: 'uultum caecitate obrutum...perpetua nox exuit caecitatis'* 586 dimissus P : dimissus ↑ /me t[1] : :missus ↑:me D[1] : me missus ω, *fortasse recte* : demissus *Dowden* 587 quacumque P 591 largisque δ, *edd. uett.* 592 meliora Pω : *ex* maiora δ[c] : maiora fMC 593 Hi DNδOC : Hi/ S : Hiç Λ[2] : Hic Pω, *cf. Gronouium qui primus* hi *admisit* 597 Cthoniumque *Klotz* : cton- PM : chthon- ω : cithon- f : ton- L : chton- C : thon- O : con-↑ /to t[1] : cromiumque Nδ, *uide ad 2.538* 598 *'an* lauru?' *Klotz, uide ad 3.105* 602 uittasque P 603 abicit P 607 uultu ω : -tū Q[2] : -tū ↑ /v ν[1] : -tum DNδOb : -tū *(spatio post* enim *relicto)* B : in uultu ↑ /uultum t[1] : in uultu P 609 prolicit ω : prolicit ↑ /prosilit t[1] : prosilit NδO : proligit P

uidit amica dies, o iam satis ulte cruentum
exitium, et multum placata minoribus umbra,
quo miserande fugis? iacet ille in funere longo,
quem fremis, et iunctae sentit confinia mortis,
obsitus exhaustos paedore et sanguine uultus
eiectusque die: sors leto durior omni,
crede mihi! quaenam inmeritum uitare nepotem
causa tibi? confer uultum et satiare litanti
sanguine uenturasque uices et funera belli
pande, uel infensus uel res miserate tuorum.
tunc ego et optata uetitam transmittere Lethen
puppe dabo placidumque pia tellure reponam
et Stygiis mandabo deis.' mulcetur honoris
muneribus tingitque genas, dein talia reddit:
'cur tibi uersanti manes, aequaeue sacerdos,
lectus ego augurio tantisque potissimus umbris,
qui uentura loquar? satis est meminisse priorum.
nostrane praeclari (pudeat) consulta nepotes
poscitis? illum, illum sacris adhibete nefastis,
qui laeto fodit ense patrem, qui semet in ortus
uertit et indignae regerit sua pignora matri.
et nunc ille deos Furiarumque atra fatigat
concilia et nostros rogat haec in proelia manes.
quodsi adeo placui deflenda in tempora uates,
dicam equidem, quo me Lachesis, quo torua Megaera
usque sinunt: bellum, innumero uenit undique bellum
agmine, Lernaeosque trahit fatalis alumnos
Gradiuus stimulis; hos terrae monstra deumque
tela manent pulchrique obitus et ab igne supremo
sontes lege morae. certa est uictoria Thebis,
ne trepida, nec regna ferox germanus habebit
sed Furiae; geminumque nefas miserosque per enses

---

612 o iam Pω : o iam ↑ /olim t¹ : olim ↑ /o iam O¹ : olim N, *Barth* 613 Exilium P 614 Quo P : Quo ↑ /quos t¹ : Quos ↑ /quo ν¹Qᶜ : Quo*s̸* N : Quos ω in *om.* δ¹LBbrΛ, *add. s.l.* δʳ 615 fremis P : fremis ↑ /premis t¹ : premis ω, *uide ad 5.78* 616 exhaustos δOQ : -to*s̸* N : -to ↑ /os t¹ : -tos *ex* -tus Sᶜ : -tus ωD 619 litanti Pω : litanti ↑ pro litato t¹ : lita*n̸*to Q¹ : litato O, *cf.* Σ: 'litanti *pro litato'* 622 ego et Pω : et ego C : ego te Dς, *edd. ante Kohlmann* 628 loquor P 634 ḥẹc̣ in proelia ↑ fera *s.* -n p- δᶜ haec Pω : hic ς, *Imhof* 635 placui≣ t : placuto *uel* placuio P 643 *interpunxit Ker 7, sensus est: per nefas et per enses, cf. 4.765–66, Dilke ad Ach. 2.105, Williams ad Theb. 10.714; antea* Furiae *et* nefas *(nominatiua ambo) cum* pater *coniungebant puncto post* habebit *posito; Garrod primus, puncto omisso,* Furiae *et* nefas *cum praecedentibus coniunxit;* Furias, *commate post* habebit *posito, temptauit Koestlin, sed cf. 12.646–47*

(ei mihi!) crudelis uincit pater.' haec ubi fatus
labitur et flexa dubios ambage relinquit.
  interea gelidam Nemeen et conscia laudis
Herculeae dumeta uaga legione tenebant
Inachidae; iam Sidonias auertere praedas,
sternere, ferre domos ardent instantque. quis iras
flexerit, unde morae, medius quis euntibus error,
Phoebe, doce: nos rara manent exordia famae.
  marcidus edomito bellum referebat ab Haemo
Liber; ibi armiferos geminae iam sidera brumae
orgia ferre Getas canumque uirescere dorso
Othryn et Icaria Rhodopen adsueuerat umbra,
et iam pampineos materna ad moenia currus
promouet; effrenae dextra laeuaque sequuntur
lynces, et uda mero lambunt retinacula tigres.
post exultantes spolia armentalia portant
seminecesque lupos scissasque Mimallones ursas.
nec comitatus iners: sunt illic Ira Furorque
et Metus et Virtus et numquam sobrius Ardor
succiduique gradus et castra simillima regi.
isque ubi puluerea Nemeen efferuere nube
conspicit et solem radiis ignescere ferri,
necdum compositas belli in certamina Thebas,
concussus uisis, quamquam ore et pectore marcet,
aeraque tympanaque et biforem reticere tumultum
imperat, attonitas qui circum plurimus aures,
atque ita: 'me globus iste meamque excindere gentem
apparat; ex longo recalet furor; hoc mihi saeuum
Argos et indomitae bellum ciet ira nouercae.
usque adeone parum cineri data mater iniquo
natalesque rogi quaeque ipse micantia sensi

---

644 uincet DNtδ, *edd. ante Mueller*   645 relinquit ω : reliquit PDNtC, *fortasse recte, cf. 6.641, 9.853–54, 11.200, uide ad 1.340*   651 manent ω : monent PD : mouent ς, *uide ad 3.721*   652 edomito Pω : Edono *Markland ad Silu. 4.1.45* : Edonio *Dilke A 51, uide ad 5.78*   653 geminae ω : geminae ↑ /gelidae M^{σ} : ~~gelidae~~ ↑ geminae Q^{2} : gelidae (/geminae *mg.)* $P^{1/c}\nu^{c}$: gelidae LμCKS^{1}g; *cf.* Σ*: 'dicit ergo duobus annis Thracas Getasque...docuisse culturas', cf. Diod. Sic. 3.65.8, Farnell Cults V, 177sqq.;* gelidae *fortasse natum e 4.646*   iam sidera P : iam sidere ω : iam sidere(/...per sidera *mg.*ν^{c}*)*ν : ịạṃ (↑ sub*)* sidere δ^{c} : cum sidere NS^{2} : iam frigora S^{1} : iam frigore K   655 icaria P^{1}*mg.*ωΣ : uuifera ↑ /icaria t^{1} : uuifera P^{1} 663 regis Ntδ   664 ẹfferuescere P^{1}, *quod fortasse natum est ex* ignescere *(665)*   665 solem...ferri Pω : -em (↑ is*)*...-ri (↑ um*)* δ^{c}, *quam emendationem coniecit etiam Madvig 157 : alii alia, sed cf. Damsté A 379–80 cl. 10.844, 3.226, 6.665–67, cf. etiam 12.710*   669 quis P   670 globus iste PDς : globus iste ↑ /manus ista t^{1} : manus ista ω   671 ex longo P : et longe ↑ /ex, go t^{1} : et longo Nς : et longe ω   674 micantia ω : minatia ↑ /c t^{1} : minantia P

fulgura? reliquias etiam fusaeque sepulcrum
paelicis et residem ferro petit impia Theben.
nectam fraude moras; illum, illum tendite campum,
tendite, io comites.' Hyrcanae ad signa iugales
intumuere iubas, dicto prius astitit aruis.
  tempus erat medii cum solem in culmina mundi
tollit anhela dies, ubi tardus hiantibus aruis
stat uapor atque omnes admittunt aethera luci.
undarum uocat ille deas mediusque silentum
incipit: 'agrestes, fluuiorum numina, Nymphae,
et nostri pars magna gregis, perferte laborem
quem damus. Argolicos paulum mihi fontibus amnes
stagnaque et errantes obducite puluere riuos.
praecipuam Nemeen, qua nostra in moenia bellis
nunc iter, ex alto fugiat liquor; adiuuat ipse
Phoebus adhuc summo, cesset ni uestra uoluntas,
limite; uim coeptis indulgent astra, meaeque
aestifer Erigones spumat canis. ite uolentes,
ite in operta soli; post uos ego gurgite pleno
eliciam, et quae dona meis amplissima sacris
uester habebit honos, nocturnaque furta licentum
cornipedum et cupidas Faunorum arcebo rapinas.'
dixerat; ast illis tenuior percurrere uisus
ora situs, uiridisque comis exhorruit umor.
protinus Inachios haurit sitis ignea campos:
diffugere undae, squalent fontesque lacusque,
et caua feruenti durescunt flumina limo.
aegra solo macies, tenerique in origine culmi
inclinata seges, deceptum margine ripae
stat pecus, atque amnes quaerunt armenta natatos.

675 reliquiasque D 676 residem...theben PωS^{1} : -dem...-bem b : -dem...-bam δ : -dem *(*↑ /des*)*...ben *(*↑ bas*)* t^{1} : -des...-bas NS^{2} impia Pς : impia ↑ /improba t^{1} : improba ω 688 Praecipuam P : -uam ↑ /us t^{1} : -uam *ex* -ue Q^{2} : -uus ω : -uo L : -ue Dδς : *in ras.* O nemeen Pς : -een ↑ /es t^{1} : -een *in ras.* b : *ex* -e≡ D^{c} : nemees ↑ a/nemeos δ^{r} : -ees ω 690 adhuc PNtS^{2}Σ : ad hoc ωS^{1} 692 Aestifer PωS^{1} : Aes- ↑ /P t^{1}Q^{2} : Pes- NS^{2} erigones ω : -nis PtC : -nẹs ↑ o Q^{2} uolentes ω : *ex* -lantes P^{1}, *cf. 3.433, 7.82* 694 et *om.* fMC 697 tenuior ω : tenuis *ex* tenuior L^{2}B^{1} : tenuis PDNtδb : *in ras.* T^{2} : *ex* tenui≡que S : tenuis≡ O, tenuior *primus uindicauit Gronouius cl. 5.597, 6.196, 12.2, cf. Dilke ad Ach. 1.239* percurrere ↑ pro P 702–03 tenerique...seges *habent* Ntδς : *om.* Pω : *add.* D$^{1?}$r^{2}S^{2} : *eiecerunt Mueller et Klotz C 360 quod in aestate (cl. 692)* seges *non sit* in origine culmi; *sed uernum est tempus cf. 4.784, 793 et Housman D 7–8 qui, inter alia, librariorum errorem attribuit similitudini uocum* macies...seges, origine...margine 704 amnes *(*-is*)* Pω : omnes ↑ amnis M$^{\sigma}$B^{1}Λ^{1} : omnes ↑ /annes S^{c} : omnes fb natatos NδS^{2}ς : -tus ↑ /tos t^{1} : -tus PωS^{1}S^{3} : *dispici non potest D* amnis...natatus *Garrod*

sic ubi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus et Eoae liquentia pabula brumae
ore premit, fumant desertae gurgite ualles
et patris undosi sonitus expectat hiulca
Aegyptos, donec Phariis alimenta rogatus
donet agris magnumque inducat messibus annum
   aret Lerna nocens, aret Lyrceus et ingens
Inachus aduoluensque natantia saxa Charadrus
et numquam in ripis audax Erasinus et aequus
fluctibus Asterion, ille alta per auia notus
audiri et longe pastorum rumpere somnos.
[sic Hyperionios cum lux effrena per orbem
rapta ruit Phaethontis equos, magnumque laborem
discordes gemuere poli, dum pontus et arua
stellarumque ruunt crines, non amnibus undae,
non lucis mansere comae, sed multus ubique
ignis, ubique faces et longa fluminis instar
indiget Aegaeon deceptus imagine ripae.]
una tamen tacitas, sed iussu numinis, undas,
haec quoque, secreta nutrit Langia sub umbra.
nondum illi raptus dederat lacrimabile nomen
Archemorus, nec fama deae; tamen auia seruat
et nemus et fluuium; manet ingens gloria nympham,
cum tristem Hypsipylen ducibus sudatus Achaeis
ludus et atra sacrum recolet trieteris Ophelten.
   ergo nec ardentes clipeos uectare nec artos

705 suppressit in ω : suppresserit ↑ /sit in t^1 : supersit in ↑ pres Q^2 : suppresserit P 709 Aegyptos PNδν : -tos ↑ u Q^2 : -tus DOfMLμCBbΛ 711 aret lyrceus ω : et lyrcius aret Pt, *cf. Prisc. 2.72.13:* 'aret Lyrcius et ingens...*in quibusdam* Lyrceus *reperitur codicibus scriptum'*, *cf. 4.117 ubi similis permutatio* : *an* Lyrceos? *cf. Dilke ad Ach. 1.102, uide ad Theb. 4.845* 712 *an* Inachos...Charadros? *uide ad 1.357, cf. 4.46* aduoluensque PNtς : aduoluensque ↑ /uerrens D^1 : aduerrensque ω : aduerensque ν : aduernensque ↑ r Q^1 : aduertensque δμς, *cf. 4.203 ubi similis permutatio* c(h)aradrus ω : caradus N : *ex* carandrus μ : carandrus P 714 Fluctibus Pω : Fru- *ex* Flu- $t^1B^3Λ^1$: Fru- νQ; *cf.* Σ: 'Asterion *Erasino contrarius fluuio, nam cum sit ille populator aruorum, hic fructibus est aequus'; sed* fluctibus *recte interpretatur Gronouius: 'tanto rumore ac sonitu labundus ut mare possit uideri'; quamquam idem perperam* numquam *cum* audax *non cum* in ripis *coniunxit* 715 *post 721* L 716 *om.* Pω : *habet* L 717 *om.* ω : *post 716* L : *post 723* PD Rapta PL : Apta D ruit PD : fuit L 718–21 *om.* Pω : *habet* L iscordes L arua *Klotz* : arma L 719 amnibus *Klotz* : manibus L 722 *om.* Pω : *habet ante 716* L indiget *Vollmer, Klotz* : Indicat L 716–22 *spurios censuit Queck, cf. Klotz C 346–54, cl. Prisc. 2.72.23 ubi citantur 723–24 sine 717, qui uersus inter illos uersus apparet in* PD 724 haec quoque *recte interpretatur Klotz: 'scil. iussu numinis sicut reliquae Nymphae'* : *antea intellegebant: non solum* tacitas *sed etiam* secreta 727 fluuium Pω : *ex* -ius Q^1B^1 : fluuii↑ /fluuium M^1 : fluuii f : -ius r 729 recolet P : -lit ω

thoracum nexus (tantum sitis horrida torret)
sufficiunt; non ora modo angustisque perusti
faucibus, interior sed uis quatit: aspera pulsu
corda, gelant uenae et siccis cruor aeger adhaeret
uisceribus; tunc sole putris, tunc puluere tellus
exhalat calidam nubem. non spumeus imber
manat equum: siccis inlidunt ora lupatis,
ora catenatas procul exertantia linguas;
nec legem dominosue pati, sed perfurit aruis
flammatum pecus. huc illuc impellit Adrastus
exploratores, si stagna Licymnia restent,
si quis Amymones superet liquor: omnia caecis
ignibus hausta sedent, nec spes umentis Olympi,
ceu flauam Libyen desertaque pulueris Afri
conlustrent nullaque umbratam nube Syenen.
   tandem inter siluas (sic Euhius ipse pararat)
errantes subitam pulchro in maerore tuentur
Hypsipylen; illi quamuis et ad ubera Opheltes
non suus, Inachii proles infausta Lycurgi,
dependet (neglecta comam nec diues amictu),
regales tamen ore notae, nec mersus acerbis
extat honos. tunc haec adeo stupefactus Adrastus:
'diua potens nemorum (nam te uultusque pudorque
mortali de stirpe negant), quae laeta sub isto
igne poli non quaeris aquas, succurre propinquis
gentibus; Arquitenens seu te Latonia casto
de grege transmisit thalamis, seu lapsus ab astris
non humilis fecundat amor (neque enim ipse deorum
arbiter Argolidum thalamis nouus), aspice maesta
agmina. nos ferro meritas excindere Thebas

731 torret Ptς : torquet ↑ /ret D^1 : torquet ω, *fortasse recte cf. Prop. 4.9.21*   732–35 *ita interpretor cum edd. uett. ut* aspera...uisceribus *exponat* interior uis : non ora...uisceribus *spuria censuit Guyetus* : ...interior sed uis quatit aspera pulsu; corda gelant uenae...*interpunxit Ker 178 cl. 8.639–40* : *fortasse*...quatit aspera pulsu corda; gelant...   735 putri P   737 inlidunt ω : illudunt ↑ i ν^1 : -lid- ↑ /lu t^1 : -lid- ↑ u M^1, illidunt *sscr.* M^{σ} : inludunt P   739 dominosue ω : -usue P : -umue δOνCbΛ   742 amymones *(uel* amim-*)* $P\omega L^{\sigma}$: -nae NL^1 superet PDNt : -est ω, *cf. 10.326, Klotz D 407–08, uide ad 3.3*   743 hausta Pω : *an* usta? *uide ad 3.259, 8.17*   746 pararat Pt : -abat ω   747 subitam pulc(h)ro PωΣ : subito pulc(h)ram OfMC   748 ad ubera Pt : ab ubere ω   750 neglecta Dtδ : *ex* nec laeta N^2 : neclecta PS^2 : nec laeta ↑ /lecta Q^1 : nec l(a)eta ωS^1 pendeat et neglecta...amictu, regales *Delz A 43–45*   754–55 quae laeta...aquas *om.* P, *cf. Klotz C 355–56*   756 arquitenens PTr, /arcitenens T^1r^1*mg.* : Arqui- ↑ ci t^1 : arcitenens *(uel* -cyt-*)* ω, *cf. Ach. 1.682 ubi similis permutatio*

mens tulit, imbelli sed nunc sitis aspera fato
summittitque animos et inertia robora carpit.
da fessis in rebus opem, seu turbidus amnis,
seu tibi foeda palus, nihil hac in sorte pudendum,
nil humile est; tu nunc Ventis pluuioque rogaris
pro Ioue, tu refugas uires et pectora bellis
exanimata reple: sic hoc tibi sidere dextro
crescat onus. tantum reduces det flectere gressus
Iuppiter, o quanta belli donabere praeda!
Dircaeos tibi, diua, greges numerumque rependam
plebis, et hic magna lucus signabitur ara.'
dixit, et orantis media inter anhelitus ardens
uerba rapit, cursuque animae labat arida lingua;
idem omnes pallorque uiros flatusque soluti
oris habet. reddit demisso Lemnia uultu:
'diua quidem uobis, etsi caelestis origo est,
unde ego? mortales utinam haud transgressa fuissem
luctibus! altricem mandati cernitis orbam
pignoris; at nostris an quis sinus, uberaque ulla,
scit deus; et nobis regnum tamen et pater ingens——
sed quid ego haec, fessosque optatis demoror undis?
mecum age nunc, si forte uado Langia perennes
seruat aquas; solet et rabidi sub limite Cancri
semper, et Icarii quamuis iuba fulguret astri,
ire tamen.' simul haerentem, ne tarda Pelasgis
dux foret, a! miserum uicino caespite alumnum
(sic Parcae uoluere) locat ponique negantis
floribus aggestis et amico murmure dulces

---

761 aspera PDt : anxia ω, *cf. 11.161, 278, 715 ubi similis permutatio* 765 tu Pω : heu νb Ventis *Klotz* : uentis Pω *edd* : undis (Pluuioque rogaris pro Ioue), tu...*Garrod, sed cf.* uentis ↑ pro O^{σ}M^σ *et si de 'pro' ante* Ventis *subaudiendo dubitas, uide ad 4.643* 766 bellis P : -lo ↑ ⌊lis t^1 : -lo ω 768 onus ω : honos Pt 771 Plebis et hic ωΣ : Sanguinis et ↑ ⌊Plebis et hic t^1 : Sanguinis et P, *cf.* Σ: *'omnis te plebs uenerabitur ut pro numero exercitus de Thebanis gregibus tot tibi uictimas immolemus'* lucus ω : *ex* bac-*?* P^1 : *ex* lacos t^1 : *ex* lucis L^{σ}b^1 775 rediit P demisso PNtδO : di- ωD, *uide ad 2.359* 777 haud *(*haut*)* Pω : *erasum* M : aut ↑ h Q^1 : aut fr : *in ras.* B : *om.* OLμb 779 nostris an quis ω : *ex* nostris anguis B^2 : nostri san~~guis~~ ↑ quis P^r 781 optatis ω : *ex* oblatis *frg. Monast.* : oblatis ↑ ⌊optatis L^σ : totis optatis *ex* obt- Q^1 : optatos P 783 rabidi PDtC : rapidi ω limite DtfM : limite ↑ ⌊lumine P^r : lumine NO : limine ω : liminine μ : limine ↑ u B^{3}S^2 : sidere *frg. Monast., uide ad 2.314* 784 fulguret DNtLμ : -r≡et Q^1 : -raet *ex* -ret P^r : -rat ω, *i.e. etiam si aestas adsit, cf. 4.793, uide ad 4.702–03* 787 ponique negantis Q^2*mg.* : ponitque negantem ↑ ⌊ponique negantis t^{1}M^{σ}T^1 : ponitque *(*↑ ⌊poni*)* negantem *(*↑ negantes*)* r^1 : -itque negantem ↑ dis *s.* -tem P^1 : ponitque negantem ω : -em *in ras.* Q^1 : ⌊negantis L^2, *cf.* Σ: 'ponique negantis*: ordo est: lacrimas poni negantis murmure consolatur...legitur et* ponit negantem *id est inuitum et reluctantem...'*

solatur lacrimas: qualis Berecyntia mater,
dum paruum circa iubet exultare Tonantem
Curetas trepidos; illi certantia plaudunt
orgia, sed magnis resonat uagitibus Ide.
  at puer in gremio uernae telluris et alto
gramine nunc faciles sternit procursibus herbas
in uultum nitens, caram modo lactis egeno
nutricem clangore ciens iterumque renidens
et teneris meditans uerba inluctantia labris
miratur nemorum strepitus aut obuia carpit
aut patulo trahit ore diem nemorique malorum
inscius et uitae multum securus inerrat.
sic tener Odrysia Mauors niue, sic puer ales
uertice Maenalio, talis per litora reptans
improbus Ortygiae latus inclinabat Apollo.
  illi per dumos et opaca uirentibus umbris
deuia: pars cingunt, pars arta plebe sequuntur
praecelerantque ducem. medium subit illa per agmen
non humili festina modo; iamque amne propinquo
rauca sonat uallis, saxosumque umpulit aures
murmur: ibi exultans conclamat ab agmine primus,
sicut erat leuibus tollens uexilla maniplis,
Argus, 'aquae?' longusque uirum super ora cucurrit
clamor, 'aquae!' sic Ambracii per litora ponti
nauticus in remis iuuenum monstrante magistro
fit sonus inque uicem contra percussa reclamat
terra, salutatus cum Leucada pandit Apollo.
incubuere uadis passim discrimine nullo
turba simul primique, nequit secernere mixtos
aequa sitis, frenata suis in curribus intrant
armenta, et pleni dominis armisque feruntur
quadripedes; hos turbo rapax, hos lubrica fallunt

---

790 paruum circa PDNt : circa paruum ω   792 Orgia Pω : Organa ↑]gia D^1Q^1 : Organa μν, *sed cf.* Σ: 'orgia *id est tympana', Sen. H.O. 594*   793 uernae Pω, *quod Mueller aliisque displicuit quia putauerunt de aestate agi, sed uide ad 4.702–03*   796 clangore Pω : clangore ↑]m *s.* -ng- ν^1 : clamore ↑]clangore t^1 : clamore Nδf : plangore *Baehrens (uide ad 3.505), sed cf. Austin ad Verg. Aen. 2.313*   799 nemorique PB^1 : -isque ω   805 arta ω : *ex* alta D^1 : alta ↑]arta $t^1\nu^1$: alta PC   808 sonat Pω : sonat ↑]nant t^1 : -ant $NfMB^3$ uallis ω : *ex* -es Q^1b^1 : uallis ↑ les t^1 : ualles PNfMB, *sed cf. 6.256, 8.464*   809 primus Pω : primus ↑]primo S^1 : primo NδfC : -os r   811 Argus ω : *om.* b^1, *add.* b^2 : -as r : Arcas ↑]Argus t^1 : Arcas P, *quod perperam maluit Alton 177 cl. 5.556 ubi de equite non de signifero agitur; sed cf. 8.445–47*   818 curribus PωΣ : *ex* cursibus B^1 : cursibus ↑]curribus D^1M^{σ} : cursibus δfμνr, *uide ad 3.427*   820 turbo DNtδν^2B : *ex* -ba S^2 : turba ↑]bo ν^2 : -ba Pω, *fortasse e 817*

saxa, nec implicitos fluuio reuerentia reges
proterere aut mersisse uado clamantis amici
ora. fremunt undae, longusque a fontibus amnis
diripitur; modo lene uirens et gurgite puro
perspicuus, nunc sordet aquis egestus ab imis
alueus; inde tori riparum et proruta turbant
gramina; iam crassus caenoque et puluere torrens,
quamquam expleta sitis, bibitur tamen. agmina bello
decertare putes iustumque in gurgite Martem
perfurere aut captam tolli uictoribus urbem.
atque aliquis regum medio circumfluus amni:
'siluarum, Nemea, longe regina uirentum,
lecta Iouis sedes, quam tu non Herculis actis
dura magis, rabidi cum colla comantia monstri
angeret et tumidos animam angustaret in artus!
hac saeuisse tenus populorum in coepta tuorum
sufficiat; tuque o cunctis insuete domari
solibus, aeternae largitor corniger undae,
laetus eas, quacumque domo gelida ora resoluis
inmortale tumens; neque enim tibi cana repostas
bruma niues raptasque alio de fonte refundit
arcus aquas grauidiue indulgent nubila Cauri,
sed tuus et nulli ruis expugnabilis astro.
te nec Apollineus Ladon nec Xanthus uterque
Spercheosque minas Centaureusque Lycormas
praestiterint; tu pace mihi, tu nube sub ipsa
armorum festasque super celebrabere mensas

---

823 a PDNt : e δOfMμCQBbr *frg. Monast.* : de *ex* e ν^2 825 egestus ω : egestus ↑ /egressus t^1 : egressus P imis P : imo ω, *quod fortasse defendi potest si cum Heinsio (ad Ou. Met. 5.588)* perspicuis *legamus* 826 tori P : thoros ↑ /ri t^1 : t(h)oros ω : -ris f, *cf. Ker 176* 827 torrens ω : sordens P, *quod fortasse natum est e* sordet *(825), cf. Håkanson A 117* 828 bello ω : belli PN : certe Q 830 aut PDt : et ω : *om.* L^1 832 nemea PDNtO : -ee ↑ a δ^c : -ee ω, *uide ad 1.355, 5.44* 833 ioui Nς, *edd. ante Klotz* quam tu P : quam tum ω : *in ras.* $O^{1?}$: quantum ↑ /quam tum M^{σ} : quam tum ↑ nunc $\nu^{1?}$: quam nunc tδ : quam ii≡ ↑ ≡ *s.* ii D : quantum fQS : quam^{nunc} *ex* qua N^2 : quae tum *frg. Monast.* : qua tum K, *cf. 1.80, 5.155, 11.377 ubi similis permutatio* 834 Dura Pω : Dura ↑ /clara t^1 : Clara ς rapidi DδOfμνr comantia PNς : com- ↑ /mi t^1 : minantia ω 835 frangeret *Schrader* 836 in coepta ς, *quod primus editorum uindicauit Dubner* : in cepta $N^?t^?\nu^1$: inc(o)epta Pω 840 repostas Pω : *ex* reportas Q^1 : reportat *ex* repostas S^2 : reportat NtδO 842 indulgens P Cauri *(uel* Cori) *edd.* : chori Pω, *cf. 7.791* 845 Spercheosque ς, *Kohlmann cl. Ach. 1.102* : -eusque PD : -iusque ω, *cf. Verg. G. 2.487, Luc. 6.367, Dilke ad Ach. 1.102*

(a Ioue primus honos), bellis modo laetus ouantes
accipias fessisque libens iterum hospita pandas
flumina defensasque uelis agnoscere turmas.'

848 A Pω : Ab μν *frg. Monast.* : *ex* At f, *cf. 8.63 ubi similis permutatio, Klotz cft Silu. praef. 1*   850 defensasque PD : defessasque ω, *e* fessisque *(849)*   turbas t, *cf. 5.7, 6.213, 8.428, 9.123, 850, 10.222, 12.20 ubi similis permutatio.*

LIBER QVINTVS

Pulsa sitis fluuio, populataque gurgitis alueum
agmina linquebant ripas amnemque minorem;
acrior et campum sonipes rapit et pedes arua
implet ouans, rediere uiris animique minaeque
uotaque, sanguineis mixtum ceu fontibus ignem
hausissent belli magnasque in proelia mentes.
dispositi in turmas rursus legemque seueri
ordinis, ut cuique ante locus ductorque, monentur
instaurare uias. tellus iam puluere primo
crescit, et armorum transmittunt fulgura siluae.
qualia trans pontum Phariis defensa serenis
rauca Paraetonio decedunt agmina Nilo,
cum fera ponit hiems: illae clangore fugaci,
umbra fretis aruisque, uolant, sonat auius aether.
iam Borean imbresque pati, iam nare solutis
amnibus et nudo iuuat aestiuare sub Haemo.
hic rursus simili procerum uallante corona
dux Talaionides, antiqua ut forte sub orno
stabat et admoti nixus Polynicis in hastam:
'at tamen, o quaecumque es' ait 'cui gloria tanta,
uenimus innumerae fatum debere cohortes,
quem non ipse deum sator aspernetur honorem,
dic age, quando tuis alacres absistimus undis,

---

1 alueum ς : aluum ↑ e δ^1 : aluum ↑ /eum D^1 : aluum ω : ALTV̄ P, *cf. 9.225, uide ad 4.429* *post 2 in* P Illum etenim ardor sitientium exsiccarat, *quae del.* P^1 3 arua ω : arma P, *uide ad 2.162* 5 sanguineis Pω : -ei$ L : -ei DδO, *Barth* 8 monentur ω : -e≡tur Qb : -etur δOfLνC : moneretur P : mouentur μ, *uide ad 3.721* 11 defensa ω : deprensa ↑ /defensa t^1 : deprensa P; *perperam (fortasse ob Verg. Aen. 10.262–66) interpretatur Σ5.12: '...sic Argiui post sitim laeti erant et alacres ut redeuntes grues ex Aegypto in Thraciam, quando fugiunt Notum, quae in Aegypto calorem aeris tempore auget aestatis'; neque Argiui a Nemea, nec grues ab Aegypto fugiunt sed utrique defensi et periculo liberati laeti reueniunt unde fugerunt, cf. Håkanson B 26–27* 13 Cum...ponit ω : Cum...ponit ↑ /est δ^1 : Cum...cogit ↑ /ponit t^1 : Cum...cogit P : quo...cogit *Vollmer 29 cl. 12.515, sed recte* Σ: 'cum fera ponit hiems: *desinit. ut Vergilius* [*Aen. 7.27*]: "cum uenti posuere"', cf. Silu. 2:2.118 et uide ad Theb. 5.11 14 auius PωΣ : arduus *Mueller cl. 9.30* 19 hasta NO : ha/sta f, *sed cf. 7.802, Verg. Aen. 12.398* 21 fatum Pω : fatum ↑ i.honorem t^1 : fatọ ↑ um δ^1 : fato νς, *Garrod* : uitam *Barth; recte interpretatus est* Σ: *'sensus: quia nostram uitam tibi debemus', quod multis displicuit sed cf. 2.196* 23 absistimus PD : ass-*ex* a≡s- O^1 : ads- ω : cons- ↑ ad N, *cf. 6.660, 9.45 ubi similis permutatio*

quae domus aut tellus, animam quibus hauseris astris.
dic quis et ille pater. neque enim tibi numina longe,
transierit fortuna licet, maiorque per ora
sanguis, et adflicto spirat reuerentia uultu.'
  ingemit, et paulum fletu cunctata modesto
Lemnias orsa refert: 'inmania uulnera, rector,
integrare iubes, Furias et Lemnon et artis
arma inserta toris debellatosque pudendo
ense mares; redit ecce nefas et frigida cordi
Eumenis. o miserae, quibus hic furor additus! o nox!
o pater! illa ego nam, pudeat ne forte benignae
hospitis, illa, duces, raptum quae sola parentem
occului. quid longa malis exordia necto?
et uos arma uocant magnique in corde paratus.
hoc memorasse sat est: claro generata Thoante
seruitium Hypsipyle uestri fero capta Lycurgi.'
  aduertere animos, maiorque et honora uideri
parque operi tanto; cunctis tunc noscere casus
ortus amor, pater ante alios hortatur Adrastus:
'immo age, dum primi longe damus agmina uulgi
(nec facilis Nemea latas euoluere uires,
quippe obtenta comis et ineluctabilis umbra),
pande nefas laudesque tuas gemitusque tuorum,
unde hos aduenias regno deiecta labores.'
  dulce loqui miseris ueteresque reducere questus.
incipit: 'Aegaeo premitur circumflua Nereo
Lemnos, ubi ignifera fessus respirat ab Aetna

24–25 astris?...pater? *edd. omnes* 30 artis Pω : atris ς, *quod etiam coniecit Mueller* 34 nam Pω : *ex* ne ν^1 : iam *ex* nam f : sum *ex* nam M^{σ} : sum ↑ nam T^1r^1 : sum δO, *edd. ante Mueller; cf. 11.165, Verg. Aen. 9.803, 12.206* 44 nemea P : *ex* -eae Q^2 : -e(a)e ωΣ : -eae *ex* -e≡ ν^1, *cf. Prisc. 2.287.12: 'apud Statium uero* Nemea, *quia seruauit* a *productam, accentum quoque Graecum seruauit, id est paenultimam acutam, in V Thebaide:* nec facilis Nemea latas euoluere uires', *cf. 1.355, 2.378, 4.159, 832, 5.749, 6.516 ubi similis permutatio; accusatiuus semper* Nemeen *(4.646, 664, 688, 6.88, 368, 385), genetiuus et* Nemees *(5.581) et* Nemeae *(5.733); cf. Dilke ad Ach. 1.415 et uide ad 1.355, 4.287, 7.260, 11.8* 47–48 *ante Garrod sic interpungebant ut 48 Adrasto attribueretur quod reciperem nisi de uerbo* incipit *(49) solo et improuiso dubitarem; noli conferre Σ5.500: 'dixit et hunc sensum poeta superius:* dulce loqui miseris', *nam inuenimus Σ1.10: 'et alibi Statius [Theb. 2.454–55]:* aut triplices alio tibi carmine muros Amphion', *quae sunt Tydeos uerba, item Σ7.330, Σ7.347 etc.* : unde huc aduenias regno deiecta: labores dulce loqui... *Schrader, sed cf. 1.643–44; cf. Eur. fr. 563 Nauck²*

Mulciber; ingenti tellurem proximus umbra
uestit Athos nemorumque obscurat imagine pontum;
Thraces arant contra, Thracum fatalia nobis
litora, et inde nefas. florebat diues alumnis
terra, nec illa Samo fama Deloue sonanti
peior et innumeris quas spumifer adsilit Aegon.
dis uisum turbare domos, nec pectora culpa
nostra uacant: nullos Veneri sacrauimus ignes,
nulla deae sedes; mouet et caelestia quondam
corda dolor lentoque inrepunt agmine Poenae.
illa Paphon ueterem centumque altaria linquens,
nec uultu nec crine prior, soluisse iugalem
ceston et Idalias procul ablegasse uolucres
fertur. erant certe media quae noctis in umbra
diuam alios ignes maioraque tela gerentem
Tartareas inter thalamis uolitasse sorores
uulgarent, utque implicitis arcana domorum
anguibus et saeua formidine nupta replesset
limina nec fidi populum miserata mariti.
protinus a Lemno teneri fugistis Amores:
mutus Hymen uersaeque faces et frigida iusti
cura tori. nullae redeunt in gaudia noctes,
nullus in amplexu sopor est, Odia aspera ubique
et Furor et medio recubat Discordia lecto.
cura uiris tumidos aduersa Thracas in ora
eruere et saeuam bellando frangere gentem.
cumque domus contra stantesque in litore nati,
dulcius Edonias hiemes Arctonque frementem

---

51 Mulciber Nδ : -ifer *ex* -iber D[1] : -iber *ex* -ifer B[1] : -i≡er t : Mulgiber P : Mulcifer ω, *cf. 6.234, 7.61, 10.101 ubi similis permutatio* 62 prior *'id est non apparens in uultu neque in cultu qualis prius', Schol. Dres. a, cf. Manitius 401* 65–71 *manu recentiore scripti in* D 67 Vulgarent Pω : Iactarent ↑ /uulgarent T[1]r[1] : Iactarent NLμν, *uide ad 2.338* 68 nupta replesset P : cuncta repleuit ω : nupta repleuit *Klotz;* nupta replesset *primus uindicauit Postgate interpunctione mutata; antea fortius post* uulgarent *distinguebant et leuius post* mariti; *'sed mihi* ut *a* protinus *secerni non posse uidetur' Klotz, sed cf. 2.644, 9.826–28* 71 Mutus PQ : Mutos ↑ /otus t[1] : Motus *ex* Mu- L$^{\sigma}$B[1] : Motus ω 78 edonias Pω : *ex* et donias ν^2 : edon/as t : Edonas *edd. fortasse recte cl. Seru. ad Aen. 12.365: 'sane sciendum hoc loco errasse Donatum, qui dicit "Edonii" legendum, ut "do" breuis sit, secundum Lucanum qui dicit: "Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo" (1.675). namque certum est systolen fecisse Lucanum. unde "Edoni" legendum est...Statius et Vergilium et artem secutus ait:* "tristius Edonas hiemes Hebrumque niualem", *non* "Edonias".' *sed* Edonias *defendit Dilke A 51 cl. 12.733, Luc. 1.c., Sil. It. 4.776* frementem ω : pre- ↑ /fre- t[1] : pre- *P, fortasse recte, fortasse e* proelia *(79); sed cf. 8.663, 10.606, 879, 11.532, 12.752 ubi* P *solus uel paene solus 'premere' exhibet, et 1.209, 2.509, 732, 3.136, 606, 4.615, 9.701, 11.292, 742 ubi similis permutatio*

excipere, aut tandem tacita post proelia nocte
fractorum subitas torrentum audire ruinas.
illae autem tristes (nam me tunc libera curis
uirginitas annique tegunt) sub nocte dieque
adsiduis aegrae in lacrimis solantia miscent
conloquia, aut saeuam spectant trans aequora Thracen.
  Sol operum medius summo librabat Olympo
lucentes, ceu staret, equos; quater axe sereno
intonuit, quater antra dei fumantis anhelos
exeruere apices, Ventisque absentibus Aegon
motus et ingenti percussit litora ponto:
cum subito horrendas aeui matura Polyxo
tollitur in furias thalamisque insueta relictis
euolat. insano ueluti Teumesia Thyias
rapta deo, cum sacra uocant Idaeaque suadet
buxus et a summis auditus montibus Euhan:
sic, erecta genas aciemque effusa trementi
sanguine, desertam rabidis clamoribus urbem
exagitat clausasque domos et limina pulsans
concilium uocat; infelix comitatus eunti
haerebant nati. atque illae non segnius omnes
erumpunt tectis, summasque ad Pallados arces
impetus: huc propere stipamur et ordine nullo
congestae; stricto mox ense silentia iussit
hortatrix scelerum et medio sic ausa profari:
"rem summam instinctu superum meritique doloris,
o uiduae (firmate animos et pellite sexum!)
Lemniades, sancire paro; si taedet inanes
aeternum seruare domos turpemque iuuentae
flore situm et longis steriles in luctibus annos,
inueni, promitto, uiam (nec numina desunt)
qua renouanda Venus: modo par insumite robur

79 noctem P 83 in Pt : *om.* ω, *noli conferre Ach. 1.686 ubi Thetis est aegra ob lacrimas; hic Lemniades, ob maritos amissos aegrae, ideo lacrimant, cf. 5.108* 88 *ante Klotz* uentisque *scribebant; cf. 1.206–07, 3.432–37, 4.765, 5.288, 6.300, 310, 7.37* 92 thyias PQ : thy≡as LB : thyas *uel* thias ω, *cf. Verg. Aen. 4.302, cf. etiam Theb. 9.794, 12.792 ubi similis permutatio* 95 effusa Pω : off- *ex* eff- μ[1] : offusa ς, *Barth, edd. plerisque sequentibus, sed cf. Verg. Aen. 2.651 et Theb. 2.506*; offundere *non est uox Statiana, cf. 3.484 ubi similis permutatio* 96 rabidis ω : rapidis Ptδf μνr, *cf. 8.632* 97 domus P, *uide ad 2.155* 99 illa *Baehrens, sed cf. Damsté A 382 cl. 5.81* 100 pallados ↑ Ipalladis Q[1], *uide ad 1.535* 103 ausa Pω : orsa *Bentley* 108 Flore PωΣ : Ferre *ex* F≡≡re b[2] : flere *coniecit Bernartius, cf. Ker 178; si zeugma displicet cf. e.g. 10.15–16, cf. etiam 3.649* longis ω : -gos ↑ lis t[1] : -gos P

luctibus, atque adeo primum hoc mihi noscere detur.
tertia canet hiems: cui conubialia uincla
aut thalami secretus honos? cui coniuge pectus
intepuit? cuius uidit Lucina labores,
dicite, uel iustos cuius pulsantia menses
uota tument? qua pace feras uolucresque iugari
mos datus! heu segnes! potuitne ultricia Graius
uirginibus dare tela pater laetusque dolorum
sanguine securos iuuenum perfundere somnos:
at nos uulgus iners? quodsi propioribus actis
est opus, ecce animos doceat Rhodopeia coniunx,
ulta manu thalamos pariterque epulata marito.
nec uos inmunis scelerum securaue cogo.
plena mihi domus atque ingens, en cernite, sudor.
quattuor hos una, decus et solacia patris,
in gremio (licet amplexu lacrimisque morentur)
transadigam ferro saniemque et uulnera fratrum
miscebo patremque super spirantibus addam.
ecqua tot in caedes animum pormittit?" agebat
pluribus; aduerso nituerunt uela profundo:
Lemnia classis erat. rapuit gauisa Polyxo
fortunam atque iterat: "superisne uocantibus ultro
desumus? ecce rates! deus hos, deus ultor in iras
apportat coeptisque fauet. nec imago quietis
uana meae: nudo stabat Venus ense uideri

113 thalami PDt : -i≡ g : -is ω cui Pts : cui ↑]quod D^1 : quod ↑]cui S^2 : quod NδOfML^{σ}μνCQ : quod ↑]quae T^1r^1 : quae L^1Bb 115 pulsantia PωΣ : *an* poscentia? *Wilkins inepte, cf.* Σ*5.116: 'metaphora ab inclusis qui pulsant ut aperiatur. et hic partus inclusus est. non uota tument, sed crescentibus mensibus uterus tumet...'* 116–17 *uel fortasse* uota tument, qua pace...mos datus? 117 graius PωΣ*(sed cf. Klotz C 343–44)* : grajus *uel* grajiis δ : graiis OC^2Q : grais D : grauis C^1r 119–20 *ante Weber distinguebant* somnos? at nos uulgus iners: quod 123 securaque NδC, *uide ad 1.102* 126 morentur ω : morantur ↑]entur T^1r^1 : morantur L^{σ}b : moretur P 127 saniemque Pω : sanguenque *Håkanson A 168, sed uide ad 4.464 et cf. Verg. Aen. 3.618, 622, 625, 632* uulnera Pω : uiscera *temptauit uel in codice inuenit Barth, cf. e.g. Verg. Aen. 3.622* 128 super ωΣ : simul ↑]super P^c, *difficillimum diiudicare (cf. Klotz qui in textu* simul *recepit, in corrigendis* super*), sed* super *malui cl. Verg. Aen. 4.605–06. si* simul *legitur sensus est: nec non patrem addam, cf. 2.713, 9.567, 12.381; si* super *legitur sensus est uel similis, cf. 6.3, 12.68, 83, uel: patrem supra addam, cf. 5.314; sed ne* simul *cum* spirantibus *coniungamus interpretantes: adhuc spirantibus (ut conatus est Mozley) prohibet sensus uocis* simul 129 Ecqua Pω : Equa *(in ras.)* ↑ i.ecce qua O^{σ} : Ecqua ↑ pro quae t^1 : Ecqua ↑]quae M^{σ} : Aequa f : Et qua LC : Equa ↑ ecce Q^{σ} : Ecce D 133 deus hos ω : deus has fMC : heus hos P 135 nudo ω : nuda P, *unde coniecit Garrod* nudo astabat *fortasse recte, cf. Verg. Aen. 3.150, Ou. F. 3.639, Luc. 1.189*

clara mihi somnosque super. "'quid perditis aeuum?'"
inquit, "'age auersis thalamos purgate maritis.
ipsa faces alias melioraque foedera iungam.'"
dixit, et hoc ferrum stratis, hoc, credite, ferrum
imposuit. quin, o miserae, dum tempus agi rem,
consulite; en ualidis spumant euersa lacertis
aequora, Bistonides ueniunt fortasse maritae."
hinc stimuli ingentes, magnusque aduoluitur astris
clamor. Amazonio Scythiam feruere tumultu
lunatumque putes agmen descendere, ubi arma
indulget pater et saeui mouet ostia Belli.
nec uarius fremor aut studia in contraria rapti
dissensus, ut plebe solet: furor omnibus idem,
idem animus solare domos iuuenumque senumque
praecipitare colos plenisque adfrangere paruos
uberibus ferroque omnes exire per annos.
tunc uiridi luco (lucus iuga celsa Mineruae
propter opacat humum niger ipse, sed insuper ingens
mons premit et gemina pereunt caligine soles),
hic sanxere fidem, tu Martia testis Enyo
atque inferna Ceres, Stygiaeque Acheronte recluso
ante preces uenere deae; sed fallit ubique
mixta Venus, Venus arma tenet, Venus admouet iras.
nec de more cruor: natum Charopeia coniunx
obtulit, accingunt sese et mirantia ferro
pectora congestisque auidae simul undique dextris
perfringunt, ac dulce nefas in sanguine uiuo
coniurant, matremque recens circumuolat umbra.
talia cernenti mihi quantus in ossibus horror,
quisue per ora color! qualis cum cerua cruentis
circumuenta lupis, nullum cui pectore molli
robur et in uolucri tenuis fiducia cursu,
praecipitat suspensa fugam, iam iamque teneri
credit et elusos audit concurrere morsus.

---

136 somnoque P   somnosque super *'ueriore et efficaciore specie quam somni solent ostendere' Weber : alii interpretantur cum Bernartio 'inter dormiendum' (cl. 1.676 etc.) quod ieiunum uidetur; cf. 6.839, uide ad 3.694*   140 agi Σ : agit Pω, *cf.* Σ: 'dum tempus agi rem *id est: dum opportunitas agendae rei est. ut Vergilius (Aen. 5.638): "iam tempus agi rem"* '   141 en ualidis ω : inualidi P   150 colos ω : tolos P : colus D, *Klotz fortasse recte, uide ad 6.380*   152 uiridi luco P : uiridis late ω   155 tu PL : tum ω : tunc δ, *uide ad 4.833*   161 congestisque Pω : -que *adras.* NtT[2] : *om.* Dς; *'haud scio an recte' Mueller*   166 pectora P   169 audet P, *cf. 7.285, 10.831, 11.258, 296 ubi similis permutatio*

illi aderant, primis iamque offendere carinae
litoribus, certant saltu contingere terram
praecipites. miseri, quos non aut horrida uirtus
Marte sub Odrysio, aut medii inclementia ponti
hauserit! alta etiam superum delubra uaporant
promissasque trahunt pecudes: niger omnibus aris
ignis, et in nullis spirat deus integer extis.
tardius umenti noctem deiecit Olympo
Iuppiter et uersum miti, reor, aethera cura
sustinuit, dum fata uetant, nec longius umquam
cessauere nouae perfecto sole tenebrae.
sera tamen mundo uenerunt astra, sed illis
et Paros et nemorosa Thasos crebraeque relucent
Cyclades; una graui penitus latet obruta caelo
Lemnos, in hanc tristes nebulae, et plaga caeca superne
texitur, una uagis Lemnos non agnita nautis.
iam domibus fusi et nemorum per opaca sacrorum
ditibus indulgent epulis uacuantque profundo
aurum inmane mero, dum quae per Strymona pugnae,
quis Rhodope gelidoue labor sudatus in Haemo
enumerare uacat. nec non, manus impia, nuptae
serta inter festasque dapes quo maxima cultu
quaeque iacent; dederat Cytherea suprema
nocte uiros longoque breuem post tempore pacem
nequiquam et miseros perituro adflauerat igni.
conticuere chori, dapibus ludoque licenti
fit modus et primae decrescunt murmura noctis,
cum consanguinei mixtus caligine Leti
rore madens Stygio morituram amplectitur urbem
Somnus et implacido fundit grauia otia cornu
secernitque uiros. uigilant nuptaeque nurusque
in scelus, atque hilares acuunt fera tela Sorores.
inuasere nefas, cuncto sua regnat Erinys
pectore. non aliter Scythicos armenta per agros

---

179 uetant ω, *edd. ante Kohlmann* : -at P, *et coniecit Baehrens, sed sensus est: quamquam fata uetant, cf. Håkanson B 28–29 c.l. i.a. 3.316, 5.271* 181 tamen *uide ad 1.480* 182 p(h)aros PD : paros ↑]paphos t[1] : pasos f : pafos Q : p(h)aphos ω, *fortasse e 5.61* 192 iacent ω : -et ↑ n $D^{\sigma}L^{1}$: -et PtO, *fortasse recte, cf. 3.116, 7.136, 806, uide ad 4.112* 194 igni Pω : igne DNδOBb, *cf. 12.275 ubi similis permutatio, Housman·D 70, Dilke ad Ach. 1.657; uide ad 3.356, 5.362, 373* 195 tori ς, *Bentley, uide ad 224* 199 implacido Pω : -iṭo ↑ d $M^{\sigma}B^{1}$: -ito fC : implicito NδOς, *Heinsius aliique, sed fortasse natum est e 5.67, cf. 8.45; cf. etiam 11.596 ubi similis permutatio*

Hyrcanae clausere leae, quas exigit ortu
prima fames, auidique implorant ubera nati.
quos tibi (nam dubito) scelerum de mille figuris
expediam casus? Helymum temeraria Gorge
euinctum ramis altaque in mole tapetum
efflantem somno crescentia uina superstans
uulnera disiecta rimatur ueste, sed illum
infelix sopor admota sub morte refugit.
turbidus incertumque oculis uigilantibus hostem
occupat amplexu, nec segnius illa tenentis
pone adigit costas donec sua pectora ferro
tangeret. is demum sceleri modus; ora supinat
blandus adhuc oculisque tremens et murmure Gorgen
quaerit et indigno non soluit bracchia collo.
non ego nunc uulgi quamquam crudelia pandam
funera, sed propria luctus de stirpe recordor:
quod te, flaue Cydon, quod te per colla refusis
intactum, Crenaee, comis (quibus ubera mecum
obliquumque a patre genus), fortemque, timebam
quem desponsa, Gyan uidi lapsare cruentae
uulnere Myrmidones, quodque inter serta torosque
barbara ludentem fodiebat Epopea mater.
flet super aequaeuum exarmata Lycaste
Cydimon, heu similes perituro in corpore uultus
aspiciens floremque genae et quas finxerat auro
ipsa comas, cum saeua parens iam coniuge fuso

---

204 exigit ωΣ : -iit P, *cf. 2.363, 4.536, 5.214, 242, 669, 734, 7.437, 8.564, 10.431, 700, 743, 11.725 ubi similis permutatio* ortu *recte interpretatur* Σ: *'incipiente die', cf. 10.382, Silu. 1.2.198* 206–07 quos tibi nam, dubito, scelerum...casus. *(i.e. dubito quosnam tibi casus expediam) interpunxit Lachmann, fortasse recte* 207 helymum P : helimum ω : Elymum *Kohlmann cl. Ou. Met. 12.460, Seru. ad Aen. 5.73 fortasse recte sed cf. Verg. Aen. 5.73, 300, 323, 339* 212 incertumque Pω : -tusque *ex* -tumque B[1] : *ex* -tumque? N[1]O[1]Q[2] : -tūṣque δ : -tusque tς, *Prisc. 2.159.20, cf. Hor. Sat. 2.5.100, Ou. Her. 10.9* uigilantibus ω, *Prisc. 2.159.20* : uilantibus P 215 is ω : his P 216–305 *in* D *uix legi possunt* 216 et murmure Pω : et *(*↑ *l*per*)* murmure *(*↑ a*)* O[1] : per murmura *ex* et murmure S[2] : per murmura DNς, *Bentley* 217 non soluit Pω : non soluit sua *ex* non soluit S[2] : soluit sua NOς 220 Quod...quod PωΣ : Quid...quid *ex* Quod...quod L[σ]b[1] : Quid...quid *edd. ante Gronouium, cf. 224* 222 obliquumque...genus *interpretatur* Σ: *'quia collactaneus meus fuerat et patris mei nothus...ut Lucanus (8.286–87)' : ad alium patrem perperam refert Mozley* 224 quodque Pω : quidque *ex* quodque C[1] : quidque *edd. uett* : quemque *Gronouius perperam, cf. 220* t(h)orosque Pω, *quod primus uindicauit Bentley, uide ad 5.195* : chorosque *edd. ante Mueller* 225 opopea NtL, *edd. ante Walker* 228 finxerat ωΣ : fix- P

astitit impellitque minis atque inserit ensem.
ut fera, quae rabiem placido desueta magistro
tardius arma mouet stimulisque et uerbere crebro
in mores negat ire suos, sic illa iacenti
incidit undantemque sinu conlapsa cruorem
excipit et laceros premit in noua uulnera crines.
ut uero Alcimeden etiamnum in murmure truncos
ferre patris uultus et egentem sanguinis ensem
conspexi, riguere comae atque in uiscera saeuus
horror iit: meus ille Thoas, mea dira uideri
dextra mihi! extemplo thalamis turbata paternis
inferor. ille quidem dudum (quis magna tuenti
somnus?) agit uersans secum, etsi lata recessit
urbe domus, quinam strepitus, quae murmura noctis,
cur fremibunda quies. trepido scelus ordine pando,
quis dolor, unde animi: "uis nulla arcere furentes;
hac sequere, o miserande; premunt aderuntque moranti,
et mecum fortasse cades." his motus et artus
erexit stratis. ferimur per deuia uastae
urbis et ingentem nocturnae caedis aceruum
passim, ut quosque sacris crudelis uespera lucis
strauerat, occulta speculamur nube latentes.
hic impressa toris ora extantesque reclusis
pectoribus capulos magnarum et fragmina trunca
hastarum et ferro laceras per corpora uestes,
crateras pronos epulasque in caede natantes
cernere erat, iugulisque modo torrentis apertis
sanguine commixto redeuntem in pocula Bacchum.
hic iuuenum manus et nullis uiolabilis armis

---

230 inserit P[1]ω : ingerit P[1]*mg.*, *Klotz perperam, cl. Silu. 2.2.85, sed cf. Tac. Ann. 2.31* 231 rabiem placido Pt : placido rabiem ω, *fortasse recte* rabie P[c]*mg.* 232 et *om.* P 236 etiamnum ω : etiamnunc P : et iam δ, *uide ad 1.620* in murmure truncos Pω : murmure trunco *Barth, sed cf. Mueller qui, cl. 8.619, 12.479, Silu. 5.3.83, nihilominus dubitat 'num uersu sequenti* patris uultus *per se significare possint caput eius abscissum', cl. 1.277* 237 egentem sanguinis ensem PωΣ : egentes sanguine sensim *Wiman 19–20, sed cf.* Σ: *'quia senem occiderat et gladium cruore non tinxerat'; recte confert Mueller Ou. Met. 7.314–15* 242 lata *neutrum plurale, i.e. late recessit, cf. Imhof, Håkanson A 168 cl. 6.676; alii interpretantur ut Beraldus: 'etsi amplum palatium ab urbe distaret'* 244 trepido *sc. Thoanti, cf. Beraldum, Håkanson A 168–69* : *alii* trepido *cum* ordine *coniungunt, fortasse recte* 248 uastae *'uastatae iam interfectis uiris'*, Σ *Valenc. recte* 249 et Pς : et † ǀubi t[1] : ubi ω : ibi B 251 nube Pω : nocte *Damsté A 384, sed cf. 5.183–85, Håkanson B 27–28* 257 percommixto P, *unde* permixto *coniecit Kohlmann cl. 10.312, fortasse recte nisi illinc* percommixto *in* P *natum est, cf. etiam 2.567, Verg. Aen. 3.633*

turba senes, positique patrum super ora gementum
semineces pueri trepidas in limine uitae
singultant animas. gelida non saeuius Ossa
luxuriant Lapitharum epulae, si quando profundo
Nubigenae caluere mero: uix primus ab ira
pallor, et impulsis surgunt ad proelia mensis.
tunc primum sese trepidis sub nocte Thyoneus
detexit, nato portans extrema Thoanti
subsidia, et multa subitus cum luce refulsit.
agnoui: non ille quidem turgentia sertis
tempora nex flaua crinem distinxerat uua:
nubilus indignumque oculis liquentibus imbrem
adloquitur: "dum fata dabant tibi, nate, potentem
Lemnon et externis etiam seruare timendam
gentibus, haud umquam iusto mea cura labori
destitit: absciderunt tristes crudelia Parcae
stamina, nec dictis, supplex quae plurima fudi
ante Iouem frustra, lacrimisque auertere luctus
contigit; infandum natae concessit honorem.
accelerate fugam, tuque, o mea digna propago,
hac rege, uirgo, patrem, gemini qua bracchia muri
litus eunt: illa, qua rere silentia, porta
stat funesta Venus ferroque accincta furentes
adiuuat (unde manus, unde haec Mauortia diuae
pectora?). tu lato patrem committe profundo:
succedam curis." ita fatus in aera rursus
soluitur et nostrum, uisus arcentibus umbris,
mitis iter longae clarauit limite flammae.
qua data signa sequor; dein curuo robore clausum
dis pelagi Ventisque et Cycladas Aegaeoni
amplexo commendo patrem, nec fletibus umquam
fit modus alternis, ni iam dimittat Eoo
Lucifer astra polo. tunc demum litore rauco
multa metu reputans et uix confisa Lyaeo

---

265 trepidis ω : -dus Pt 269 distinxerat δfμC : distrinx- NOMQbr : dẹstrinx- ↑ i ν[1] : destrinx- PB : destrinxerit t : definxerat *(i.e.* deuinx- *? cf. Klotz) e* destenxerat L^{σ} 274 absciderant NδOfMμνbς, *uide ad 3.302* 276 auertere ω : ad̶u- t : adu- P, *uide ad 4.250* 280 qua rere b : *e* que rere *?* P[1] : qua rata f : qua rara ω, *edd. ante Mueller* 288 *ante Klotz* uentisque *scribebant* 289 Amplexo ωΣ : *ex* -xu f[1] : -xu P 290 Fit Pω : sit *Gronouius* ni iam Pω : nisi iam NtδOμνbr : nam ↑ nisi iam Q[1] 291 tunc Ptς : tum ω, *cf. 5.556, 8.13 ubi similis permutatio*

diuidor, ipsa gradu nitente, sed anxia retro
pectora; nec requies quin et surgentia caelo
flamina et e cunctis prospectem collibus undas.
  exoritur pudibunda dies, caelumque retexens
auersum Lemno iubar et declinia Titan
opposita iuga nube refert. patuere furores
nocturni, lucisque nouae formidine cunctis
(quamquam inter similes) subitus pudor; impia terrae
infodiunt scelera aut festinis ignibus urunt.
iam manus Eumenidum captasque refugerat arces
exaturata Venus; licuit sentire quid ausae,
et turbare comas et lumina tingere fletu.
insula diues agris opibusque armisque uirisque,
nota situ et Getico nuper ditata triumpho,
non maris incursu, non hoste, nec aethere laeuo
perdidit una omnes orbata excisaque mundo
indigenas: non arua uiri, non aequora uertunt,
conticuere domus, cruor altus et oblita crasso
cuncta rubent tabo, magnaeque in moenibus urbis
nos tantum et saeui spirant per culmina manes.
ipsa quoque arcanis tecti in penetralibus alto
molior igne pyram, sceptrum super armaque patris
inicio et notas regum uelamina uestes,
ac prope maesta rogum confusis crinibus asto
ense cruentato, fraudemque et inania busta
plango metu, si forte premant, cassumque parenti
omen et hac dubios leti precor ire timores.

---

293 nitente sed Pg^1, *add.* et g^2 : nitente sed ↑ /nitens sed et t^1 : nitens sed et ↑ /nitenti L$^{\sigma}$T^{1}r^1 : nitens sed et ω : *om.* et S^1, *add.* S^2; nitente sed *etiam coniecit Behottius, cf. Barth, Silu. 5.5.16, Ach. 1.536* 293–94 sed...pectora *sc. sunt, ut olim intellegebant: si* anxia *feminina esset* ipsa *ieiunum esset, cf. e.g. Hom. Il. 1.3–4* 295 e *om.* PμS^1 297 Auersum ω : Adu- PNtb, *uide ad 4.250* declinia ωΣ : *ex* declinantia f : declinantia P 300 subitus *Bentley* : habitus PωΣ pudor PD : pudor ↑ /ru t^1 : rubor ↑ /pudor δ^c : rubor ωΣ 304 Et turbare Pω : Exturbare *ex* Et tur- b^1 : Extur- NδOμνCBr : et turpare *Baehrens, uide ad 3.680* 308 excisaque mundo Pω : e. fundo ς : excitaque fundo *Bentley* : excussaque fundo *Garrod cl. 3.248–49*; excisaque fundo *maluit Klotz cl. Ciris 53; sed cf.* excisaque ↑ separata t^c *recte; sensus est: ab omnibus gentibus exclusa, uel ob culpae conscientiam uel ob uirorum amissionem (*uiri non aequora uertunt*); cf. 6.170 ubi queritur Eurydice quod a filio suo seiuncta sit* 309 arua ω : *ex* ar≡≡ N? : arma PtΣ, *uide ad 2.162* *312–53 in* D *uix legi possunt* 313 alto ↑ u *s.* -o P^1 : *'an* altam*?' Klotz* 315 uelamina Pς : uelamina ↑ /gestamina t^1 : gestamina ω, *Mueller cl. Verg. Aen. 6.221: 'quem uersum uariasse hoc loco Statium, ut assolet, quam exscripsisse est ueri similius', fortasse recte; sed adlitterationis causa* uelamina *malo, cf. e.g. 12.368* 316 crinibus ς, *quod primus uindicauit Lachmann* : crinibus ↑ /ignibus δ^c : ignibus Pω, *quod fortasse natum est e 301 uel 314, cf. Håkanson B 30–31* 318 si Pω : si ↑l.ne δ^c : ~~si~~ ↑ ne Q^1 : ne ς, *edd. uett.*

his mihi pro meritis, ut falsi criminis astu
parta fides, regna et solio considere patris
(supplicium!) datur. anne illis obsessa negarem?
accessi, saepe ante deos testata fidemque
inmeritasque manus; subeo (pro dira potestas!)
exangue imperium et maestam sine culmine Lemnon.
iam magis atque magis uigiles dolor angere sensus,
et gemitus clari, et paulatim inuisa Polyxo,
iam meminisse nefas, iam ponere manibus aras
concessum et multum cineres iurare sepultos.
sic ubi ductorem trepidae stabulique maritum,
quem penes et saltus et adultae gloria gentis,
Massylo frangi stupuere sub hoste iuuencae,
it truncum sine honore pecus, regemque peremptum
ipse ager, ipsi amnes et muta armenta queruntur.
  ecce autem aerata dispellens aequora prora
Pelias intacti late subit hospita ponti
pinus; agunt Minyae, geminus fragor ardua canet
per latera: abruptam credas radicibus ire
Ortygiam aut fractum pelago decurrere montem.
ast ubi suspensis siluerunt aequora tonsis,
mitior et senibus cycnis et pectine Phoebi
uox media de puppe uenit, maria ipsa carinae
accedunt. post nosse datum est: Oeagrius illic
adclinis malo mediis intersonat Orpheus
remigiis tantosque iubet nescire labores.
illis in Scythicum Borean iter oraque primi
Cyaneis artata maris. nos, Thracia uisu
bella ratae, uario tecta incursare tumultu,

---

320 falsi ω : falsi≡ Q : falsi in t¹ : falsi in P   321 regna P : regno ω, *cf. Vollmer 29–30 cl. 1.701–02, 3.486–87 inter multos alios locos parum similes*   325 culmine Pω : a]coniuge L$^{\sigma}$B²*mg.* : culmine †]coniuge t¹, *cf.* Σ: 'sine coniuge Lemnon *id est sine uiris. aut sine* culmine *dignitatis', cf. Klotz F 500–01, cf. etiam 3.207*   329 iurare Pω : uitare, L,]iurare L¹*mg.* : intrare C : curare *Damsté A 385, sed cf. Håkanson B 31–32 cl. 7.100–03, Silu. 2.1.53, Claud. in Ruf. 1.328 etc.*   336 hospita PωΣ : (h)ostia δμνQr : aequora O, *e 335;* ostia *maluit Bentley cl. 6.328, Verg. Aen. 1.400, 5.281, sed cf.* Σ: 'hospita *quasi prima.* intacti ponti *quia ante Argo nauem inuiolatus fuit'; malim tamen interpretari* hospita *aduena et* intacti ponti *maris Lemnii non nuper nauigati, cf. 5.309*   344 mediis Ptδ : -iisque fMLμQBbr : -iusque NOν   346–47 primi...maris PΣ : primum...maris † uadis Q¹B² : primum...uadis ω, *edd. plerique ente Mueller* : Ponti...uadis *Markland ad Silu. 5.3.138 cl. Theb. 6.328*; primi...maris *uindicauit Mueller cl. 5.170. 9.359;* uadis *fortasse natum est e librariorum interpretatione uocum* primi maris, *uide ad 8.570*

densarum pecudum aut fugientum more uolucrum.
heu ubi nunc Furiae? portus amplexaque litus
moenia, qua longe pelago despectus aperto,
scandimus et celsas turres; huc saxa sudesque
armaque maesta uirum atque infectos caedibus enses
subuectant trepidae; quin et squalentia texta
thoracum et uultu galeas intrare soluto
non pudet; audaces rubuit mirata cateruas
Pallas, et auerso risit Gradiuus in Haemo.
tunc primum ex animis praeceps amentia cessit,
nec ratis illa salo, sed diuum sera per aequor
iustitia et poenae scelerum aduentare uidentur.
iamque aberant terris quantum Gortynia currunt
spicula, caeruleo grauidam cum Iuppiter imbri
ipsa super nubem ratis armamenta Pelasgae
sistit agens; inde horror aquis, et raptus ab omni
sole dies miscet tenebras, quis protinus unda
concolor; obnixi lacerant caua nubila uenti
diripiuntque fretum, nigris redit umida tellus
uerticibus, totumque Notis certantibus aequor
pendet et arquato iam iam prope sidera dorso
frangitur; incertae nec iam prior impetus alno,
sed labat extantem rostris modo gurgite in imo,
nunc caelo Tritona ferens. nec robora prosunt
semideum heroum, puppemque insana flagellat
arbor et instabili procumbens pondere curuas

348 Bella Pω : uela *Heinsius ad Ou. Met. 12.25, sed cf. Σ5.347: 'nos putamus Thraces in ultionem uenire nauigio'* aut fugientum ω : -tium Pμς : aufugientum Q 350 Furiae *scripsi* : furiae *edd., sed hic agitur non de amentia Lemniadum (cf. 358) sed de Eumenidum auxilio desiderato (cf. 302)* portus Pω : -tum Nb : -tusque O : -tas ↑ /tum δ[c] 357 auerso PDς : ad- ωΣ, *edd. ante Klotz qui contulit 7.42, uide ad 4.250* 359 salo ω : *ex* solo P 360–402 *in* D *uix legi possunt* 361 terris PtOς : terrae ↑ /is N[1] : terrae ω : terrae ↑ a *s.* -ae Q[1] 362 imbre Q, *cf. 7.9, 10.136 ubi similis permutatio; alibi apud Statium apparet* imbri *ablatiuum bis (1.387, Silu. 4.3.100) quorum prius metro confirmatur, et* imbre *septies (1.438, 3.251, 5.598, 6.236, 9.482, 12.604, Silu. 5.1.148) quae omnia metro confirmantur; uide ad 3.356, 5.194, 373* 368 certantibus Pς : cert- ↑/por t[2] : port- ω, *quod fortasse natum est e 1.293* 369 arquato PB[1]*mg.* : aequato ↑ a/arcuato *(↑ q s. -c-)* Q[1] : aequato ω 370 nec iam PNtOς : iam nec ω 373 puppemque ω : -imque *ex* -emque Q[1] : -imque P : pubemque ↑ /puppem M[σ] : pubemque f, *accusatiuus singularis apparet alibi apud Statium sic: semel* puppim *(4.31, uersus spurius), bis* puppem *(Silu. 2.2.142, 3.2.103), ter ubi similis permutatio (5.401, Ach. 2.26, 77); ablatiuus singularis apparet quindecies* puppe *(3.29, 4.623, 5.342, 388, 6.800, 7.144, 8.269, 11.587, Ach. 1.33, 692, 721, 2.79, Silu. 3.2.134, 3.4.4, 5.3.127), quae omnia metro confirmantur, et semel* puppi *(Silu. 3.2.56), quod metro confirmatur, et semel ubi codices non consentiunt, metrum nil adiuuat (Ach. 1.680), uide ad 3.356, 5.194, 362* 374 pondere ω : pectorė *(e 375)* P[1], ṗondere P[1]*mg.* : pectore ↑ /pondere t[1]

raptat aquas, remique cadunt in pectus inanes.
nos quoque per rupes murorumque aggere ab omni,
dum labor ille uiris fretaque indignantur et Austros,
desuper inualidis fluitantia tela lacertis
(quid non ausa manus?) Telamona et Pelea contra
spargimus, et nostro petitur Tirynthius arcu.
illi (quippe simul bello pelagoque laborant),
pars clipeis munire ratem, pars aequora fundo
egerere; ast alii pugnant, sed inertia motu
corpora, suspensaeque carent conamine uires.
instamus iactu telorum, et ferrea nimbis
certat hiems, ustaeque sudes fractique molares
spiculaque et multa crinitum missile flamma
nunc pelago, nunc puppe cadunt; dat operta fragorem
pinus et ab iunctis regemunt tabulata cauernis.
talis Hyperborea uirides niue uerberat agros
Iuppiter; obruitur campis genus omne ferarum,
deprensaeque cadunt uolucres, et messis amaro
strata gelu, fragor inde iugis, inde amnibus irae.
ut uero elisit nubes Ioue tortus ab alto
ignis et ingentes patuere in fulmine nautae,
deriguere animi, manibusque horrore remissis
arma aliena cadunt, rediit in pectora sexus.
cernimus Aeacidas murisque inmane minantem
Ancaeum et longa pellentem cuspide rupes

---

376 rupes Pω : turres *Damsté A 385–86 cl. 5.350–52, 409–11 fortasse recte, cf. 5.399 ubi* rupes *in dissimili sensu inuenitur* 377 et austros Pω : at austros ↑ /stri M$^{\sigma}$: ab austris ↑ (*I*)et austros ν^{r}T^{1}r^{1} : ab austris μν^{1}b : et austri *ex* -tr≡ O : et austri δ, *edd. uett.;* austros *primus uindicauit Gronouius* 381 *ante Mueller sic interpungebant:* illi quippe simul bello pelagoque laborant. pars 386 ustaeque tOς : uástaeque B : uastaeque Pω, *Prisc. 2.161.21, edd., sed cf. 10.532, Ach. 1.437, Verg. Aen. 7.524; cf. etiam Theb. 8.17 ubi similis permutatio.* uastae sudes *non possunt* inualidis lacertis *(378) iaci* 389 ab iunctis OBrΣ : abiunctis Pω, *edd.* : a cunctis *ex* a ≡unctis b, *cf.* Σ: 'ab iunctis *ergo hyphen noli accipere'; sensus est: tabulata cum cauernis sonant tympani modo: cauerna est ima pars nauis, cf. Luc. 9.110. missilia cadentia non possunt tabulata a cauernis abiungere, nec, si abiunguntur, potest nauis nare; Ker 178–79* abiunctis *defendere uult interpretans: fractis* 395 fulmine PBb : ful- ↑ /lu t^{1} : lum- ↑ /fulmine L^{1}ν^{2}T^{1}r^{1}S^{c}g : limine ↑ ful δ^{c} : flumine ↑ /lumine ↑ fulminis O$^{\sigma}$: flu- /lu M$^{\sigma}$: lu- NμQ, *edd. ante Mueller* : flu- fK, *uide ad 1.258* 396 Diriguere NδfMμ, *sed* derigesco, derigo *semper scribendum, cf. OLD s. uu., 7.74, 8.524, 9.36, 773 ubi similis permutatio et Dilke ad Ach. 1.303, 632* di- *defendentem* 397 rediit P : -deunt ω, *edd. ante Mueller, cf. Williams ad 10.25 cl. 1.247, 6.664, 8.517, 9.540, 10.641, 11.631, Dilke ad Ach. 1.458; cf. etiam 2.9, 12.396 ubi fortasse similis metri causa permutatio* 399 pellentem ω : pall- ↑ e δ^{1} : pall- PS^{1}, *fortasse e 413*

Iphiton; attonito manifestus in agmine supra est
Amphitryoniades puppemque alternus utrimque
ingrauat et medias ardet descendere in undas.
at leuis et miserae nondum mihi notus Iason
transtra per et remos impressaque terga uirorum
nunc magnum Oeniden, nunc ille hortatibus Idan
et Talaum et cana rorantem aspergine ponti
Tyndariden iterans gelidique in nube parentis
uela laborantem Calain subnectere malo
uoce manuque rogat; quatiunt impulsibus illi
nunc freta, nunc muros, sed nec spumantia cedunt
aequora, et incussae redeunt a turribus hastae.
ipse graues fluctus clauumque audire negantem
lassat agens Tiphys palletque et plurima mutat
imperia ac laeuas dextrasque obtorquet in undas
proram nauifragis auidam concurrere saxis,
donec ab extremae cuneo ratis Aesone natus
Palladios oleae, Mppsi gestamina, ramos
extulit et, socium turba prohibente, poposcit
foedera; praecipites uocem inuoluere procellae.
tunc modus armorum, pariterque exhausta quierant
flamina, confusoque dies respexit Olympo.
quinquaginta illi, trabibus de more reuinctis,
eminus abrupto quatiunt noua litora saltu,
magnorum decora alta patrum, iam fronte sereni
noscendique habitu, postquam timor iraque cessit
uultibus. arcana sic fama erumpere porta
caelicolas, si quando domos litusqe rubentum
Aethiopum et mensas amor est intrare minores;
dant fluuii montesque locum, tum terra superbit

---

400 attonito Pω : attonitae; *Gronouius* : at toto *Menke, cf. Mueller C 25 cl. Silu. 5.1.216, Håkanson B 32; sed hoc agmen re uera attonitum (i.e. fulminatum) est, cf. Aetna 59, Ou. Met. 5.510* 405 hortatibus ω : *in lac.* b^2 : -a≡tibus QB : -antibus PC 408 laboranti *Bentley, cf. Håkanson B 32–33; sed* gelidique in nube parentis *multo facilius cum* laborantem *intellegere possumus quam si* laboranti *legimus. noli coniungere* subnectere *cum* laborantem *sed cum* rogat, *cf. Beraldum, Håkanson* 416 ab ω : ad P extremae Pω : -mo *in ras.* tbS^2 : -mo N : -mọ ↑ e D : -mae *ex* -mis M^{σ} 420 quierant PQr : -runt *ex* -rant CB^1 : -runt ω, *cf. 10.897* 425 timor Pω : tumor *Bentley cl. Hor. A.P. 197, quod defendit Mueller cl. Verg. Aen. 8.40, fortasse recte, uide ad 1.174, 7.438; sed. cf. 5.413–14 ubi timere uidetur Tiphys* 428 intrare Pω : interra≡ r : iterare *Schrader cl. Silu. 4.2.53–54, cf. Garrod:* 'Σ iterare *legisse ex nota "quod Iuppiter cum his* [*Aethiopibus*]*...frequenter epuletur...frequenter eos reuisunt caelicolae" colligo', unde tamen* intrare *uix potest damnari* 429 Fluuii Montesque...Terra *Klotz, fortasse recte*

gressibus et paulum respirat caelifer Atlans.
  hic et ab adserto nuper Marathone superbum
Thesea et Ismarios, Aquilonia pignora, fratres,
utraque quis rutila stridebant tempora penna,
cernimus, hic Phoebo non indignante priorem
Admetum et durae similem nihil Orphea Thracae,
tunc prolem Calydone satam generumque profundi
Nereos. ambiguo uisus errore lacessunt
Oebalidae gemini; chlamys huic, chlamys ardet et illi,
ambo hastile gerunt, umeros exertus uterque,
nudus uterque genas, simili coma fulgurat astro.
audet iter magnique sequens uestigia mutat
Herculis et tarda quamuis se mole ferentem
uix cursu tener aequat Hylas Lernaeaque tollens
arma sub ingenti gaudet sudare pharetra.
  ergo iterum Venus et tacitis corda aspera flammis
Lemniadum pertemptat Amor. tunc regia Iuno
arma habitusque uirum pulchraeque insignia gentis
mentibus insinuat, certatimque ordine cunctae
hospitibus patuere fores; tunc primus in aris
ignis, et infandis uenere obliuia curis;
tunc epulae felixque sopor noctesque quietae,
nec superum sine mente, reor, placuere fatentes.
forsitan et nostrae fatum excusabile culpae
noscere cura, duces. cineres furiasque meorum
testor ut externas non sponte aut crimine taedas
attigerim (scit cura deum), etsi blandus Iason
uirginibus dare uincla nouis: sua iura cruentum
Phasin habent, alios, Colchi, generatis amores.
iamque exuta gelu tepuerunt sidera longis
solibus, et uelox in terga reuoluitur annus.
iam noua progenies partusque in uota soluti,

---

430 atlans Pμ : at(h)lans ω, *uide ad 1.98* 433 stridebant ω : *ex* -bat t^1 : -bat P 435 nihil ω : nil PDt 444 *inter 441 et 442* P, *sed signis ante 444 et inter 443 et 445 additis ordo restitutus* 449–52 hospitibus...fores. placuere patentes (nec superum...reor): tunc primus in aris...noctesque quietae *Alton 180, uix uerisimiliter* 451 nectisque P 452 fatentes Pω : fatentes/fauentes L^{σ} : fauentes *ex* fatentes T^2 : fouentes *Lachmann 49–50* 453 factum *Alton 180, uide ad 3.161* 454 cineres PDtδ : -rem ω 456 etsi Pω : et sic *Peyraredus* : sit *Sandstroem 49* : et scit *coniecit uel in codice inuenit Barth* : scit *Baehrens, quorum neutrum recipi potest nisi cum* ς *legimus* sic cura deum; *sed cf.* Σ: 'blandus Iason: *subaudimus "erat"* '

et non speratis clamatur Lemnos alumnis.
nec non ipsa tamen, thalami monimenta coacti,
enitor geminos, duroque sub hospite mater
nomen aui renouo; nec quae fortuna relictis
nosse datur: iam plena quater quinquennia degunt
si modo fata sinunt aluitque rogata Lycaste.
  detumuere animi maris, et clementior Auster
uela uocat: ratis ipsa moram portusque quietos
odit et aduersi tendit retinacula saxi.
inde fugam Minyae, sociosque appellat Iason
efferus, o utinam iam tunc mea litora rectis
praeteruectus aquis, cui non sua pignora cordi,
non promissa fides; certe stat fama remotis
gentibus: aequorei redierunt uellera Phrixi.
ut stata lux pelago uenturumque aethera sensit
Tiphys et occidui rubuere cubilia Phoebi,
heu iterum gemitus, iterumque nouissima nox est.
uix reserata dies, et iam rate celsus Iason
ire iubet, primoque ferit dux uerbere pontum.
illos e scopulis et summo uertice montis
spumea porrecti dirimentes terga profundi
prosequimur uisu, donec lassauit euntes
lux oculos longumque polo contexere uisa est
aequor et extremi pressit freta margine caeli.
  fama subit portus uectum trans alta Thoanta
fraterna regnare Chio, mihi crimina nulla
et uacuos arsisse rogos. fremit impia plebes
sontibus accensae stimulis facinusque reposcunt.
quin etiam occultae uulgo increbrescere uoces:
“solane fida suis, nos autem in funera laetae?

---

462 clamatur lemnos P : lemnos clamatur Ntν : l. clamatur ↑ /celebratur L$^{\sigma}$T^{1}r^{1} : celebratur l. μ : l. celebratur ω, /clamatur M$^{\sigma}$*mg.*; clamatur *primus uindicauit Bernartius sed perperam ad parientium clamorem rettulit; recte Gronouius ad infantium clamorem rettulit cl. i.a. Silu. 4.8.15–16* 463 monimenta Pω : monimenta ↑ /non sponte t^{1}S^{2} : non sponte N, *e glossa uocis* coacti 466 datur Pμς : datum ω : datum est f, *fortasse e 343* iam Pω : *ex* nam δ^{c} : nam NOνCBr degunt *Damsté A 386* : pergunt Pω : uergunt *Lachmann* 470 aduersi P, *Barth* : aduersi ↑ /assueti t^{1} : adsueti ω : asserti D, *fortasse e 5.431* 472 tum N, *edd. ante Mueller, uide ad 6.527* 476 ‘an uentosumque? *an* aera?’ *Courtney* 478 Heu Pω : Hiçeu ν^{1} : Hinc C : Heus μQ, *cf. 5.613, 8.174, 9.385 ubi similis metri causa permutatio* 481 e...et $\delta\nu$ς : e (*ex* et)...et (↑ e) N$^{?}$: et (↑ /e)...e O^{1} : et...et Pω : *an* e...e? 483 euntes Pω : hiantes *Heinius 1.3.22 cl. 7.645 inepte; cf. 3.500, 6.602, Ach. 2.25–26, Silu. 5.2.5–7* 488 plebis P

non deus haec fatumque? quid imperat urbe nefanda?"
talibus exanimis dictis (et triste propinquat
supplicium, nec regna iuuant) uaga litora furtim
incomitata sequor funestaque moenia linquo,
qua fuga nota patris. sed non iterum obuius Euhan,
nam me praedonum manus huc appulsa tacentem
abripit et uestras famulam transmittit in oras.'
talia Lernaeis iterat dum regibus exul
Lemnias et longa solatur damna querela
inmemor absentis (sic di suasistis!) alumni,
ille graues oculos languentiaque ora comanti
mergit humo fessusque diu puerilibus actis
labitur in somnos, prensa manus haeret in herba.
interea campis, nemoris sacer horror Achaei,
terrigena exoritur serpens tractuque soluto
inmanem sese uehit ac post terga relinquit.
liuida fax oculis, tumidi stat in ore ueneni
spuma uirens, ter lingua uibrat, terna agmina adunci
dentis, et auratae crudelis gloria fronti
prominet. Inachio sanctum dixere Tonanti
agricolae, cui cura loci et siluestribus aris
pauper honos; nunc ille dei circumdare templa
orbe uago labens, miserae nunc robora siluae
atterit et uastas tenuat complexibus ornos;

---

492 Non Pω : Num ς, *Kohlmann* quid Pω : quod DtO : qđ Nμ : q̣d fν *recte distinxit Barth, sensus est: nonne deus et fatum haec (i.e. omnium uirorum funera) suaserunt? cur illa, quae nefanda est quia non paruit, in urbe imperat? cf. Mozley* : non deus haec fatumque quod imperat urbe nefanda. *edd. plerique ante Kohlmann interpretantes: nec deus nec fatum quod in urbe nefanda imperat, haec (i.e. omnium uirorum funera) impunita sinet, fortasse secuti* Σ: *'uerba Lemniadum incusantium Hypsipylen, quod sola in patrem scelerata non fuerit..." "'iam,'" inquit, "'illa fecimus nec deorum nutu nec necessitate fatali.'" " his enim defensionibus facinus excusatur. ergo cum una est innocens, purgationem reliquae perdiderunt'*: non deus haec fatumque! quid imperat urbe nefanda? *Klotz: 'sc. suasit* (f$^{\sigma}$)...nefandā *cum ironia dictum'* : "solane fida suis, nos autem in funera *(sc. ficta Thoantis)* laetae?" "non deus haec fatumque?" "quid imperat urbe nefanda?" *Damsté A 386–87, cl. 11.257–62, 12.458–59, interpretans: 'nonne deus et fatum haec (i.e. Thoantis conseruationem?) uident atque ulciscuntur?'* : *alii alia* 494 furtim Ptς : furto ↑ furtim L$^{\sigma}$: -to ω, *fortasse e* linquo *(495), cf. 1.313 ubi similis permutatio* 497 tacentem Pω : -te f : iacentem *Peyraredus* : latentem *Baehrens, fortasse recte, cf. Håkanson B 33–34 cl.* furtim *(494); sed tacet Hypsipyle, ut opinor, quod potius Lemniadas quam praedones timet* 498 Abripit PNCQBb : Apr- t : Arr- DδfML$^{\sigma}$μν Tr, *uide ad 1.122* 506 exoritur PL$^{\sigma}$B^{2}g^{2}Σ : exoritur ↑ /erigitur t^{1} : erigitur ↑ /exuritur T^{1}r^{1} : erigitur *ex* e≡≡≡tur N$^{?}$: erigitur ω, *quod fortasse natum est e 2.412 uel 4.97; cf. 12.553* 510 fronti P, *fortasse ob* Tonanti *(511)* : -tis ω, *fortasse recte sed cf. Mueller cl. 1.609, 4.129, 154* : frondis ↑ t f^{1}, *uide ad 4.420* 511 inachio Pω : -ie r : *'an* Inachii?' *Mueller cl. 2.32, sed cf. Håkanson B 34 cl. i.a. 7.420, 1.421, Paus. 2.15.2*

saepe super fluuios geminae iacet aggere ripae
continuus, squamisque incisus adaestuat amnis.
sed nunc, Ogygii iussis quando omnis anhelat
terra dei trepidaeque latent in puluere Nymphae,
saeuior anfractu laterum sinuosa retorquens
terga solo siccique nocens furit igne ueneni.
stagna per arentesque lacus fontesque repressos
uoluitur et uacuis fluuiorum in uallibus errat,
incertusque sui liquidum nunc aera lambit
ore supinato, nunc arua gementia radens
pronus adhaeret humo, si quid uiridantia sudent
gramina; percussae calidis adflatibus herbae,
qua tulit ora, cadunt, moriturque ad sibila campus:
quantus ab Arctois discriminat aethera Plaustris
Anguis et usque Notos alienumque exit in orbem;
quantus et ille sacri spiris intorta mouebat
cornua Parnasi, donec tibi, Delie, fixus
uexit harundineam centeno uulnere siluam.
  quis tibi, parue, deus tam magni pondera fati
sorte dedit? tune hoc uix prima ad limina uitae
hoste iaces? an ut inde sacer per saecula Grais
gentibus et tanto dignus morerere sepulcro?
occidis extremae destrictus uerbere caudae
ignaro serpente puer, fugit ilicet artus
somnus, et in solam patuerunt lumina mortem.
cum tamen attonito moriens uagitus in auras
excidit et ruptis inmutuit ore querelis,
qualia non totas peragunt insomnia uoces,
audiit Hypsipyle, facilemque negantia cursum
exanimis genua aegra rapit; iam certa malorum
mentis ab augurio sparsoque per omnia uisu
lustrat humum quaerens et nota uocabula paruo

---

517 incensus *Schrader (uide ad 524), 'sed ignis ex ore serpentis emittitur, cf. 521', Klotz, cf. etiam 527–28*   524 Incertusque sui PωΣ : incensusque siti *Schrader (uide ad 517), sed cf.* Σ: *'id est deuita desperans uel quid agat ignarus aut quo tendat', quae sunt sequentibus uersibus aptissima*   525 rodens *ex* r≡d- T² : rodens fb, *Heinsius, sed cf. Ou. Met. 3.75*   529–30 *'hydrae et draconis signa confunduntur. anguis enim, qui per duas arctos flectitur, non exit in alienum orbem quem dicunt notium, alter anguis, qui tendit ad polum notium, ursarum regionem non tangit...' Mueller qui ideo conclusit uersus 529–33 spurios esse, fortasse recte quamquam 529 agnoscit* Σ *cl. Verg. G. 1.244, cf. etiam Ou. Met. 3.44–45, Sil. It. 3.192–93, Arat. 45–62*   530 et Pω : ≡≡ ↑ ad Q¹ : ad δμ Cr : *ex* ab N², *cf. 2.155, 206, 7.7, 11.89*   535 primae δ, *Heinsius*   537 morerere ω : morere^rc B¹b² : morere PLμCr : moriare *ex* morere Q¹

nequiquam ingeminans: nusquam ille, et prata recentes
amisere notas. uiridi piger accubat hostis
collectus gyro spatiosaque iugera complet
sic etiam, obliqua ceruicem expostus in aluo.
horruit infelix uisu longoque profundum
incendit clamore nemus; nec territus ille,
sed iacet. Argolicas ululatus flebilis aures
impulit; extemplo monitu ducis aduolat ardens
Arcas eques causamque refert. tunc squamea demum
toruus ad armorum radios fremitumque uirorum
colla mouet: rapit ingenti conamine saxum,
quo discretus ager, uacuasque impellit in auras
arduus Hippomedon, quo turbine bellica quondam
librati saliunt portarum in claustra molares.
cassa ducis uirtus: iam mollia colla refusus
in tergum serpens uenientem exhauserat ictum.
dat sonitum tellus, nemorumque per auia densi
dissultant nexus. 'at non mea uulnera,' clamat
et trabe fraxinea Capaneus subit obuius, 'umquam
effugies, seu tu pauidi ferus incola luci,
siue deis, utinamque deis, concessa uoluptas,
non, si consertum super haec mihi membra Giganta
subueheres.' uolat hasta tremens et hiantia monstri
ora subit linguaeque secat fera uincla trisulcae,
perque iubas stantes capitisque insigne corusci
emicat, et nigri sanie perfusa cerebri
figitur alta solo. longus uix tota peregit
membra dolor, rapido celer ille uolumine telum
circumit auulsumque ferens in opaca refugit
templa dei; hic magno tellurem pondere mensus
implorantem animam dominis adsibilat aris.

550–51 *comma, quod post* complet *posuerunt edd. omnes, post* etiam *posuit Håkanson B 35, cf. Beraldum: 'deses hostis adiacet conglobatus caeruleo orbe, et tegit latissima arua, quamuis fultum haberet collum sinuoso uentre'* 555 Impulit ω : Impulit et P : *an* implet et*? cf. 4.309, 808* 556 tunc Pω : tum μ, *edd. plerique, uide ad 5.291* 562 ducis PδtbK : *ex* duci Q^2B^3 : ducis f : duci ω, *cf. 9.106* iam PBbr : iam ↑ nam $M^{\sigma}L^{\sigma}S^2K^2$: nam ω, *edd. ante Kohlmann* 563 exhauserat Pω : *'in uno libro minus poetica scriptio:* euaserat, *quam nihil moramur' Barth; Baehrens tamen et edd. recc. plerique* euaserat *malunt* 564 auia $PDNtOS^2ς$: aera ω, *Gronouius cl. 6.280–81, qui uersus tamen nihil attinent ad rem* 574 alta ω : alto L : alta ↑ /hasta M^{σ} : hasta Pt : acta νς, *Heinsius* peregit Pω : -edit ↑ /g D^1, *Lachmann: 'fortasse* peredit*', sed cf. Fortgens ad 6.109* 577 templa, dehinc magno *Mueller A 16 'propter elisionis asperitatem', sed cf. Mulder ad 2.458 cl. i.a. 6.251, cf. etiam Verg. Aen. 3.240*

illum et cognatae stagna indignantia Lernae,
floribus et uernis adsuetae spargere Nymphae,
et Nemees reptatus ager, lucosque per omnes
siluicolae fracta gemuistis harundine Fauni.
ipse etiam e summa iam tela poposcerat aethra
Iuppiter, et dudum nimbique hiemesque coibant,
ni minor ira deo grauioraque tela mereri
seruatus Capaneus; moti tamen aura cucurrit
fulminis et summas libauit uertice cristas.
 iamque pererratis infelix Lemnia campis,
liber ut angue locus, modico super aggere longe
pallida sanguineis infectas roribus herbas
prospicit. huc magno cursum rapit effera luctu
agnoscitque nefas, terraeque inlisa nocenti
funeris in morem non uerba in fulmine primo,
non lacrimas habet: ingeminat misera oscula tantum
incumbens animaeque fugam per membra tepentem
quaerit hians. non ora loco, non pectora restant,
rapta cutis, tenuia ossa patent nexusque madentes
sanguinis imbre noui, totumque in uulnere corpus.
ac uelut aligerae sedem fetusque parentis
cum piger umbrosa populatus in ilice serpens,
illa redit querulaeque domus mirata quietem
iam stupet impendens aduectosque horrida maesto
excutit ore cibos, cum solus in arbore paret
sanguis et errantes per capta cubilia plumae.
 ut laceros artus gremio miseranda recepit
intexitque comis, tandem laxata dolori
uox inuenit iter, gemitusque in uerba soluti:

---

581 reptatus Pω : *in ras.* D^2 : rạp- ↑ e L^2 : rap- μCr : raep- f : *ex* rap- Q^2 582 *interpunxit Mueller* : *ante Queck ita interpungebant ut* siluicolae *et* Fauni *uocatiua fierent, fortasse recte; Queck et edd. post Mueller ita ut* siluicolae *nominatiuum,* Fauni *uocatiuum* 583 e summa Pω : e≡ summa ν : ≡ summa B : ḍẹ summa δ : summa Dμbr : summa ↑ o *s.* -a L^2 iam ω : tam P a(e)thra Pω : aethna *ex* aet≡na μ^2 : ethera L : ethna/ethere δ : ethre ν 587 libauit PDt : librauit ω *(sic)* : *gl.* leuiter tetigit Tr, *cf. 8.527 ubi similis permutatio, Sil. It. 9.532* 593 funeris...fulmine *Gossage 114–15 cl. i.a. 7.213–14, Silu. 5.5.49–51* : Fulminis...funere Pω : fulminis...uulnere *Bentley* 597 Rupta ↑ a *s.* -u-, est δ : Rupta ς, *edd. uett.* tenuia Pω : *in lac.* b^2 : tenua ↑ i *s.* -ua f^{2}M^1 : tenua ↑ i.tenuia O^1 : tenua B : tenera ς, *edd. uett., sed uide ad 4.697* 601–44 *in* D *non legi possunt* 602 Iam stupet P : Iam stupet ↑ /Stat super t^1 : Stat super ω, *edd. ante Kohlmann fortasse recte* 603 paret P *(*D*, secundum Garrod sed ego nil dispicere possum)* : paret ↑ /cara t^1 : cara ω, *edd. ante Mueller cl. Silu. 2.2.76* 606 dolori *Heinsius ad Ou. Her. 15.113, Bentley* : dolore Pω, *quod defendit Håkanson A 169 cl. Verg. Aen. 11.151, ubi tamen si* uoci *praeferendum est minus certa fit argumentatio*

'o mihi desertae natorum dulcis imago,
Archemore, o rerum et patriae solamen ademptae
seruitiique decus, qui te, mea gaudia, sontes
extinxere dei, modo quem digressa reliqui
lasciuum et prono uexantem gramina cursu?
heu ubi siderei uultus? ubi uerba ligatis
imperfecta sonis risusque et murmura soli
intellecta mihi? quotiens tibi Lemnon et Argo
sueta loqui et longa somnum suadere querela!
sic equidem luctus solabar et ubera paruo
iam materna dabam, cui nunc uenit inritus orbae
lactis et infelix in uulnera liquitur imber.
nosco deos: o dura mei praesagia somni
nocturnique metus, et numquam impune per umbras
attonitae mihi uisa Venus! quos arguo diuos?
ipsa ego te (quid enim timeam moritura fateri?)
exposui fatis. quae mentem insania traxit?
tantane me tantae tenuere obliuia curae?
dum patrios casus famaeque exorsa retracto
ambitiosa meae (pietas haec magna fidesque!),
exsolui tibi, Lemne, nefas; ubi letifer anguis,
ferte, duces, meriti si qua est mihi gratia duri,
si quis honos dictis, aut uos extinguite ferro,
ne tristes dominos orbamque inimica reuisam
Eurydicen, quamquam haud illi mea cura dolendo
cesserit. hocne ferens onus inlaetabile matris
transfundam gremio? quae — me prius ima sub umbras
mergat humus!' simul haec terraque et sanguine uultum
sordida magnorum circa uestigia regum
uertitur et tacite maerentibus imputat undas.
   et iam sacrifici subitus per tecta Lycurgi
nuntius implerat lacrimis ipsumque domumque,
ipsum aduentantem Persei uertice sancto
montis, ubi auerso dederat prosecta Tonanti,
et caput iratis rediens quassabat ab extis.
hic sese Argolicis inmunem seruat ab armis,

613 Heus O, *uide ad 5.478* 615 Argo *Gronouius* : argos Pω : -on *ex* -os δ : Argon *maluit Barth sed cf. Goold 12–14* 618 orbae P : or≡ B[1] : ori ω(B[1]*mg.)* : *ex* or≡≡ Q : ore *ex* ori M$^{\sigma}$: ore C 620 dura Pω : *ex* dira δ[1] : dira O : uera *Mueller cl. 9.631, 886;* Σ *confert 5.545–46* 634–35 *aposiopesin agnouit Brinkgreve 106–07* : *distinguunt edd.* gremio? quae me...humus? 643 seruat tδOMνb : *in ras.* N : seruat≡≡ ↑ bat f[2] : seruabat B[3] : seruabat Pω

haud animi uacuus, sed templa araeque tenebant.
necdum etiam responsa deum monitusque uetusti
exciderant uoxque ex adytis accepta profundis:
'prima, Lycurge, dabis Dircaeo funera bello.'
id cauet, et maestus uicini puluere Martis
angitur ad lituos perituris que inuidet armis.
ecce (fides superum!) laceras comitata Thoantis
aduehit exequias, contra subit obuia mater,
femineos coetus plangentiaque agmina ducens.
at non magnanimo pietas ignaua Lycurgo:
fortior ille malis, lacrimasque insana resorbet
ira patris, longo rapit arua morantia passu
uociferans: 'illa autem ubinam, cui parua cruoris
laetaue damna mei? uiuitne? impellite raptam,
ferte citi comites; faxo omnis fabula Lemni
et pater et tumidae generis mendacia sacri
exciderint.' ibat letumque inferre parabat
ense furens rapto; uenienti Oeneius heros
impiger obiecta proturbat pectora parma,
ac simul infrendens: 'siste hunc, uesane, furorem,
quisquis es!' et pariter Capaneus acerque reducto
adfuit Hippomedon rectoque Erymanthius ense,
ac iuuenem multo praestringunt lumine; at inde
agrestum pro rege manus. quos inter Adrastus
mitius et sociae ueritus commercia uittae
Amphiaraus ait, 'ne, quaeso! absistite ferro,
unus auum sanguis, neue indulgete furori,
tuque prior.' sed non sedato pectore Tydeus
subicit: 'anne ducem seruatricemque cohortis

646 uoxque ex tfC : uoxque ↑ ex b^{2}S^2 : uoxque DBr : uoxque est Q : nec uox≡ N : ac uox M : et uox δOν : *om.* P 649 periturisque Pω : par- r : periturusque *Lachmann* 649–692 *in* D *non legi possunt* 650 *ante Lachmann interpungebant:* ecce fides suprum: laceras 658 citi Pt : cito ω 659 sacri ωΣ : falsi/sacri P^{1}t^1 663 huc ↑ n Q^1 : huc P 665 rectoque ω : -oque ↑ r ν^2 : -oque ↑ /rector T^{1}r^1 : -to≡que B : -torque ↑ /recto S^{2}g : ratoque L^σ : rectorque Pμ *(*D, *secundum Garrod sed nil dispicere possum)* : retorque b; *sed cf.* Σ*:* 'rectoque...ense: *quidam* rectorque Erymanthius *legunt, sed male*...recto ense*: protenso gladio'* 666 praestringunt Pω, Σ *cl. Luc. 1.154* : *ex* perstr- Q^2 : perstr- t, *edd. ante Mueller* 668 uittae MνCBS : uittae ↑ /uitae T^{1}r^1 : uitae ↑ /uittae f^1 : uittae *ex* uitae (uitae *sscr.)* L^σ : uitae PNtδOμQb; *cf.* Σ*:* 'commercia uitae*: alii* uittae *legunt'* 669 ait Pω : agit NfQB : agit ↑ /ait t^{1}O^{σ}M^{σ}T^{1}r^1, *uide ad 5.204*

Inachiae ingratis coram tot milibus audes
mactare in tumulos (quanti pro funeris ultor!),
cui regnum genitorque Thoas et lucidus Euhan
stirpis auus? timidone parum, quod gentibus actis
undique in arma tuis inter rapida agmina pacem
solus habes? habeasque, et te uictoria Graium
inueniat tumulis etiamnum haec fata gementem.'
  dixerat, et tandem cunctante modestior ira
ille refert: 'equidem non uos ad moenia Thebes
rebar et hostiles huc aduenisse cateruas.
pergite in excidium socii, si tanta uoluptas,
sanguinis, imbuite arma domi, atque haec inrita dudum
templa Iouis (quid enim haud licitum?) ferat impius ignis,
si uilem, tanti premerent cum pectora luctus,
in famulam ius esse ratus dominoque ducique.
sed uidet haec, uidet ille deum regnator, et ausis,
sera quidem, manet ira tamen.' sic fatus, et arces
respicit. atque illic alio certamine belli
tecta fremunt; uolucres equitum praeuerterat alas
Fama recens, geminos alis amplexa tumultus:
illi ad fata rapi atque illi iam occumbere leto,
sic meritam, Hypsipylen iterant, creduntque nec irae
fit mora, iamque faces et tela penatibus instant,
uertere regna fremunt raptumque auferre Lycurgum
cum Ioue cumque aris; resonant ululatibus aedes
femineis, uersusque dolor dat terga timori.

---

673 *'fortasse* gratis' *Lachmann, sed cf.* Σ*:* 'ingratis*: non sentientibus beneficia aut praestito (an 'praestitori'? Jahnke) minime gratiam relaturis'; sensus est: 'si Hypsipylen occidis ingrata (i.e. irata) erit cohors'* audes ω : ausus ↑]des t[c] : ausus P : ausis *Kohlmann, fortasse recte* 675 *'an* Lydius*?' Garrod cl. Silu. 3.3.61 ubi tamen* Lydius *multo aptius* 676 timidone Pω : Timidone ↑]tumido t[1] : tum- NOS, *edd. ante Mueller, uide ad 1.174* 681–82 *sensus est: credebam non uos adesse Thebas adgressuros, sed alias et hostiles cateruas Nemeen adgressas* : *alii alia (cf. Håkanson B 361) omnia multo minus probabilia si confers 643–49* 682 et Pω : et ↑]ut O[1] : at *Barth, sed cf. Mueller cl. i.a. 1.594, 11.189* 683–84 *distinxit Mueller:* excidium, socii si tanta uoluptas sanguinis, imbuite *cl. 7.22, 10.266 fortasse recte* 691 etiam praeuerterat auras *Håkanson B 36–38; sed uide ad 692 (fin.)* 692 re≡cens B : repens *coniecit uel in codice inuenit Barth, maluit Dubner, fortasse recte, uide ad 7.360* geminos PωΣ : uanos *Poynton C 259 cl. 3.426 sed cf.* Σ*:* 'geminos tumultus*: quia unus in ciuitate erat, alter ubi Lycurgus est'*; geminos *interpretatur 'geminis' per hypallagen Håkanson B 36–37 cl. Cat. 51.11–12, sed tumultus gemini sunt quia ambo de Hypsipyle orti sunt, et Fama ambos amplexa esse dicitur quia rumores ab uno ad alterum attulit* alis *multis displicuit propter uocem* alas *(691) aliter significantem et tam prope locatam, sed cf. 2.308–11, 7.394–96, 8.354–55, 9.725–26, Mulder ad 2.127, Williams ad 10.132 etc.* 697–752 *in* D *non legi possunt*

alipedum curru sed enim sublimis Adrastus
secum ante ora uirum fremibunda Thoantida portans
it medius turmis et, 'parcite, parcite!' clamat,
'nil actum saeue, meritus nec tale Lycurgus
excidium, gratique inuentrix fluminis ecce.'
sic ubi diuersis maria euertere procellis
hinc Boreas Eurusque, illinc niger imbribus Auster,
pulsa dies regnantque hiemes, uenit aequoris alti
rex sublimis equis, geminusque ad spumea Triton
frena natans late pelago dat signa cadenti,
et iam plana Thetis, montesque et litora crescunt.
quis superum tanto solatus funera uoto
pensauit lacrimas inopinaque gaudia maestae
rettulit Hypsipylae? tu gentis conditor, Euhan,
qui geminos iuuenes Lemni de litore uectos
intuleras Nemeae mirandaque fata parabas.
causa uiae genetrix, nec inhospita tecta Lycurgi
praebuerant aditus, et protinus ille tyranno
nuntius extinctae miserando uulnere prolis.
ergo adsunt comites (pro fors et caeca futuri
mens hominum!) regique fauent; sed Lemnos ad aures
ut primum distusque Thoas, per tela manusque
inruerant, matremque auidis complexibus ambo
diripiunt flentes alternaque pectora mutant.
illa uelut rupes inmoto saxea uisu
haeret et expertis non audet credere diuis.
ut uero et uultus et signa Argoa relictis
ensibus atque umeris amborum intextus Iason,
cesserunt luctus, turbataque munere tanto
corruit, atque alio maduerunt lumina fletu.
addita signa polo, laetoque ululante tumultu
tergaque et aera dei motas crepuere per auras.
tunc pius Oeclides, ut prima silentia uulgi
mollior ira dedit, placidasque accessus ad aures:
'audite, o ductor Nemeae lectique potentes

699 Alipedum Pω, *cf. Ou. Met. 5.360* : alipedi *Jortin fortasse recte, cf. Val. Fl. 5.611, Sil. It. 7.700* 705 Hinc ω : Hic Pμ illinc Pω : illic μ 707 ad ω : ab P 708 cadenti ω : ca≡≡≡ti *(*↑ den*)* /patenti t¹ : canenti P¹, patenti P¹*mg.* 710 Qui P funera Pδς : *ex* munere S² : funera ↑ /munere t¹ : munere ω, *fortasse e 727, uide ad 4.625* uoto Pω : -ta *ex* -to ν¹ : *in ras.* B³K² : -ta μ : -ti LQ : *in ras.* f 715 tecta P : *om.* μ¹, *add. mg.* μᶜ : regna NδOfMCQνB 731 pius P : prius NtOfMLμνQBb : prior δ 732 accessus δLBς : accessit ↑ sus Q¹ : accessit Pω, *cf. Markland ad Silu. 5.1.19*

Inachidae, quae certus agi manifestat Apollo.
iste quidem Argolicis haud olim indebitus armis
luctus adest, recto descendunt limite Parcae:
et sitis interitu fluuiorum et letifer anguis
et puer, heu nostri signatus nomine fati,
Archemorus, cuncta haec superum demissa suprema
mente fluunt. differte animos festinaque tela
ponite; mansuris donandus honoribus infans.
et meruit; det pulchra suis libamina Virtus
manibus, atque utinam plures innectere pergas,
Phoebe, moras, semperque nouis bellare uetemur
casibus, et semper Thebe funesta recedat.
at uos magnorum transgressi fata parentum
felices, longum quibus hinc per saecula nomen,
dum Lernaea palus et dum pater Inachus ibit,
dum Nemea tremulas campis iaculabitur umbras,
ne fletu uiolate sacrum, ne plangite diuos:
nam deus iste, deus, Pyliae nec fata senectae
maluerit, Phrygiis aut degere longius annis.'
finierat, caeloque cauam nox induit umbram.

---

734 Inachiae P   agi ω : ait P, *uide ad 5.204*   739 demissa ω : di- Pδνr, *uide ad 2.359*   742 Virtus *scripsi*: uirtus *edd.*   745 thebae Pt   recedat ω : -dat ↑]das t¹ : -das P, *fortasse recte*   748 *an* Inachos? *uide ad 1.357*   749 nemee NδO, *uide ad 1.355, 5.44*   752 maluerim P

LIBER SEXTVS

Nuntia multiuago Danaas perlabitur urbes
Fama gradu, sancire nouo sollemnia busto
Inachidas ludumque super, quo Martia bellis
praesudare paret seseque accendere uirtus.
Graium ex more decus: primus Pisaea per arua
hunc pius Alcides Pelopi certauit honorem
puluereumque fera crinem detersit oliua;
proxima uipereo celebratur libera nexu
Phocis, Apollineae bellum puerile pharetrae;
mox circum tristes seruata Palaemonis aras
nigra superstitio, quotiens animosa resumit
Leucothea gemitus et amica ad litora festa
tempestate uenit: planctu conclamat uterque
Isthmos, Echioniae responsant flebile Thebae.
et nunc eximii regum, quibus Argos alumnis
conexum caelo, quorumque ingentia tellus
Aonis et Tyriae suspirant nomina matres,
concurrunt nudasque mouent in proelia uires.
ceu primum ausurae trans alta ignota biremes,
seu Tyrrhenam hiemem, seu stagna Aegaea lacessant,
tranquillo prius arma lacu clauumque leuesque
explorant remos atque ipsa pericula discunt;
at cum experta cohors, tunc pontum inrumpere fretae
longius ereptasque oculis non quaerere terras.
clara laboriferos caelo Tithonia currus
extulerat uigilesque deae pallentis habenas
et Nox et cornu fugiebat Somnus inani;
iam plangore uiae, gemitu iam regia mugit
flebilis, acceptos longe nemora auia frangunt
multiplicantque sonos. sedet ipse exutus honoro
uittarum nexu genitor squalentiaque ora

1–38 *in* D *non legi possunt* 8 celebratur P : celebratur ↑ luit t[1] : celebrauit ω, *cf. Vollmer 30* 13 utrimque *Lachmann 50, sed recte contulit Klotz 6.675, uide ad 10.142* 18 proelia PωΣ : puluere *Heinsius 4.4.587, sed recte contulit Fortgens 7.21* 20 lacessant PtC : *ex* lacescunt M^{σ} : lacescunt f : -scit ν : lacesscunt B : -ss≡unt Q : lacessunt ω : *ex* -ss≡≡≡ S[2], *fortasse conferendum est 9.325–26* 23 tunc Pω : tum t 30 honoro ω : -re ↑ o M^{σ} : -rae P

sparsus et incultam ferali puluere barbam.
asperior contra planctusque egressa uiriles
exemplo famulas premit hortaturque uolentes
orba parens, lacerasque super procumbere nati
reliquias ardet totiensque auulsa refertur.
arcet et ipse pater. mox ut maerentia dignis
uultibus Inachii penetrarunt limina reges,
ceu noua tunc clades et primo saucius infans
uulnere letalisue inrumperet atria serpens,
sic alium ex alio quamquam lassata fragorem
pectora congeminant, integratoque resultant
accensae clamore fores: sensere Pelasgi
inuidiam et lacrimis excusant crimen obortis.
ipse, datum quotiens intercisoque tumultu
conticuit stupefacta domus, solatur Adrastus
adloquiis genitorem ultro, nunc fata recensens
resque hominum duras et inexorabile pensum,
nunc aliam prolem mansuraque numine dextro
pignora. nondum orsis modus, et lamenta redibant.
ille quoque adfatus non mollius audit amicos
quam trucis Ionii rabies clamantia ponto
uota uirum aut tenues curant uaga fulmina nimbos.
tristibus interea ramis teneraque cupresso
damnatus flammae torus et puerile feretrum
texitur: ima uirent agresti stramina cultu;
proxima gramineis operosior area sertis,
et picturatus morituris floribus agger;
tertius adsurgens Arabum strue tollitur ordo
Eoas complexus opes incanaque glebis
tura et ab antiquo durantia cinnama Belo.
summa crepant auro, Tyrioque attollitur ostro
molle supercilium, teretes hoc undique gemmae
inradiant, medio Linus intertextus acantho

---

35 procumbere ω : prorumpere P, *fortasse recte nisi e* inrumpere *(23) uel* inrumperet *(40) natum est* 39 *an* tum? *uide ad 1.112* 41 fragore P 44–86 *in* D *non legi possunt* 51–53 *om.* P, deficiunt tres *adscr.* P[r] : *uersus damnauit Guyetus: 'quid enim significat* aut tenues curant uaga fulmina nimbos?', *sed cf. Helm A 125, Klotz C354–55* 53 fulmina ω : flumina NtδOC, *uide ad 1.258* *'an* flumina lembos?' *Garrod* : flumina cumbas *Damsté A 390, sed* uaga fulmina *non dubitandum est (cf. Ou. Met. 1.596), et* culmos *potius quam* lembos *uel* cumbas *non* curant uaga flumina 57 area ω : aera PC 61 belo PtδOQb, *Seru. ad Aen. 1.642* : *ex* bello NLT²K : bello ↑ /belo M$^{\sigma}$: bello ωΣ 63 hoc ω : *add. mg.* L¹ : huc ↑ /hoc t¹ : huc P : haec *in ras.* O¹ 64 intertextus ω : -texus ↑ t N¹ : -texus Of*μν* : intextus Pδ

letiferique canes: opus admirabile semper
oderat atque oculos flectebat ab omine mater.
arma etiam et ueterum exuuias circumdat auorum
gloria mixta malis adflictaeque ambitus aulae,
ceu grande exequiis onus atque inmensa ferantur
membra rogo, sed cassa tamen sterilisque dolentes
fama iuuat, paruique augescunt funere manes.
inde ingens lacrimis honor et miseranda uoluptas,
muneraque in cineres annis grauiora feruntur;
namque illi et pharetras breuioraque tela dicarat
festinus uoti pater insontesque sagittas;
iam tunc et nota stabuli de gente probatos
in nomen pascebat equos cinctusque sonantes
armaque maiores expectatura lacertos.
[spes auidi quas, non in nomen credula, uestes
urguebat studio cultusque insignia regni
purpureos sceptrumque minus, cuncta ignibus atris
damnat atrox suaque ipse parens gestamina ferri,
si damnis rabidum queat exaturare dolorem.]
  parte alia gnari monitis exercitus instat
auguris aeriam truncis nemorumque ruina,
montis opus, cumulare pyram, quae crimina caesi
anguis et infausti cremet atra piacula belli.

---

68 Gloria ω : Cl- P : Gl- *ex* Gratia B^1 : Gloria ↑ /gratia M^{σ} : Gratia b : Gloma ↑ ri Q^2, *cf. 6.623 ubi similis permutatio* 70 rogo Pδb : rogo ↑ /t(h)oro t^1B^3 : toro ↑ /rogo M^{σ} : t(h)oro ω; *citant edd. Verg. Aen. 6.220 alii* toro *alii* rogo *uindicantes* tamen *uide ad 1.480* 71 funere Pω : funere ↑ munere t^{σ} : funere ↑ /munere M^{σ} : munere NδL, *fortasse e 73, uide ad 4.625* 74–77 namque...equos *in parenthesi posuit Mueller, sed recte uindicauit zeugma* pascebat equos cinctusque...armaque *(77–78) Håkanson B 38 cl. i.a. 2.460–61* 74 pharetras PtO : *ex* phaleras Q^2 : phaleras ω 75 uotis OSΣ 76 stabuli Pt : -is ω 77 aequos PB^1 79–83 *om.* PB^1, *add.* B^3, deficiunt ·v· *adscr.* P^r; *uersus damnauit Mueller, cf. Klotz C 367–69 cl. i.a. 193–94; uersus ita transposuit Damsté (A 390–92) ut* spes...minus *(79–81) et* cinctusque sonantes *(77) inter 66 et 67 inuenirentur, ut 78 inter 73 et 74 iaceret; alii aliter interpretati sunt et emendauerunt* 79–81 *ita scripsi et interpunxi* : *olim*, ω *sequentes scribebant:* spes auidae! quas non in nomen credula uestes / urgebat studio cultusque insignia regni / purpureos sceptrumque minus? cuncta : spes auidi *(sc. patris)* quas non, in nomen credula *(i.e. 'Archemorum' referens non ad 'incipienda belli Thebani mala' sed ad 'superanda fata quibus quasi dominaretur')*, uestes... *Gronouius* : auido *Heinsius* : spes auidae. et quas non uestes male credula mater *coniecit uel in codice inueneit Barth* : spes auide quas non in nomen credula uestes *Mueller* 83 rabidum ω : rapi- NδOfν 86 onus ↑ /opus M^{σ} : onus Pω : onum f; opus *etiam coniecit Weber cl. Verg. Aen. 5.119*

[his labor accisam Nemeen umbrosaque tempe
praecipitare solo lucosque ostendere Phoebo.]
sternitur extemplo ueteres incaedua ferro
silua comas, largae qua non opulentior umbrae
Argolicos inter saltusque educta Lycaeos
extulerat super astra caput: stat sacra senectae
numine, nec solos hominum transgressa ueterno
fertur auos, Nymphas etiam mutasse superstes
Faunorumque greges. aderat miserabile luco
excidium: fugere ferae, nidosque tepentes
absiliunt (metus urguet) aues; cadit ardua fagus
Chaoniumque nemus brumaeque inlaesa cupressus,
procumbunt piceae, flammis alimenta supremis,
ornique iliceaeque trabes metuendaque suco
taxus et infandos belli potura cruores
fraxinus atque situ non expugnabile robur.
hinc audax abies et odoro uulnere pinus
scinditur, adclinant intonsa cacumina terrae
alnus amica fretis nec inhospita uitibus ulmus.
dat gemitum tellus: non sic euersa feruntur
Ismara cum fracto Boreas caput extulit antro,
non grassante Noto citius nocturna peregit
flamma nemus. linquunt flentes dilecta locorum
otia cana Pales Siluanusque arbiter umbrae
semideumque pecus, migrantibus aggemit illis
silua, nec amplexae dimittunt robora Nymphae.
ut cum possessas auidis uictoribus arces
dux raptare dedit, uix signa audita, nec urbem
inuenias; ducunt sternuntque abiguntque feruntque
inmodici, minor ille fragor quo bella gerebant.
  iamque pari cumulo geminas, hanc tristibus umbris
ast illam superis, aequus labor auxerat aras,

88–89 *om.* PB[1], *add,* B[3], deficiunt duo *adscr.* P[r] : *uersus damnauit Mueller, uide ad 79–83; totam uersuum seriem 72–89 Statio indignam iudicauit Garrod sed, quia 90sqq. uix ad eandem pyram ac 65sqq. referri possunt, 84 uel uersus similis necessarius est* 92–134 *in D interdum legi possunt* 97 nidoque *Heinsius* 98 Absiliunt ω : *ex* Ads- δ[1] : Ads- P, *cf. 10.374 ubi similis permutatio* 99 brumaeque Pω : -maque *ex* -maeque N[r]f[r] : -maque tδOνC 103 aque *Lachmann, fortasse propter* atque *non elisum, sed cf. 1.127* 109 peredit *edd. uett., sed cf. 5.574* 117 gerebant Pω : gerebant ↑ geruntur M[σ]Q[2] : geruntur NtδO, /regebant N[1]*mg., cf. 7.251, 9.249, 10.410 ubi similis permutatio, cf.* Σ: *'ille fragor...non erat minor eo tumultu quo gesturi erant bella'*

cum signum luctus cornu graue mugit adunco
tibia, cui teneros suetum producere manes
lege Phrygum maesta. Pelopem monstrasse ferebant
exequiale sacrum carmenque minoribus umbris
utile, quo geminis Niobe consumpta pharetris
squalida bissenas Sipylon deduxerat urnas.
portant inferias arsuraque fercula primi
Graiorum, titulisque pios testantur honores
gentis quisque suae; longo post tempore surgit
colla super iuuenum (numero dux legerat omni)
ipse fero clamore torus. cinxere Lycurgum
Lernaei proceres, genetricem mollior ambit
turba; nec Hypsipyle raro subit agmine: uallant
Inachidae memores, sustentant liuida nati
bracchia et inuentae concedunt plangere matri.
illic infaustos ut primum egressa penates
Eurydice, nudo uocem de pectore rumpit
planctuque et longis praefata ululatibus infit:
'non hoc Argolidum coetu circumdata matrum
speraui te, nate, sequi, nec talia demens
fingebam uotis annorum elementa tuorum,
nil saeuum reputans: etenim his in finibus aeui
unde ego bella tibi Thebasque ignara timerem?
cui superum nostro committere sanguine pugnas
dulce? quis hoc armis uouit scelus? at tua nondum,
Cadme, domus, nullus Tyrio grege plangitur infans.
primitias egomet lacrimarum et caedis acerbae,
ante tubas ferrumque, tuli, dum deside cura
credo sinus fidos altricis et ubera mando.
quidni ego? narrabat seruatum fraude parentem
insontesque manus. en quam ferale putemus
abiurasse sacrum et Lemni gentilibus unam
inmunem furiis! haec illa (et creditis ausae?)

---

120 cornu graue mugit Pω, *Boethius de Mus. 1.1* : graue cornu mugit *coniecit uel in codice inuenit Barth* : graue cornu inmugit *Wakefield ad Lucr. 4.547* 140–168 *in* D *interdum legi possunt* 148–49 *non post sed ante* mando *interpunxit Ker 8, sed recte confert Håkanson (B 39–40) 1.149; cf.* Σ: *'dolori interrupta uox conuenit'; noli cum Håkanson et Heuvel (ad l.c.) conferre Ach. 1.38–39 ubi recte disputauit Dilke* 150–55 *interpunxit Housman D 8 cl. i.a. 12.690, Beraldum ad 153: 'non obicio illi filium meum, quem in silua exposuit, ipsius et dominum et regem fuisse; id unum ingens scelus est, commissam sibi alienam prolem tam neglegenter curauisse' : alii aliter interpunxerunt uel coniecerunt, cf. Klotz* 152 ausae ↑]ausa est Q[1] : ausa *interpretatur* Σ

haec pietate potens solis abiecit in aruis ——
non regem dominumque —— alienos impia partus,
hoc tantum, siluaque infamis tramite liquit
quem non anguis atrox (quid enim hac opus, ei mihi, leti
mole fuit?) tantum caeli uiolentior aura
impulsaeque Noto frondes cassusque ualeret
exanimare timor. nec uos incessere luctu
orba habeo, fixum matri inmotumque manebat
hac altrice nefas; † atquin et blandus ad illam
nate magis solam nosse atque audire uocantem
ignarusque mei † nulla ex te gaudia matri.
illa tuos questus lacrimososque impia risus
audiit et uocis decerpsit murmura primae.
illa tibi genetrix semper dum uita manebat,
nunc ego. sed miserae mihi nec punire potestas
sic meritam! quid dona, duces, quid inania fertis
iusta rogis? illam (nil poscunt amplius umbrae),
illam, oro, cineri simul excisaeque parenti
reddite, quaeso, duces, per ego haec primordia belli
cui peperi; sic aequa gemant mihi funera matres
Ogygiae.' sternit crines iteratque precando:
'reddite, nec uero crudelem auidamque uocate
sanguinis: occumbam pariter, dum uulnere iusto
exaturata oculos unum impellamur in ignem.'
talia uociferans alia de parte gementem
Hypsipylen (neque enim illa comas nec pectora seruat)
agnouit longe et socium indignata dolorem:

154 dominumque P : -que ↑ /ue t^1 : -ue ω   alienus P   160 habeo ω : abeo ↑ h B^1 : ≡abeo P : aueo *Mueller, sed cf. Housman D 9, 1.384, 2.383, 7.12*   161–63 atquin...mei *locus corruptus uel spurius et e 5.614–15 confictus*; atquin *nusquam alibi apud Statium inuenitur,* blandus *nusquam alibi cum* ad *inuenitur; 'quorsum* magis solam*? si enim* magis, *non utique* solam*: sin* solam, *non utique* magis' *Gronouius qui, puncto post* magis *posito, 'solebas' cum* nosse atque audire *suppleuit* : *alii credunt* nosse atque audire *a* blandus *pendere, cf. 5.456–57*   161 ad PNtδO : *ex* et S^c : et ω   169 Iusta PDO : Iusta ↑ /busta $M^{\sigma}\nu^2B^3Q^2$: Iusta *ex* Bu- f : Busta ↑ /iusta t^1 : Busta NδC : Iura L, *cf. 7.19, 9.397, 518, 903, 12.34 ubi similis permutatio*   170 excisaeque *uide ad 5.308*   172 gemant ω : *in ras.* O : gerant ↑ /mant t^1 : gerant Pς   *post 176 inuenitur in* P *185b quem uersum hic seruauit Mueller uersibus 177–85 damnatis; eundem uersum (185b) ante 186 recte posuit Garrod uersibus 184–85 damnatis* : 185b *om.* ω, *cf. 185, 5.542*   177–85 *om.* BK, *add. mg.* B^1K^1, in quibusdam libris histi uersus non habentur B^1*mg.* : *post 176 inueniuntur in* M *uu. 186–87, sed a* M^{σ} *post 185 reuocati sunt; de 177–85 cf. Garrod B 257–59 (ubi tamen multa etiam sibi displicitura coniecit), Klotz C 365–67, uide ad 180*

'hoc saltem, o proceres, tuque o, cui pignora nostri
proturbata tori: prohibete, auferte supremis
inuisam exequiis. quid se funesta parenti
miscet et in nostris spectatur et ipsa ruinis?'
[cui luget complexa suos?' dixitque repente
concidit abruptisque obmutuit ore querelis.]
sic ait abruptisque inmutuit ore querelis.
non secus ac primo fraudatum lacte iuuencum,
cui trepidae uires et solus ab ubere sanguis,
seu fera duras auexit pastor ad aras;
nunc uallem spoliata parens, nunc flumina questu,
nunc armenta mouet uacuosque interrogat agros;
tunc piget ire domum, maestoque nouissima campo
exit et oppositas impasta auertitur herbas.
at genitor sceptrique decus cultusque Tonantis
inicit ipse rogis, tergoque et pectore fusam
caesariem ferro minuit sectisque iacentis
obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu
uerba pio miscens: 'alio tibi, perfide, pacto,
Iuppiter, hunc crinem uoti reus ante dicaram,
si pariter uirides nati libare dedisses
ad tua templa genas; sed non ratus ore sacerdos,
damnataeque preces; ferat haec, quae dignior, umbra.'
iam face subiecta primis in frondibus ignis
exclamat: labor insanos arcere parentes.
stant iussi Danaum atque obtentis eminus armis
prospectu uisus interclusere nefasto.
ditantur flammae; non umquam opulentior illic
ante cinis: crepitant gemmae, atque inmane liquescit

---

180 hoc saltem *sc. efficite, cf. Plaut. Truc. 570, quod nec librarii nec editores intellexisse uidentur* o *prius s.l.* M^{1} : *om.* tδf : hoc N 180—81 pignora nostri Proturbata tori P : pignore nostro Partus honos *(-or μ)* ω, *fortasse e 2.172, 12.84* 181 prohibete auferte ω : prohibete auferte auferte *(alterum* auferte *in ras.)* t^{1} : p. nefas a. DδOB^{3} *(sed uide ad 180)* : prohibete *(sic)* P 182 Inuitam exsequiis quia se fecisse parenti P 184–85 *om.* P, *excluserunt Mueller, Garrod, uide ad 176, 177–85* 184 dixitque ω : ait atque D : sic fata O, *edd. ante Mueller* : *in ras.* ς 185 *uide de 185b supra* 187–219 *in* D *uix legi possunt* 190 armenta PωΣ : arbusta *Wakefield ad Lucr. 2.361, Håkanson B 40 cl. 8.462, Verg. Ecl. 1.39, sed cf. 5.334* 196 tenuia *om.* b^{1}, *in lac. add.* pueri b^{2}, *uide ad 4.697* 199 uirides nati P : uirides *(*↑ *ldis)* nati t^{1} : nati uirides *(uel* -dis*)* ω : *in rasura* N^{1} 202–03 ignis: exclamant (labor...arcere) parentes *Baehrens* : ignis: exclamant, labor...parentes *Klotz, sed cf.* Σ: 'exclamat: *crepitu sonat. omnis enim clamor sonus est', Damsté A392, Williams ad 10.94, 263, Håkanson B 40–41* 204 danaum PB : danai ω

argentum, et pictis exsudat uestibus aurum;
nec non Assyriis pinguescunt robora sucis,
pallentique croco strident ardentia mella,
spumantesque mero paterae uerguntur et atri
sanguinis et rapto gratissima cymbia lactis.
tunc septem numero turmas (centenus ubique
surgit eques) uersis ducunt insignibus ipsi
Graiugenae reges, lustrantque ex more sinistro
orbe rogum et stantes inclinant puluere flammas.
ter curuos egere sinus, inlisaque telis
tela sonant, quater horrendum pepulere fragorem
arma, quater mollem famularum bracchia planctum.
semianimas alter pecudes spirantiaque ignis
accipit armenta; hic luctus abolere nouique
funeris auspicium uates, quamquam omina sentit
uera, iubet: dextri gyro et uibrantibus hastis
hac redeunt, raptumque suis libamen ab armis
quisque iacit, seu frena libet seu cingula flammis
mergere seu iaculum summae seu cassidis umbram.
[multa gemunt extra raucis concentibus agri,
et lituis aures circum pulsantur acutis.
terretur clamore nemus: sic Martia uellunt
signa tubae, nondum ira calet, nec sanguine ferrum

209–10 sucis pallentique croco, strident *Fortgens, sed copula inter* pinguescunt *et* strident *desiderari uidetur* 210 ardentia Pω : ardentia ↑ /himetia O$^{\sigma}$: ardencia ↑ /hiemecia S^{c} : armentia N, /ymetia N^{1}*mg.* : hymetia δ 212 rapto *Alton 181* : rapti Pω, *cf. Silu. 2.1.208* 213 turmas ωΣ : -bas ↑ m C^{2} *(uide ad 4.850)* : -mae ↑ /mas t^{1} : -mae P, *quod seruauit Klotz commatibus post* turmae *et* eques *positis; sed ueri similior est interpretatio* Σ: 'tum *(uel* tunc*)* septem numero turmas*: ordo:* tum *(uel* tunc*)* septem numero turmas uersis ducunt insignibus' 214 Surgit PδfCBKΣ : Surget *ex* -git Q^{2} : Surgit ↑ /Vrget t^{1} : Vrget ↑ /Surgit O^{1}L$^{\sigma}$: Vrget DNbrS : Vrgụet ν^{1} : Vurget *(ex* -git M^{1}*)* ↑ /surgit M$^{\sigma}$: Vurget μ; urguet *maluit Gronouius sed* surgit *loco sollemni* urguet *loco bellico aptius est* 218 peperere *Ker 179 qui credit Statium numquam uoce 'pellere' uti nisi in significatione uocis 'repellere', sed cf. 11.247, Håkanson B 62* 220 Semianimas P : -mas ↑ /es t^{1} : -mes ω, *cf. 10.547 ubi similis permutatio; uox octies apud Statium inuenitur:* -mis *etc. quater (3.187, 7.597, 8.597, Ach. 2.100)* -mus *etc. ter (2.83, 10.477, 547) praebent codd. omnes uel paene omnes.* semianimus *etc. bis (2.83, 10.477) metro postulatur; uide ad 1.622* alter *cf. 84sqq.* 222 omina NΣ : *ex* omnia t^{1}S^{c} : omnia Pω, *uide ad 2.196* sentit PtΣ : sensit ω 223 dextri ω : -ris P : -ro *ex* -ri L^{1} : -ro δ : -roque O : dextrum girum *in ras.* K; dextri *uindicauit Gronouius cl. 6.444, Sil. It. 7.644–45* 224 libamen PtδOQ : uelamen DNfMLμνCbrK 227–33 *om.* Pω : *non agnoscit* Σ : *habent* Qς : *habent post 219* μK : *add. mg.* B^{3}; *uersus spurios iudicauerunt edd. plerique, cf. Klotz C 364–65* 227 extra μQKς : contra B^{3} concentibus μB^{3}K : conṭe- ↑ c Q^{2} 228 Et QB^{3}K : E μ 230 ira μQK : *ex* ire B^{3} calet μQK : cadet B^{3}

inrubuit, primus bellorum comitur illo
uultus, honoris opus. stat adhuc incertus in alta
nube quibus sese Mauors indulgeat armis.]
  finis erat, lassusque putres iam Mulciber ibat
in cineres; instant flammis multoque soporant
imbre rogum, posito donec cum sole labores
exhausti; seris uix cessit cura tenebris.
  roscida iam nouies caelo dimiserat astra
Lucifer et totidem Lunae praeuenerat ignes
mutato nocturnus equo (nec conscia fallit
sidera et alterno deprenditur unus in ortu):
mirum opus accelerasse manus! stat saxea moles,
templum ingens cineri, rerumque effictus in illa
ordo docet casus: fessis hic flumina monstrat
Hypsipyle Danais, hic reptat flebilis infans,
hic iacet, extremum tumuli circum asperat orbem
squameus; expectes morientis ab ore cruenta
sibila, marmorea sic uoluitur anguis in hasta.
  iamque auidum pugnas uisendi uulgus inermes
(fama uocat cunctos) aruis ac moenibus adsunt
exciti; illi etiam quis belli incognitus horror,
quos effeta domi, quos prima reliquerat aetas,
conueniunt: non aut Ephyraeo in litore tanta
umquam aut Oenomai fremuerunt agmina circo.

---

231 primus μQK : -mis B^3 : -mo *edd. ante Mueller* illo μQB^3 : ore *in ras.* K : ille *Mueller cl. 8.402* : illa *(sc. tuba) Klotz* 232 honoris opus B^3 : honoris ≡≡≡ Q, opus *add. mg.* Q^1 : honore suo≡ μ : honore suo ς : horrisono K 234 lassusque Pω : lassusque ↑ /psus t^c : lass- *ex* laps- δ^c : laps- DN : laps- *ex* lass- S^2, *uide ad 1.331* mulciber Pω : -ib̸er ↑ c *s.* -b̸- Q^2 : -ifer *ex* -iber $t^c\mu\cdot\nu^2$: -ifer fC : -ifar ↑ e B^1 : *om.* b^1, *add. in lac.* iam rogus b^2, *uide ad 5.51* 236–37 posito...Exhausti PδO : posito...*non dispici potest* D : -to *(*↑ /tos*)*...Exhausti *(*↑ /exhausit*)* t^1 : positos...Exhausit ω 241 ortum P 242 accelerasse manus Pω : accelerasse manus ↑ /accelerante manu T^1r^1 : -ante manu *ex* -asse manus Q^2 : accelerante manu DδOCB^2 : accelerasse manu μ : *ex* -a≡≡e manu f^c, -asse manus *primus uindicauit Gronouius, cf. 8.390* 243 effictus ς, *Sucquetius apud Bernartium* : effectus Pω, *Gronouius, cf.* effectus ↑ sculptus O^1, *OLD s.u. 'efficio' 1c* illa Pω : illo ↑ /a t^1 : illo NLB^3S^2 246–47 extremum...Squameus *cf. e.g. Beraldum: 'squamosus serpens circumdat eminente gyro extremam partem sepulcri'; perperam interpunxit Vollmer 33–34* hic iacet, extremum tumuli: circum *interpretans: fiunt denique tumuli* 246 orbem Pω : -es C, *Mueller fortasse recte, uoce ob* extremum *mutata* 250 cunctos Pω : -tis *ex* -tos $\mu^1\nu^1$Q : -tis DNtδO, *quod plane natum est ex* aruis*; recte distinxit Klotz, sed uide ad 4.112;* cunctis *receperunt edd. plerique interpungentes:* uulgus inermes fama uocat: cunctis aruis*;* fama uocat *primus editorum in parenthesi posuit Gronouius qui tamen* iunctis *pro* cunctos *legi uoluit; cunctos primus restituit Kohlmann qui tamen interpunxit:* uulgus (inermes fama uocat cunctos) aruis, *sed cf. 7.90, Σ7.90* 252 domi ωB^3, -mus *ex* -mi B^1 : -mus P

collibus incuruis uiridique obsessa corona
uallis in amplexu nemorum sedet; hispida circum
stant iuga, et obiectus geminis umbonibus agger
campum exire uetat, longo quem tramite planum
gramineae frontes sinuataque caespite uiuo
mollia non subitis augent fastigia cliuis.
illic conferti, iam sole rubentibus aruis,
bellatrix sedere cohors; ibi corpore mixto
metiri numerum uultusque habitusque suorum
dulce uiris, tantique iuuat fiducia belli.
centum ibi nigrantes, armenti robora, tauros
lenta mole trahunt; idem numerusque colorque
matribus et nondum lunatis fronte iuuencis.
exin magnanimum series antiqua parentum
inuehitur, miris in uultum animata figuris.
primus anhelantem duro Tirynthius angens
pectoris attritu sua frangit in ossa leonem.
haud illum impauidi quamuis et in aere suumque
Inachidae uidere decus. pater ordine iuncto
laeuus harundineae recubans super aggere ripae
cernitur emissaeque indulgens Inachus urnae.
Io post tergum, iam prona dolorque parentis,
spectat inocciduis stellatum uisibus Argum.
ast illam melior Phariis erexerat aruis
Iuppiter atque hospes iam tunc Aurora colebat.
Tantalus inde parens, non qui fallentibus undis
inminet aut refugae sterilem rapit aera siluae,
sed pius et magni uehitur conuiua Tonantis.
parte alia uictor curru Neptunia tendit
lora Pelops, prensatque rotas auriga natantes
Myrtilos et uolucri iam iamque relinquitur axe.
et grauis Acrisius speciesque horrenda Coroebi
et Danae culpata sinus et in amne reperto
tristis Amymone, paruoque Alcmena superbit

---

259 frontes P : -des ω, *uide ad 4.420;* frontes *recte restituit Mueller cl. Caes. B.G. 2.8.3* 260 cliuis P^1ω, siluis P^c*mg.* 261 conferti PNtΣ : -tim *ex* -ti Q^2 : -tim ω : conserti fM : ọfestini δ^1; confertim *natum est fortasse ob* cohors *sed uide ad 4.112* 274 Laetus † laeuus N?t^1 : laetus *edd. uett* recubans $PN^1O\mu\nu Qb^1S^1$: *in ras.* r^1 : recumbans≡ L^1 : recubansque $N^2t\delta fMCBb^2KS^2$: recubando D super Pς : *ex* sub ν^1 : sub ω; laeuus...recubans super *primus uindicauit Gronouius cl. 2.217–18* *275 an Inachos? uide ad 1.357* 285 Myrtilos P : -lus ω 287 et in amne Pω : et ≡≡amne M : et amne † in *s.* -t $L^1\nu^2$: et amne Σ *Valenc.* : et hamne C : et anine r : atque amne DNtO : ac in amne δ : et inane f

Hercule tergemina crinem circumdata luna.
iungunt discordes inimica in foedera dextras
Belidae fratres, sed uultu mitior astat
Aegyptus; Danai manifestum agnoscere ficto
ore notas pacisque malae noctisque futurae.
mille dehinc species. tandem satiata uoluptas
praestantesque uiros uocat ad sua praemia uirtus.
  primus sudor equis. dic incluta, Phoebe, regentum
nomina, dic ipsos; neque enim generosior umquam
alipedum conlata acies, ceu praepete cursu
confligant densae uolucres aut litore in uno
Aeolus insanis statuat certamina uentis.
  ducitur ante omnes rutilae manifestus Arion
igne iubae. Neptunus equo, si certa priorum
fama, pater; primus teneri laesisse lupatis
ora et litoreo domitasse in puluere fertur,
uerberibus parcens; etenim insatiatus eundi
ardor et hiberno par inconstantia ponto.
saepe per Ionium Libycumque natantibus ire
interiunctus equis omnesque adsuerat in oras
caeruleum deferre patrem; stupuere relicta
Nubila, certantesque Eurique Notique sequuntur.
nec minor in terris bella Eurysthea gerentem
Amphitryoniaden alto per gramina sulco
duxerat, illi etiam ferus indocilisque teneri.
mox diuum dono regis dignatus Adrasti
imperia et multum mediis mansueuerat annis.
tunc rector genero Polynici indulget agendum
multa monens, ubi feruor equo, qua suetus ab arte

---

292 Aegyptus P : Aegystus *ex* Aegyptus νQB[1]b[1] : Aegystus ω, *edd. ante Gronouium* 293 notas P : nefas ω, *edd. ante Kohlmann, sed cf. 4.751, Silu. 1.1.16* 296 inclyta P : -ita ↑ /te t[1] : -ite ω; incluta *primus uindicauit Barth* 299 tensae P 300 *an* Ventis? *uide ad 5.88* 303 pater DOνB *Σ6.447,* /patet ν^1*mg.* : pater ↑ /patrum P[c] : patet ↑ /patrum t[1] : patet ↑ /pater M$^\sigma$: patet ω, *edd. ante Gronouium* *'an* teneri?' *Garrod* : -ris Pω; teneris laesisse lupatis *est oxymorum ineptum; praeterea apud Statium inuenimus teneros iuuenes, puellas, animalia, aetates, affectus, sed non inanima tenera nec quae ita sint tenera ut teneris animantibus apta.* teneris *defendit Helm B 276 cl.* uerberibus parcens *(305), sed agitur de equo feroci quem necesse est semper lupatis frenare uix umquam uerberare, cf. 318–20* 308 aduerat *(-r- in ras.)* ↑ s *s.* -du- P[c] : adsuerat ↑ /tus t[1] : adsuetus *(uel* ass-*)*ω 309 deferre D$\mu\nu$bTr : *ex* ferre B[3]g[2] : diferre P : ferre L : sic ferre Q : perferre OfMK : transferre C : portare Ntδ : *ex* ferre S[c] 310 *an* nubila? *uide ad 5.88* 313 illi etiam *Gronouius, cf.* illetiam ↑ i *s.* -e- P[1] : ille etiam ω

mulceri, ne saeua manus, ne liber habenis
impetus. 'urgue alios,' inquit, 'stimulisque minisque;
ille ibit, minus ipse uoles.' sic ignea lora
cum daret et rapido Sol natum imponeret axi,
gaudentem lacrimans astra insidiosa docebat
nolentesque teri zonas mediamque polorum
temperiem: pius ille quidem et formidine cauta,
sed iuuenem durae prohibebant discere Parcae.
Oebalios sublimis agit, spes proxima palmae,
Amphiaraus equos; tua furto lapsa propago,
Cyllare, dum Scythici diuersus ad ostia Ponti
Castor Amyclaeas remo permutat habenas.
ipse habitu niueus, niuei dant colla iugales,
concolor est albis et cassis et infula cristis.
quin et Thessalicis felix Admetus ab oris
uix steriles compescit equas, Centaurica dicunt
semina: credo, adeo sexum indignantur, et omnis
in uires adducta Venus; noctemque diemque
adsimulant maculis internigrantibus albae:
tantus uterque color, credi nec degener illo
de grege, Castaliae stupuit qui sibila cannae
laetus et audito contempsit Apolline pasci.
ecce et Iasonidae iuuenes, noua gloria matris
Hypsipyles, subiere iugo, quo uectus uterque,
nomen auo gentile Thoas atque omine dictus
Euneos Argoo. geminis eadem omnia: uultus,
currus, equi, uestes, par et concordia uoti,
uincere uel solo cupiunt a fratre relinqui.
it Chromis Hippodamusque, alter satus Hercule magno,
alter ab Oenomao: dubites uter effera presset
frena magis. Getici pecus hic Diomedis, at ille

---

318 ne...ne Pω : nec...nec *ex* ne...ne S^2 : ne/c...nec t : nec...nec NδO   322 insidiosa $\omega\Sigma$: -se P   324 plus P   cauta Pω : -ta ↑ /tus T^2 : -tus *ex* -ta Q^2 : -tus δOBb, *edd. uett.*   334 adeo P : equidem ↑ /adeo t^1 : equidem *ex* adeo S^2 : equidem DNδ 338 castaliae Pω : -lio *ex* -liae Q^1 : -liae ↑ /o M^{σ} : -lio (-o *in ras.*) ↑ a/e B^1 : -lio DNtδOLC, *cf.* Σ: 'de grege Castalio: *de Pegasi grege, qui fontem Hippocrenen Apollini et Musis dicatum ungula sua scalpsit. Neptunus enim pater quorundam equorum fertur: Pegasi ex Medusa, Arionis ex Cerere. ergo equae Admeti Persico colore fuerunt.' sed sensus est: uterque color (i.e. hae Admeti equae) non degener est de illis Admeti equis qui (uel quae) olim Castaliae cannae sibila (i.e. sibila Apollinis) stupuerunt*   341 quo Pω : pro- *Barth* : pare *Barth prius, cf. Alton 181; apud Statium ablatiuum 'pari' bis (6.118, Silu. 4.2.21) 'pare' numquam inuenitur*   344 uotis P, *edd. inde a Kohlmann, sed apud Statium* concordia *est aliquibus alicuius rei, cf. 7.293, 9.314, Silu, 5.2.157*   347 presset ω : *ex* -sit f^1 : -sit P : presset ↑ n *s.* -s- *prius* δ^c : prenset C, *uide ad 4.219*

Pisaei iuga patris habet, crudelibus ambo
exuuiis diroque imbuti sanguine currus.
metarum instar erat hinc nudo robore quercus,
olim omnes exuta comas, hinc saxeus umbo,
arbiter agricolis; finem iacet inter utrumque
quale quater iaculo spatium, ter harundine, uincas.
interea cantu Musarum nobile mulcens
concilium citharaeque manus insertus Apollo
Parnasi summo spectabat ab aethere terras.
. . . .
orsa deum, nam saepe Iouem Phlegramque suique
anguis opus fratrumque pius cantarat honores.
tunc aperit quis fulmen agat, quis sidera ducat
spiritus, unde animi fluuiis, quae pabula uentis,
quo fonte inmensum uiuat mare, quae uia solis
praecipitet noctem, quae porrigat, imane tellus
an media et rursus mundo succincta latenti.
finis erat, differt auidas audire sorores,
dumque chelyn lauro tectumque inlustre coronae
subligat et picto discingit pectora limbo,
haud procul Herculeam Nemeen clamore reductus
aspicit atque illic ingens certaminis instar
quadriiugi. noscit cunctos, et forte propinquo
constiterant Admetus et Amphiaraus in aruo.
tunc secum: 'quisnam iste duos, fidissima Phoebi
nomina, commisit deus in discrimina reges?

---

351 erant *Slater, sed cf. 1.403,561* 353 iacet ω : facit P 357–60 *interpunxit et post 357 uersum excidisse putat Housman D 10–11; nam* orsa *non potest 'acta' significare nec narrant uersus 360–64 de deorum actis. sensus est: primum de deorum actis paulum modo (*orsa*) cantabat, nam saepe Iouem etc. cantauerat; tunc aperuit rerum naturam. editores* nam...honores *in parenthesi ponunt et commate post* aperit *distinguunt interpretantes: acta deorum aperuit, i.e. quis fulmen agat etc., nam saepe Iouem etc. cantauerat; quod ineptum est* 358 deo P, *Housman D 10 fortasse recte* 359 pius ω : pius ↑ /pio T¹r¹ : pios ↑ /pio L¹ : pios PDtOμb cantarat Pω : -abat ↑ r D¹ : -abat δνQBb 362 uiuat ωΣ : *ex* bibat t¹ : bibat P, *uide ad 9.370* solis P : solos (*uel* soles) Q : soles ωΣ; *ante Imhof interpungebant:* quae uia soles praecipitet, noctem quae porrigat 363 quae ω : quo P : -que D 366 lauro PωΣ : *an* lauru? *uide ad 3.105* 370 propinqui *Imhof interpretans 'alter alteri propinquus' sed Håkanson (B 42–43), dubitans num 'propinquus' hoc possit significare, uindicat et* propinquo *et Imhofii interpretationem cl. Sil. It. 5.455–56, cf. etiam Courtney ad Val. Fl. 5.371* 372 ista *ex* -te b² : *ex* -t≡ O?μ² duos ω : duo≡ μν : duo P, *Kohlmann cl. Verg. Ecl. 5.68, quod tamen cum illo* ista *fortasse natum est e* fidissima...nomina, *cf. Housman ad Man. 1.792, Klotz D 404* phoebi Pω : -bo *ex* -bi B³ : -bo DδO, *edd. ante Kohlmann*

ambo pii carique ambo; nequeam ipse priorem
dicere. Peliacis hic cum famularer in aruis
(sic Iouis imperia et nigrae uoluere Sorores),
tura dabat famulo nec me sentire minorem
ausus; at hic tripodum comes et pius artis alumnus
aetheriae. potior meritis tamen ille, sed huius
extrema iam fila colu; datur ordo senectae
Admeto serumque mori; tibi nulla supersunt
gaudia, nam Thebae iuxta et tenebrosa uorago.
scis miser, et nostrae pridem cecinere uolucres.'
dixit, et os fletu paene inuiolabile tinctus
extemplo Nemeen radiante per aera saltu
ocior et patrio uenit igne suisque sagittis.
ipse olim in terris, caelo uestigia durant,
claraque per zephyros etiamnum semita lucet.
  et iam sortitus Prothous uersarat aena
casside, iamque locus cuique est et liminis ordo.
terrarum decora ampla uiri, decora aequa iugales,
diuum utrumque genus, stant uno margine clausi,
spesque audaxque una metus et fiducia pallens.
nil fixum cordi: pugnant exire pauentque,
concurrit summos animosum frigus in artus.
qui dominis, idem ardor equis; face lumina surgunt,
ora sonant morsu, spumisque et sanguine ferrum
uritur, impulsi nequeunt obsistere postes
claustraque, compressae transfumat anhelitus irae.
stare adeo miserum est, pereunt uestigia mille
ante fugam, absentemque ferit grauis ungula campum.
circumstant fidi, nexusque et torta iubarum

---

380 colu P : col≡ N : colo ω, *cf. Seru. ad Verg. Aen. 8.409: " 'huius coli' dicimus, non ut Statius 'huius colus' ", Prisc. GL 2.269.20: 'Statius in VI:* sed huius...colu...senectae*'; cf. 3.242, 9.839 ubi* colus *(nom. pl.)* Pω; *5.150, 10.649, Ach. 1.582, 635 ubi similis permutatio, uide ad Theb. 2.155, 3.105*   382 nam Pς : nam ↑ /iam t^{c} : iam ↑ /nam O$^{\sigma}$: iam ω   385 ad nemeen Dδν   aera PM : aera ↑ /ethera t^{1} : aethera ω, *quod fortasse natum est ex* aetheriae *(379), uide ad 1.340*   387–88 *spurios putauerunt Guyetus et Mueller, sed sensus est: iampridem (cf. 1.312, Dilke ad Ach. 1.16 etc.) in terris stat Apollo..., cf. Verg. Aen. 9.383, 5.527–28*   388 etiamnum ω : etiam etiamnum L : etiamnunc ↑ /etiamnum t^{c} : etiamnunc PδO, *uide ad 1.620*   391 decora aequa PfC : *ex* -r≡ aequa O^{c} : -re *(*↑ /a*)* aeque *(*↑ /a*)* M$^{\sigma}$: decorique *ex* decora aeque S$^{1/c}$: decora aeque/decorique r^{1} : decorique NtδνLb : *ex* -aeque B^{1} : *ex* -aque μ : decoraeque Q : decori atque D; decori(que) *metro non admittitur, cf.* Σ, *Klotz F 500*   393 -que audaxque una metus et ω : -que a. u. mors (↑ metus) et ν^{2} : -que a. metus una et Nt : -~~que~~ a. una et metus et μ : -que audax unaque metus et PO : -que audax~~que~~ unametus *(*↑ que *s.* -am-*)* et Q^{r}

expediunt firmantque animos et plurima monstrant.
insonuit contra Tyrrhenum murmur, et omnes
exiluere loco. quae tantum carbasa ponto,
quae bello sic tela uolant, quae nubila caelo?
amnibus hibernis minor est, minor impetus igni,
tardius astra cadunt, glomerantur tardius imbres,
tardius e summo decurrunt flumina monte.
emissos uidere atque agnouere Pelasgi,
et iam rapti oculis, iam caeco puluere mixti
una in nube latent, uultusque umbrante tumultu
uix inter sese clamore et nomine noscunt.
euoluere globum, et spatio quo quisque ualebat
diducti. delet sulcos iterata priores
orbita, nunc auidi prono iuga pectore tangunt,
nunc pugnante genu et pressis duplicantur habenis.
colla toris crinita tument, stantesque repectit
aura iubas, bibit albentes humus arida nimbos.
fit sonus inmanisque pedum tenuisque rotarum:
nulla manu requies, densis insibilat aer
uerberibus; gelida non crebrior exilit Arcto
grando, nec Oleniis manant tot cornibus imbres.
senserat adductis alium praesagus Arion
stare ducem loris, dirumque expauerat insons
Oedipodioniden; iam illinc a limine discors
iratusque oneri solito truculentior ardet.

---

403 plura ministrant *Pollack 35* 407 minor est minor impetus igni Pω : *om.* b[1], *add.* b[2] : m. e. minor *(*↑ *]*iouis*)* i. i. t[1] : m. e. iouis *(*↑ minor*)* i. i. D[1] : minor iouis *(*↑ est*)* i. i. N[2] : minor impetus et iouis igni δ 409 *om.* T[1]r, *add.* T[2]*mg.* : *damnauit Bentley ut nothum et ex Horatio (C. 4.2.5) confictum, sed cf. e.g. 1.365, 8.460, Ou. Met. 3.569* : *damnauit Mueller quia 'ineptum esset post commemoratum (407) amnium hibernorum impetum iam iterum dici de fluminum celeritate', fortasse recte sed cf. Klotz (C 363) cui illud* amnibus hibernis impetus *satis differt ab hoc* e summo decurrunt flumina monte e summo...flumina monte PD : e≡ summo O[1] : in *(*↑ e*)* summo...flumina monte T[2]*mg.* : in summo...fulmina montes C : e summo *(*↑ *]*in summos*)*...flumina monte *(*↑ fulmina montes*)* t[1] : in summos...fulmina montes NfCQb : *e* flumina M$^{\sigma}$S[2] : in summos...flumina montes δμνB, *uide ad 1.258* 410–11 *interpunctionem et interpretationem, quae edd. omnibus ante Beraldum placuerunt, restituit Housman D 11. Beraldus, edd. recc. sequentibus, punctum post 410 posuit; sed sensus est, ut intellexit etiam Beraldus: uixdum uisi sunt, uixdum agniti sunt et iam oculis rapti sunt* 414 ualebat PD : ual- ↑]uo t[1] : uol- ω : uolebat ↑ (*]*)a *s.* -e- f[2]L$^{\sigma}$ 415 Diducti ω : De- ↑]di t[1] : De- PNL 417 genu et P : genu*s* N : genu ω 418 repectit PωΣ : reflectit]repectit M$^{\sigma}$: reflectit fμCQ : repexit ↑]reflectit dispergit O$^{\sigma}$*; cf.* Σ*:* 'repectit*: dispergit, dissoluit'* 421 manu PQO : manus ω : manusque r 427 solito Pt : ≡≡solito S[1] : insolito ω, *recte interpretatus est Beraldus: 'infensusque oneri, accenditur atrocior solito', cf. 9.33, quamquam legit, cum edd. plerisque ante Garrod,* insolito

Inachidae credunt accensum laudibus; ille
aurigam fugit, aurigae furiale minatur
efferus, et campo dominum circumspicit omni.
ante tamen cunctos sequitur longeque secundus
Amphiaraus agit, quem Thessalus aequat eundo
Admetus; iuxta gemini, nunc Euneos ante
et nunc ante Thoas, cedunt uincuntque, nec umquam
ambitiosa pios conlidit gloria fratres.
postremum discrimen erant Chromis asper et asper
Hippodamus, non arte rudes, sed mole tenentur
cornipedum; prior Hippodamus fert ora sequentum,
fert gemitus multaque umeros incenditur aura.
sperauit flexae circum compendia metae
interius ductis Phoebeius augur habenis
anticipasse uiam; nec non et Thessalus heros
spe propiore calet, dum non cohibente magistro
spargitur in gyros dexterque exerrat Arion.
iam prior Oeclides et iam non tertius ibat
Admetus, laxo cum denique ab orbe reductus
aequoreus sonipes premit euaditque parumper
gauisos; subit astra fragor, caelumque tremescit,
omniaque excusso patuere sedilia uulgo.
sed nec lora regit nec uerbera pallidus audet
Labdacides: lassa ueluti ratione magister
in fluctus, in saxa ruit nec iam amplius astra
respicit et uictam proiecit casibus artem.
  rursus praecipites in recta ac deuia campi
obliquant tenduntque uias, iterum axibus axes

430–31 *sensus est: 'quamquam ante omnes alios, tamen longe secundus sequitur', uerba Heuveli (ad 1.255), uide ad 1.480* : *edd. uett. punctum post* cunctos, *comma post* omni *posuerunt interpretantes: 'ante tamen cunctos (sc. Arion currit). sequitur...Amphiaraus', cui interpretationi interpunctionique olim fauerunt Barth et Beraldus, nunc iterum Håkanson B 43–44* 433 euneos ω : eneus C : euneus Pδ, *sed cf. 343, 464, Seru. ad Verg. Aen. 11.666* 436 erat Pt 437–38 *interpunxit Barth:* tenentur. cornipedum prior... *sed cf. 465–66* 440 circum ω : -ca ↑ ⌊cum t^1 : circa P, *Kohlmann, Garrod, fortasse recte* 443 propriore Pb, *uide ad 2.437* 446 denique ab *scripsi* : tandem ab PωΣ : tandem ex b^2, *edd. plerique* : tandem et ab *in ras.* $O^{1?}$: tandem ambage *Klotz* : tandem adductus ab orbe *Brinkgreve 107* : tandem ambo *Alton 181*; *sed non modo metrum* tandem ab *uetat sed etiam de uoce* tandem *dubitandum est; nam quamquam* tandem *sexagies septies apud Statium inuenitur, frequenter in primo uel ultimo hexametri pede, frequenter in primo et secundo uel secundo et tertio uel tertio et quarto uel quarto et quinto, semel tamen modo (12.321) in uno solo pede nisi primo uel ultimo* 450 audet P : aude *(ex* -dit*)* ↑ ⌊addit t^1 : addit ω

inflicti, radiisque rotae; pax nulla fidesque.
bella geri ferro leuius, bella horrida, credas;
is furor in laudes. trepidant mortemque minantur,
multaque transuersis praestringitur ungula campis.
nec iam sufficiunt stimuli, non uerbera; uoce
nominibusque cient Pholoen Admetus et Irin
funalemque Thoen, rapidum Danaeius augur
Ascheton increpitans meritumque uocabula Cycnum.
audit et Herculeum Strymon Chromin, Euneon audit
igneus Aetion; tardumque Cydona lacessit
Hippodamus, uariumque Thoas rogat ire Podarcen.
solus Echionides errante silentia curru
maesta tenet trepidaque timet se uoce fateri.
  uixdum coeptus equis labor, et iam puluere quarto
campum ineunt, iamque et tepidis sudoribus artus
effeti, et crassum rapit eiectatque uaporem
cornipedum flammata sitis, nec iam integer illis
impetus, et longi suspendunt ilia flatus.
hic anceps Fortuna diu decernere primum
ausa uenit. ruit, Haemonium dum feruidus instat
Admetum superare, Thoas, nec praetulit ullam
frater opem. uelit ille quidem, sed Martius ante
obstitit Hippodamus mediasque inmisit habenas.
mox Chromis Hippodamum metae interioris ad orbem
uiribus Herculeis et toto robore patris
axe tenet prenso; luctantur abire iugales
nequiquam frenosque et colla rigentia tendunt.
ut Siculas si quando rates tenet aestus et ingens
auster agit, medio stant uela tumentia ponto.
tunc ipsum fracto curru deturbat, et isset
ante Chromis; sed Thraces equi ut uidere iacentem

---

456 Inflicti PDNtδOQ : *ex* -fle- B^1 : Inflecti ω : Infligi *Gronouius*; inflecti *non omnino spernendum est, nam si de uno solo infinito historico dubitas cf. 3.487, 4.739, 5.40, 490, 513, 7.65, 67, 9.110* 458 Is ω : His ↑ /is T^1r^1 : His D : It ↑ /is t^1 : It P : Its S laudes P : laudes ↑ de est t^1 : laude est ω, laudes *etiam coniecit Schrader* 461 irim DNδOMLμνCQBbr, *sed. cf. 10.81* 462 Funalemque ω : Fumantemque ↑ /nalem t^1 : Lunalem b : *ex* Fu- T^2 : Fumantemque P, *sed. cf. D.H. 7.73* 464 trymon P 465 Aëtion *Housman D 11–12 propter metrum, cl. 7.757, 10.734, 3.506–07, Hom. Il. 15.690 etc.* : aethion PωΣ : Aethalion *Schrader, cf. Klotz F 523 de* Σ -que cydona Pς : -que cidona ↑ /calydona t^1 : cidona *(om.* -que*)* D : calydona *(uel* -lid-*)* ω 466 uariumque ω : tardumque P : tardumque ↑ /pharium t^1 : phariumque Nδ 471 eiectatque DNtδOb : -aque ↑ t P^1 : iniectatque ω 476 praetulit Pω : pertulit ς, *Baehrens, sed recte interpretatus est schol. Barthi: 'ante casum ei subuenit', cf. 2.420 et Mulder, 6.4 et Fortgens* 481 prenso ω : presso ↑ /pren t^1 : presso P, *uide ad 4.219* 484 aget P, *cf. 4.506*

Hippodamum, redit illa fames, iam iamque trementem
partiti furiis, ni frena ipsosque frementes
oblitus palmae retro Tirynthius heros
torsisset uictusque et conlaudatus abisset.
  at tibi promissos iamdudum Phoebus honores,
Amphiarae, cupit. tandem ratus apta fauori
tempora puluerei uenit in spatia horrida circi,
cum iam in fine uiae, et summum uictoria nutat;
anguicomam monstri effigiem, saeuissima uisu
ora, mouet siue ille Erebo seu finxit in astus
temporis, innumera certe formidine cultum
tollit in astra nefas. non illud ianitor atrae
impauidus Lethes, non ipsae horrore sine alto
Eumenides uidisse queant, turbasset euntes
Solis equos Martisque iugum. nam flauus Arion
ut uidit, saliere iubae, atque erectus in armos
stat sociumque iugi comitesque utrimque laboris
secum alte suspendit equos. ruit ilicet exul
Aonius nexusque diu per terga uolutus
exuit: abripitur longe moderamine liber
currus; at hunc putri praeter tellure iacentem
Taenarii currus et Thessalus axis et heros
Lemnius obliqua, quantum uitare dabatur,
transabiere fuga. tandem caligine mersum
erigit accursu comitum caput aegraque tollit
membra solo, et socero redit haud speratus Adrasto.
  quis mortis, Thebane, locus, nisi dura negasset
Tisiphone, quantum poteras dimittere bellum!
te Thebe fraterque palam, te plangeret Argos,
te Nemea, tibi Lerna comas Larisaque supplex
poneret, Archemori maior colerere sepulcro.
  tum uero Oeclides, quamquam iam certa sequenti
praemia, cum uacuus domino praeiret Arion,

---

490 uictorque et collaudandus Dδ 492 fauori Pt : -ri≡ Lb : -riş Q : -ri^s ν^2 : -ris ω : fauor *ex* furoris D$^?$ 494 in *s.l.* M$^\sigma$: *om.* NOfM^{1}L$\mu\nu$QBr 496 *ante Mueller distinguebant post* mouet astus P : -tu ω : hastu b : actu *anon.* : finxerat aestu *coniecit uel in codice inuenit Barth* : *alii alia*; astus *dubitanter recepi sed uereor ne corruptela hic lateat* 505 per terga *recte interpretatus Mueller: 'scilicet equorum, in quos pronus ruerat'* : *alii aliter cf. Håkanson B 44–45* uolutus PωΣ, *sed* uolutos *explicat* Σ: *'nexum, qui diu uolutus per terga fuerat, liberauit'* 508 Taenarii ς : -rei Pω, *cf. Courtney ad Val. Fl. 1.427* 511 accursu PL, *et coniecit Gronouius* : -sum ω 514 *notam interrogationis post* bellum *ponunt edd. praeter Walker et Weber, cf. Housman D 15* 516 nemea Pω, *Prisc. GL 2.202.23* : -ee O, *uide ad 1.355, 5.44* 518 Tum Ptδ : Tunc ω 519 *de* praeiret *non trochaico dubitant quidam, sed uide ad 2.551*

ardet adhuc cupiens uel inanem uincere currum.
dat uires refouetque deus; uolat ocior Euro,
ceu modo carceribus dimissus in arua solutis,
uerberibusque iubas et terga lacessit habenis
Ascheton increpitansque leuem Cycnumque niualem.
nunc, saltem dum nemo prior, rapit igneus orbes
axis, et effusae longe sparguntur harenae.
dat gemitum tellus et iam tum saeua minatur.
forsitan et uicto prior isset Arione Cycnus,
sed uetat aequoreus uinci pater: hinc uice iusta
gloria mansit equo, cessit uictoria uati.
  huic pretium palmae gemini cratera ferebant
Herculeum iuuenes: illum Tirynthius olim
ferre manu sola spumantemque ore supino
uertere, seu monstri uictor seu Marte, solebat.
Centauros habet arte truces aurumque figuris
terribile: hic mixta Lapitharum caede rotantur
saxa, faces (aliique iterum crateres); ubique
ingentes morientum irae; tenet ipse furentem
Hylaeum et torta molitur robora barba.
at tibi Maeonio fertur circumflua limbo
pro meritis, Admete, chlamys repetitaque multo
murice: Phrixei natat hic contemptor ephebus
aequoris et picta tralucet caerulus unda;

---

522 demissus P, *uide ad 2.359*   524 Ascheton increpitansque ς, *edd. plerique ante Kohlmann et defendit Gronouius cl. 463* : Increpitans caecumque P : I. caecumque ↑ ⌋scerum t^1 : I. sc(a)erumque ω : I. schetumque ς : I. eschetonque b : I. sceumque δ : I. cinerumque L : increpitans Caerumque *coniecit Mueller cl. Paus. 8.25.9 sed non recepit quia 'ueri similius esset, qui u. 463 commemorantur Amphiarai equi Aschetos et Cygnus, eosdem hic ab Amphiarao compellari, quam unum ex illis Cygnum et omisso Ascheto Caerum tamquam tertium...'*; increpitans Caerumque *nihilominus receperunt edd. omnes inde a Kohlmann* : *uersum damnauit Barth sed si hic uersus spurius est, alium ad uatis equos attinentem requirimus*   526 effusae Pς, *et coniecit Barth* : effusae ↑ ⌋effossae t^1 : effossae ω : *ex* off- B^3 : *ex* offosae μ : offensae Q : offossae b : obfossae S   527 tum Pt : tunc ω : nunc DδO : tunc (*add. mg.* nunc) ν^1; iam tunc *uel* iam tum *quindecies apud Statium inuenitur;* iam tunc *quinquies (2.468, 6.76, 279, 851, 12.506) ubi metro confirmatur, sexies (Ach. 1.174, 495, 688, 772, 2.57, 106) ubi metro non confirmatur, in codd. omnibus legitur;* iam tum *metro numquam confirmatur, numquam in codd. omnibus inuenitur etiam ubi (3.517)* cum *ad* tum *respondet; cf. 3.457, 5.472 ubi similis permutatio; Puteaneum semper secutus sum, uide ad 1.112*   528 uicto ω : -tof N : -tor PtδCS   534 monstri ω : -tris Pt, *conferunt edd. Ou. Her. 9.114*   536 rotantur Pμ : ro- ↑ ⌋no t^1 : no- ω   538 ferentem *Heinsius, i.e. in eius dorsum inscendit Hercules; uide ad 7.768*   543 picta Pω : picea *Dilthey cl. Nonn. 7.222*

in latus ire manu mutaturusque uidetur
bracchia, nec siccum speres in stamine crinem;
contra autem frustra sedet anxia turre suprema
Sestias in speculis, moritur prope conscius ignis.
has Adrastus opes dono uictoribus ire
imperat; at generum famula solatur Achaea.
  sollicitat tunc ampla uiros ad praemia cursu
praeceleres: agile studium et tenuissima uirtus,
pacis opus, cum sacra uocant, nec inutile bellis
subsidium, si dextra neget. prior omnibus Idas,
nuper Olympiacis umbratus tempora ramis,
prosilit; excipiunt plausu Pisaea iuuentus
Eleaeque manus. sequitur Sicyonius Alcon,
et bis in Isthmiaca uictor clamatus harena
Phaedimus, alipedumque fugam praegressus equorum
ante Dymas, sed tunc aeuo tardante secutus.
multi et, quos uarii tacet ignorantia uulgi,
hinc atque hinc subiere. sed Arcada Parthenopaeum
appellant densique cient uaga murmura circi.
nota parens cursu; quis Maenaliae Atalantes
nesciat egregium decus et uestigia cunctis
indeprensa procis? onerat celeberrima natum
mater, et ipse procul fama iam notus inermes
narratur ceruas pedes inter aperta Lycaei
tollere et emissum cursu deprendere telum.
tandem expectatus uolucri super agmina saltu
emicat et torto chlamydem diffibulat auro.
effulsere artus, membrorumque omnis aperta est
laetitia, insignes umeri, nec pectora nudis
deteriora genis, latuitque in corpore uultus.

---

544 manu *Markland ad Silu. 1.1.82* : -nus Pω; manu *bene explicat Harris 123 quamquam de codicum lectione nescire uidetur; cf. Ou. Met. 4.353–55, Man. 5.422–24; alii alia coniecerunt cf. Damsté A 393–94*   545 crinem ω : crimen ↑ /crinem t[c] : crimen P   563 *cf.* Σ: *'confudit historiam. hanc enim Atalanten, Hippomenis uxorem, diximus filiam Schoenei fuisse, illam autem, quae cum procis cursu contendit, Oenomai filiam, uxorem Pelopis...', propter quae exclusit Mueller 563–68; sed cf. Apollod. 3.9.3, Seru. ad Verg. Aen. 9.556*   568 comprendere *Seru. ad Verg. Aen. 9.556*   572 insignesque Dδ, *edd. ante Kohlmann*   nudis Pω : *ex* ≡≡≡≡ N : nuda *ex* nu≡≡ D[1], *unde coniecit Postgate* nudat   573 latuitque ω : *ex* aluitque P[r] : aluitque ↑ /latuitque t[1] : lat- ↑ p b[1]   uultus ω : *ex* uirtus P[r]δ[1] : uirtus ↑ /uultus t[1] : uirtus D   patuitque...uirtus *Mueller* : ualuitque...uirtus *Klotz, sed cf. Housman D 12–13 cl. Plat. Charm. 154d,* Σ: *'...latuit uultus comparatione membrorum. nudato enim corpore membrorum pulchritudo uenustatem uultus obnubit'*

ipse tamen formae laudem aspernatur et arcet
mirantes; tunc Palladios non inscius haustus
incubuit pinguique cutem fuscatur oliuo.
hoc Idas, hoc more Dymas aliique nitescunt.
sic ubi tranquillo perlucent sidera ponto
uibraturque fretis caeli stellantis imago,
omnia clara nitent, sed clarior omnia supra
Hesperus exercet radios, quantusque per altum
aethera, caeruleis tantus monstratur in undis.
proximus et forma nec multum segnior Idas
cursibus atque aeuo iuxta prior; attamen illi
iam tenuem pingues florem induxere palaestrae,
deserpitque genis nec se lanugo fatetur
intonsae sub nube comae. tunc rite citatos
explorant acuuntque gradus, uariasque per artes
instimulant docto languentia membra tumultu:
poplite nunc sidunt flexo, nunc lubrica forti
pectora conlidunt plausu, nunc ignea tollunt
crura breuemque fugam necopino fine reponunt.

ut ruit atque aequum summisit regula limen,
corripuere leues spatium, campoque refulsit
nuda cohors: uolucres isdem modo tardius aruis
isse uidentur equi; credas e plebe Cydonum
Parthorumque fuga totidem exiluisse sagittas.
non aliter, celeres Hyrcana per auia cerui
cum procul impasti fremitum accepere leonis
siue putant, rapit attonitos fuga caeca metusque
congregat, et longum dant cornua mixta fragorem.
effugit hic oculos rapida puer ocior aura
Maenalius, quem deinde gradu premit horridus Idas
inspiratque umero, flatuque et pectoris umbra

---

581 exercet Pω : exertat *Schrader fortasse recte, uide ad 8.25* 586 *'fort.* inserpitque' *Garrod, sed agitur de prima lanugine quae descendit a temporibus et per genas sed non iam ad mentum, cf. 586–87, Apul. Apol. 63,* Σ: 'deserpitque genis: *incipit a coma discedere...*' 589 Instimulant ω : Extimulant ↑ /Insti t^1 : Exsti- PQBb, *edd. plerique fortasse recte, sed uereor ne* Exti *ex* Explorant *natum sit* 590 flexo sidunt DδO, *edd. ante Mueller* 593 Vt Pω : *in ras.* B^1 : Vt ↑ /Iam M^{σ} : Iam ↑ /Vt L^{σ} : Iam Nδνr : Cum C 594 leues PDtδL : $leue^s$ O^c : leue *(spatio unius litterae relicto)* N : leue ω : leuem Q 598–600 *interpunxit Housman D 13 : olim interpungebant: non aliter celeres...cerui, cum...leonis, siue putant: rapit...fortasse recte : eodem modo, sed cum commate post* putant, *interpungunt edd. recc., quod recte castigat Housman* 599 Cum Pω : seu *uel* si *Bentley* impasti POT^2*mg.* : impasti ↑ /infau t^1 : infausti ω : infasti K : infaustì ↑ e *s.* -au- b^2

terga premit. post ambiguo discrimine tendunt
Phaedimus atque Dymas, illis celer inminet Alcon.
flauus ab intonso pendebat uertice crinis
Arcados; hoc primis Triuiae pascebat ab annis
munus et, Ogygio uictor cum Marte redisset,
nequiquam patriis audax promiserat aris.
tunc liber nexu lateque in terga solutus
occursu Zephyri retro fugit et simul ipsum
impedit infestoque uolans obtenditur Idae.
inde dolum iuuenis fraudique accommoda sensit
tempora; iam finem iuxta, dum limina uictor
Parthenopaeus init, correpto crine reductum
occupat, et longe primus ferit ostia portae.
  Arcades arma fremunt, armis defendere regem,
ni raptum decus et meriti reddantur honores,
contendunt totoque parant descendere circo.
sunt et quis Idae placeat dolus. ipse regesta
Parthenopaeus humo uultumque oculosque madentes
obruit, accessit lacrimarum gratia formae.
pectora nunc maerens, nunc ora indigna cruento
ungue secat meritamque comam, furit undique clamor
dissonus, ambiguumque senis cunctatur Adrasti
consilium. tandem ipse refert: 'compescite litem,
o pueri! uirtus iterum temptanda; sed ite
limite non uno, latus hoc conceditur Idae,
tu diuersa tene; fraus cursibus omnis abesto.'
  audierant, dictoque manent. mox numina supplex
adfatu taccito iuuenis Tegeaeus adorat:

---

612 fugit Pω : fuit r, *unde* fluit *coniecit Bentley, sed cf. 4.368, 7.236 (hic quoque* fluit *coniecit Bentley), 609, 8.764, 10.473, 11.496, 617 ubi similis permutatio; nodos* fugit *crinis ut* 'liber nexu lateque in terga solutus' *(611)*   613 obtenditur Bς : ostenditur Pω 617 longe PNδOfνCbr : -gae DtMQB, *edd. plerique, cf. Klotz: 'non* longe primus *aduenit Idas, quippe qui* finem iuxta *Parthenopaeum superauerit'; sed non clarum est quid significare possit 'porta longa', (temptat Mozley uel 'lata' uel 'longinqua'). sensus est: tam uiolenter reductus est Parthenopaeus ut Idas esset uictor indubius, cf. Håkanson B 45*   620 descendere ς, *(i.e. in circum, cf. 7.426–27, 2.547, 3.47)* : discendere P : discedere δ : contendere ↑ /discedere D[1] : discedere ↑ /dece t[1] : decedere ω 623 gloria D, *uide ad 6.68*   625–946 *in* D *fere non legi possunt*   627 Consilium ω : *ex* Conci- M[1]Q[2] : Conci- PDfLBb, *uide ad 1.198*   629 latus hoc Pt : latus *(*↑i*)* hoc δ^1 : latus[hoc] D[?] : latus hox *ex* litus M[σ]Q[1] : litus NOfνCB : *ex* latus μ : litus ↑ /latus hoc T[1] : litus ↑ /latis r[1]   631 dictoque manent Pt : dictoque parent Lνr : dictoque parent N : dicto p. D : dictoque fauent ↑ /parent δ^1 : dictoque fauent *(*fau- *in ras.)* O[1]; manent *uindicauit Gronouius cl. Verg. Aen. 2.160, 8.643 etc.*   632 Tegeaeus *edd.* : teg(a)eus Pω, *uide ad 1.575*

'diua potens nemorum (tibi enim hic, tibi crinis honori
debitus, eque tuo uenit haec iniuria uoto),
si bene quid genetrix, si quid uenatibus ipse
promerui, ne, quaeso, sinas hoc omine Thebas
ire nec Arcadiae tantum meruisse pudorem.'
auditum manifesta fides: uix campus euntem
sentit, et exilis plantis interuenit aer,
raraque non fracto uestigia puluere pendent.
inrumpit clamore fores, clamore recurrit
ante ducem prensaque fouet suspiria palma.
finiti cursus, operumque insignia praesto.
Arcas equum dono, clipeum gerit improbus Idas,
cetera plebs Lyciis uadit contenta pharetris.
  tunc uocat, emisso si quis decernere disco
impiger et uires uelit ostentare superbas.
it iussus Pterelas et aenae lubrica massae
pondera uix toto curuatus corpore iuxta
deicit; inspectant taciti expenduntque laborem
Inachidae. mox turba ruunt, duo gentis Achaeae,
tres Ephyreiadae, Pisa satus unus, Acarnan
septimus; et plures agitabat gloria, ni se
arduus Hippomedon cauea stimulante tulisset
in medios, lateque ferens sub pectore dextro
orbem alium: 'hunc potius, iuuenes, qui moenia saxis
frangere, qui Tyrias deiectum uaditis arces,
hunc rapite: ast illud cui non iaculabile dextrae
pondus?' et arreptum nullo conamine iecit
in latus. absistunt procul attonitique fatentur
cedere; uix unus Phlegyas acerque Menestheus
(hos etiam pudor et magni tenuere parentes)
promisere manum; concessit cetera pubes
sponte et adorato rediit ingloria disco.

---

633 *alterum* tibi *om.* PD 636 omine ω : ominine B : ominime b : nomine ↑ /omine t^1 : nomine P : omine *in ras.* O^1 640 Raraque Pω : rasaque *Heinsius 2.1.203* : raptaque *Garrod B 260, sed* raraque *apte de passibus longioribus dicitur* 641 Inrumpit P : Inrupit ω, *fortasse recte, uide ad 1.340, 4.645* 642 fouet P, *Heinsius 4.4.593* : fouet ↑ /leuat t^1 : leuat ω 645 uadit Pt : gaudet ↑ /libat δ^{σ} : gaudet ω 646 decernere ω : discernere PN : *ex* desc- t : contendere ↑ /discere δ^1 649 corpore ω : corpore ↑ /pondere t^1 : pondere P 655 medios Ptδ : $-o^s$ O^1 : -o NfMμνCQBbr 659 arreptum OBb : abr- Pω; arreptum *etiam coniecit Heinsius, cf. Housman D 13, uide ad 1.122* 660 absistunt Pω : *in ras.* O^1 : *ex* ads- μ^1, *uide ad 5.23* 663 manus δ, *cf.* Σ *6.661: 'ordo:* uix promisere manus*', cf. Klotz F 486* 664 adorato Pω : ab aerato *Damsté A 395*

qualis Bistoniis clipeus Mauortis in aruis
luce mala Pangaea ferit solemque refulgens
territat incussaque dei graue mugit ab hasta.
  Pisaeus Phlegyas opus incohat et simul omnes
abstulit in se oculos: ea uiso corpore uirtus
promissa. ac primum terra discumque manumque
asperat, excusso mox circum puluere uersat,
quod latus in digitos, mediae quod certius ulnae
conueniat, non artis egens: hic semper amori
ludus erat, patriae non tantum ubi laudis obiret
sacra, sed alternis Alpheon utrumque solebat
metari ripis et, qua latissima distant,
non umquam merso transmittere flumina disco.
ergo operum fidens non protinus horrida campi
iugera, sed caelo dextram metitur, humique
pressus utroque genu collecto sanguine discum
ipse super sese rotat atque in nubila condit.
ille citus sublime petit similisque cadenti
crescit in aduersum, tandemque exhaustus ab alto
tardior ad terram redit atque inmergitur aruis.
sic cadit, attonitis quotiens auellitur astris,
Solis opaca soror; procul auxiliantia gentes
aera crepant frustraque timent, at Thessala uictrix
ridet anhelantes audito carmine bigas.
conlaudant Danai †sed non tibi molle tuenti,
Hippomedon† maiorque manus speratur in aequo.
  atque illi extemplo, cui spes infringere dulce
inmodicas, Fortuna uenit. quid numina contra
tendere fas homini? spatium iam inmane parabat,
iam ceruix conuersa, et iam latus omne redibat:
excidit ante pedes elapsum pondus et ictus

669 ea uiso P : ea uiso ↑ /exhausto t[1] : exhausto ω; ea uiso *primus uindicauit Garrod interpunctionem restituens; antea sic interpungebant:* Pisaeus...incohat, et simul omnes abstulit in se oculos exhausto (ex uasto *Mueller* : ex uiso *Baehrens*) corpore uirtus promissa   673 huic *Klinnert*   675 utrumque P : utr≡imque B : utrimque ω, *edd. ante Klotz, uide ad 6.13, 10.142; 5.401*   676 Metari P : Metiri ω, *fortasse recte, cf. 679, Vollmer ad Silu. 5.2.43*   679 sed ω : sic P   caelo dextram PωΣ : caelo dextra δO : caelum dextra tN : *ex* caelo dextram S[2]; caelo dextram *uindicauit Gronouius interpretans: 'quid dextra ualeat in coelum misso disco experitur'*   humique ω : ubique P   684 ad Pt : in ω   689 *locus non sanus uidetur; quo modo datiuum* tibi...tuenti *explicari possit non clarum est; mirifice interpretatur* Σ: 'molle tuenti*: despicienti, contemnenti'; fortasse sensus est: non tibi dulce est cum tueris, uel etiam legendum est* dulce *pro* molle; te molle tuenti *Guyetus*   691 atque *cf. Austin ad Verg. Aen. 2.796*

destituit frustraque manum demisit inanem.
ingemuere omnes, rarisque ea uisa uoluptas.
inde ad conatus timida subit arte Menestheus
cautior, et multum te, Maia crete, rogato
molis praeualidae castigat puluere lapsus.
illa manu magna et multum felicior exit,
nec partem exiguam circi transuecta quieuit.
fit sonus, et fixa signatur terra sagitta.
tertius Hippomedon ualida ad certamina tardos
molitur gressus; namque illum corde sub alto
et casus Phlegyae monet et fortuna Menesthei.
erigit adsuetum dextrae gestamen, et alte
sustentans rigidumque latus fortesque lacertos
consulit ac uasto contorquet turbine, et ipse
prosequitur. fugit horrendo per inania saltu
iamque procul meminit dextrae seruatque tenorem
discus, nec dubia iunctaue Menesthea uictum
transabiit meta: longe super aemula signa
consedit uiridesque umeros et opaca theatri
culmina ceu latae tremefecit mole ruinae:
quale uaporifera saxum Polyphemus ab Aetna
lucis egente manu tamen in uestigia puppis
auditae iuxtaque inimicum exegit Vlixen.
[sic et Aloidae, cum iam calcaret Olympum
desuper Ossa rigens, ipsum glaciale ferebant
Pelion et trepido sperabant iungere caelo.]
  tum genitus Talao uictori tigrin inanem
ire iubet, fuluo quae circumfusa nitebat
margine et extremos auro mansueuerat ungues.
Cnosiacos arcus habet et uaga tela Menestheus.

---

696 demisit Pω : dẹ- ↑ i B[1]b[1] : di- Nδfμ𝜈C, *uide ad 2.359* 699 crete *Schrader* : create P : nate ω 700 praeualidae P : praeualidae ↑ praegrauidae t[1] : praegrauidae ω, *cf. 7.396* grauidas ω *(recte)* : ualidas P *(perperam), 10.857* grauidas ω *(perperam)* : ualidas P, *etc. (recte)* 701 Illa ω : Ille P multum ω : -to ↑ /tum t[1] : -to P, *fortasse recte sed cf. Diggle 142 cl. 6.583, 9.559* 703 fit sonus *cf. 897* 707 gestamen ω : certamen ↑ /gestamen t[1] : certamen P, *Barth cl. Verg. Ecl. 7.16 quod nihil est ad rem;* certamen *e* certamina *(704) natum esse uidetur, cf. Håkanson B 45–46 cl. Val. Fl. 6.648–49* 712 iunctaque Pt, *uide ad 1.102* 713 metas P 719–21 *habent duo tresue codd. recc.; editorum primus Gronouius protulit: 'uersus autem illos nec nimis adfirmabo Statii esse...nec excludere omnino possum'; excluserunt edd. plerique ut ineptos cl. 10.849–52, cf. Klotz C 363–64* 719 celaret *Gronouius* 720 ipsum *Gronouius* : ipsam *uel* ipsa ς : supra *Damsté A 395–96* ferebant *Gronouius* : -bat ς 721 sperabant ς : spir- *coniecit Klotz ex* spịr- ς, *uide ad 1.18* 722 Tum Pω : Tunc Dtδμ𝜈Q, *uide ad 1.112* 723 circumfulsa Pf

'at tibi' ait 'Phlegya, casu frustrate sinistro,
hunc, quondam nostri decus auxiliumque Pelasgi,
ferre damus, neque enim Hippomedon inuiderit, ensem.
nunc opus est animis: infestos tollite caestus
comminus; haec bellis et ferro proxima uirtus.'
  constitit inmanis cerni inmanisque timeri
Argolicus Capaneus, ac dum nigrantia plumbo
tegmina cruda boum non mollior ipse lacertis
induitur, 'date tot iuuenum de milibus unum
huc' ait 'atque utinam potius de stirpe ueniret
aemulus Aonia, quem fas demittere leto,
nec mea crudelis ciuili sanguine uirtus.'
obstipuere animi, fecitque silentia terror.
tandem insperatus nuda de plebe Laconum
prosilit Alcidamas: mirantur Dorica regum
agmina, sed socii fretum Polluce magistro
norant et sacras inter creuisse palaestras.
ipse deus posuitque manus et bracchia finxit
(materiae suadebat amor); tunc saepe locauit
comminus, et simili stantem miratus in ira
sustulit exultans nudumque ad pectora pressit.
illum indignatur Capaneus ridetque uocantem,
ut miserans, poscitque alium; tandemque coactus
restitit, et stimulis iam languida colla tumescunt.
fulmineas alte suspensi corpora plantis
erexere manus; tuto procul ora recessu
armorum in speculis, aditusque ad uulnera clausi.
hic, quantum Stygiis Tityos consurgat ab aruis,
si toruae patiantur aues, tanta undique pandit

---

726 frustrate ω : -tiate B : -trante P 729 tollite Pμ : tollere ων *(sic), quod ante Kohlmann legebant sine interpunctione* 729 caestos P 731 inmanesque P timeri PDtOB¹ : tueri ω 736 demittere ς, *edd.* : di- Pω, *cf. 1.659 et uide ad 2.359* 737 Nec Pω : Ne^c D *(secundum Garrod), sed in* D *uersus legi non potest; supra uersum littera* c *inserta est, pars adotationis, ut uidetur* : ne...crudescat *Barth, sed cf.* Σ: *'subaudimus "esset" ', Ach. 1.776, Dilke ad Ach. 1.143; si de* nec *dubitas cf. Cic. Off. 2.3, Ou. Met. 13.43–44, OLD s.u. 'neque' 3b* 744 Materiae PωΣ : -iae ↑ lam M^σ : -iē b¹ : -iem tC : -iam Nδμν, *unde Gronouius interpunxit:* et bracchia finxit materiam (suadebat amor) tunc *'per epexegesin, ut sit instar materiae', sed cf.* Σ: 'materiae suadebat amor*: ut doceret quod delectabatur'*; materiae, *tamen, significat pueri corpus, non, ut putauit Mozley, palaestrae artem* 746 ad ω : in Pt, *cf. 10.579, Verg. Aen. 7.518* 751 Erexere ω : Exercere P : exeruere *temptauit Mueller* 753 quantum Pω : -tus *ex* -tum KS² : -tum *ex* -tus δ^c : -tus NtOfCb, *edd. ante Kohlmann fortasse recte, cf. 11.12* tityos stygiis Pς, *Mueller cl. 1.710 ubi tamen* Stygiis Tityon *non patiatur metrum, cf. 6.108, 617*

membrorum spatia et tantis ferus ossibus extat.
hic paulo ante puer, sed enim maturius aeuo
robur, et ingentes spondet tener impetus annos,
quem uinci haud quisquam saeuo neque sanguine tingi
malit, et erecto timeat spectacula uoto.
ut sese permensi oculis et uterque priorem
sperauere locum, non protinus ira nec ictus:
alternus paulum timor et permixta furori
consilia, inclinant tantum contraria iactu
bracchia et explorant caestus hebetantque terendo.
doctior hic differt animum metuensque futuri
cunctatus uires dispensat: at ille nocendi
prodigus incautusque sui ruit omnis et ambas
consumit sine lege manus atque inrita frendit
insurgens seque ipse premit. sed prouidus astu
et patria uigil arte Lacon hos reicit ictus,
hos cauet; interdum nutu capitisque citati
interger obsequio, manibus nunc obuia tela
discutiens, instat gressu uultuque recedit:
saepe etiam iniustis conlatum uiribus hostem
(is uigor ingenio, tanta experientia dextrae est)
ultro audax animis intratque et obumbrat et alte
adsilit. ut praeceps cumulo salit unda minantes
in scopulos et fracta redit, sic ille furentem
circumit expugnans; leuat ecce diuque minatur
in latus inque oculos; illum rigida arma cauentem
auocat ac manibus necopinum interserit ictum
callidus et mediam designat uulnere frontem:
iam cruor, et tepido signantur tempora riuo.
nescit adhuc Capaneus subitumque per agmina murmur

---

758 haud ω : aut PB¹ neque Pω : nec OQ, *edd. ante Kohlmann, sed uide ad 1.371* 759 timeat Pω : -ant DδCbr, *Bernartius* spectacula *ut 'spectatores' interpretans, quod tamen sensum ieiunum dare uidetur* 766 Cunctatus ω : -tur ↑]tus t¹ : -tur P : -tor *Baehrens* 770 reicit PDtOΣ : *ex* proicit δ¹ : eicit ω : eiecit r : ei≡cit B; *de* Σ *cf. Klotz F 491* 773 instat PωΣ : intrat *Alton 181 (cf. 776), sed cf.* Σ: *'ut caueret ictus certaminis, anteibat pede, facie recedebat'* 776 intratque Pω : instatque ς, *edd. uett., Kohlmann, Alton 181 (cf. 773), sed sensus est: etiam in propugnacula progreditur, cf.* audax 777 cumulo salit ω : -los agit ↑]lo salit t¹ : -losagit P, *cf. 9.465–66* 779 leuat *sc. manus (uel* rigida arma, *cf. T.L.L. 7.2.1234.29–31)* 780 inque ω : que ↑ at *s.* q- b² : illum P 781 Auocat Pω : Auocat ↑ prouocat O^{σ} : Aduocat ↑ prouocat Q¹ :]auoAduocat ν : Aḍuocat δ¹ : Aduocat D : Euocat Cb, *uide ad 4.250* 781 ac P : et ω, *fortasse e 782* 782 et Pω : ac *edd. ante Mueller* 783 nigrantur *coniecit Garrod ob* designat *(782), sed cf. e.g.* tamen...tamen *(794–95)*

miratur; uerum ut fessam super ora reduxit
forte manum et summo maculas in uellere uidit,
non leo, non iaculo tantum indignata recepto
tigris: agit tot cedentem feruidus aruo
praecipitatque retro iuuenem atque in terga supinat,
dentibus horrendum stridens, geminatque rotatas
multiplicatque manus. rapiunt conamina uenti,
pars cadit in caestus; motu Spartanus acuto
mille cauet lapsas circum caua tempora mortes
auxilioque pedum, sed non tamen inmemor artis
aduersus fugit et fugiens tamen ictibus obstat.
  et iam utrumque labor suspiriaque aegra fatigant:
tardius ille premit, nec iam hic absistere uelox,
defectique ambo genibus pariterque quierunt.
sic ubi longa uagos lassarunt aequora nautas
et signum de puppe datum, posuere parumper
bracchia: uix requies, iam uox citat altera remos.
ecce iterum inmodice uenientem eludit et exit
sponte ruens mersusque umeris: effunditur ille
in caput, adsurgentem alio puer improbus ictu
perculit euentuque impalluit ipse secundo.
clamorem Inachidae, quantum non litora, tollunt,
non nemora. illum ab humo conantem ut uidit Adrastus
tollentemque manus et non toleranda parantem:
'ite, oro, socii, furit, ite, opponite dextras,
festinate, furit, palmamque et praemia ferte!
non prius, effracto quam misceat ossa cerebro,
absistet, uideo; moriturum auferte Lacona.'
nec mora, prorumpit Tydeus, nec iussa recusat
Hippomedon; tunc uix ambo conatibus ambas
restringunt cohibentque manus ac plurima suadent:
'uincis, abi; pulchrum uitam donare minori.
noster et hic bellique comes.' nil frangitur heros,
ramumque oblatumque manu thoraca repellit

---

786 uellere *cf. Borthwick 142, Harris 23*   795 Aduersus PΣ : Auersus ω, *sed cf.* Σ: *'ita Alcidamas aduersus cedebat furori, ut numquam fugiens uideretur. graue enim uiro forti crimen est terga dedisse certamini'; uide ad 4.250*   tamen *uide ad 1.480*   797 absistere Pω : obsistere *diffidenter coniecit Barth: 'non ausim damnare hanc scripturam* [absistere], *omnibus libris eam tuentibus: clarius tamen et facilius legatur';* obsistere *recepit Garrod cl. 812, sed cf. 660*   800 signum...datum PNtfBbS : -num *(*↑ *]*o*)*...datum *(*↑ o*)* ν^1 : *in ras.* O^1 : -no...-to ω   801 citat PtCΣ : ciet ↑]citat O^1 : ciet ω   815 cohibentque Pδ : co- ↑]pro t^1 : pro- ω   816 pulchrum Pt : pulchrum est ω

uociferans: 'liceat! non has ego puluere crasso
atque cruore genas, meruit quibus iste fauorem
semiuiri, foedem, mittamque informe sepulcro
corpus et Oebalio donem lugere magistro?'
dicit; at hunc socii tumidum et uicisse negantem
auertunt, contra laudant insignis alumnum
Taygeti longeque minas risere Lacones.
   iamdudum uariae laudes et conscia uirtus
Tydea magnanimum stimulis urguentibus angunt.
ille quidem et disco bonus et contendere cursu,
nec caestu bellare minor, sed corde labores
ante alios erat uncta pale. sic otia Martis
degere et armiferas laxare adsueuerat iras
ingentes contra ille uiros Acheloia circum
litora felicesque deo monstrante palaestras.
ergo ubi luctandi iuuenes animosa citauit
gloria, terrificos umeris Aetolus amictus
exuitur patriumque suem. leuat ardua contra
membra Cleonaeae stirpis iactator Agylleus,
Herculea nec mole minor, sic grandibus alte
insurgens umeris hominem super improbus exit.
sed non ille rigor patriumque in corpore robur:
luxuriant artus, effusaque sanguine laxo
membra natant; unde haec audax fiducia tantum
Oenidae superare parem. quamquam ipse uideri

---

819 non has PtδO : has non ω   puluere ω : uulnere P : uulnere ↑ /puluere t[1], *uide ad 4.590*   820–21 meruit quibus iste fauorem semiuiri *scripsi (i.e. Pollucis qui semiuir est non modo ut Alcidamantis amator, cf. 6.734–46. 10. 498–502, sed etiam ut semideus)* : meruit quibus iste fauorem semiuir ω : m. q. ista iuuenta semiuir P, *quod recepit Garrod (B 260–61) interpretans: 'non has(eius) genas puluere et cruore, quibus (i.e. quibus puluere atque cruore) ista semiuir iuuenta [infodi] meruit, infodiam?'* : m.q. ista iuuenta semiuiri *Klotz* : metuit quibus ista iuuenta semiuiri *Håkanson A 169–70*   821 foedem *Håkanson A 169–70 cl. Verg. Aen. 12.97–100* : infodiam Pω : effodiam *Postgate*   823 Dicit P : Dixit ω, *cf. 10.848, 12.692, Ach. 1.343 ubi similis permutatio*   at hunc ω : adhuc Pδf   827 urgentibus *ex* ingentibus P[1] : ingentibus ω, *fortasse recte cf. 5.143, sed cf. 6.319; uide ad 6.855*   829 corde Pω *(i.e. 'in corde', cf. 4.490, 10.221, Ellis ad Cat. 44.3)* : cara *Markland ad Silu. 5.3.93* : cura *Garrod*   830 pale ς : pales PωΣ   833 felicesque...palaestras *interpretatur Håkanson B 46–47: et circum palaestras quae felices sunt ob dei doctrinam*   monstrante ω : -trare P   837 iactator ω : -tur ↑ o Q[1] : -tur P   838 sic ω : si ↑ sic P[r] : sed O   839 super *cf. 3.694, 5.136*   Σ: 'exit: *proceritate corporis humanam formam uidebatur excedere', cf. OLD s.u. 10*   841 effusaque PωΣ : effusaque ↑ /effeta(que) t[1]δ[1] : effetaque ↑ /effusa O[σ] : effetaque N, *fortasse e 873*   842 unde Pμ : Vnde ↑ /Inde t[1] : inde ω, *fortasse recte*   843 parem ω : pa/rem C : pa≡rem Q : patrem P

exiguus, grauia ossa tamen nodisque lacerti
difficiles. numquam hunc animum natura minori
corpore nec tantas ausa est includere uires.
postquam oleo gauisa cutis, petit aequor uterque
procursu medium atque hausta uestitur harena.
tum madidos artus alterno puluere siccant,
collaque demersere umeris et bracchia late
uara tenent. iam tunc astu deducit in aequum
callidus et celsum procuruat Agyllea Tydeus,
summissus tergo et genibus uicinus harenae.
ille autem, Alpini ueluti regina cupressus
uerticis urguentes ceruicem inclinat ad Austros
uix sese radice tenens, terraeque propinquat,
iamdudum aetherias eadem reditura sub auras:
non secus ingentes artus praecelsus Agylleus
sponte premit paruumque gemens duplicatur in hostem,
et iam alterna manus frontemque umerosque latusque
collaque pectoraque et uitantia crura lacessit.
interdumque diu pendent per mutua fulti
bracchia, nunc saeui digitorum uincula frangunt.
non sic ductores gemini gregis horrida tauri
bella mouent; medio coniunx stat candida prato
uictorem expectans, rumpunt obnixa furentes
pectora, subdit amor stimulos et uulnera sanat:
fulmineo sic dente sues, sic hispida turpes
proelia uillosis ineunt complexibus ursi.
uis eadem Oenidae; nec sole aut puluere fessa
membra labant, riget arta cutis durisque laborum
castigata toris. contra non integer ille

848–49 uestitur...Tum Pω : consistit...tum *Poynton B 145 quia idem bis facere uideantur* : uestitur...dum *Håkanson B 47–48 ob eandem causam cl. Ou. Met. 9.35–36; sed primo uterque se deinde alter alterum (*alterno, *cf. 1.37, 2.643) harena uestit* 851 Vara PCBΣ : Vara ↑ (/)Curua t^1M^{σ} : Vara *(ex* Vasta*)* ↑ /curua δ^c : Vasta ↑ /uara Q^1 : Clara ↑ /uasta /uara ν^2 : Curua ↑ /Vasta O^1 : ~~Curua~~ ↑ uara N^2 : Curua D : Clara *(ex* Ca-*)* ↑ /Vana L^{σ} : ≡≡≡≡≡ ↑ curua M^{σ}*; cf.* Σ: 'uara*: inflexa paululum crura seu foris extensa. ut Horatius (Sat. 1.3.47): "hunc uarum distortis cruribus". quos uulgo uascos uocant'; unde fortasse* uasta *natum est; cf. Mart. 7.32.9* 855 urguentes...ad austros δOr : -tes...in *(*↑ /ad*)* a. t^1S^c : -tes...in a. ω : ingentes...ad a. N *(cf. 6.827 ubi similis permutatio)* : urguenti...in austros P : -ti...in Austro *Baehrens, sed uide ad 2.580–81* : -ti...ab Austro *Imhof, fortasse recte, sed cf. Silu. 2.1.106, 3.3.129, Verg. G. 3.134* 857 Iamdudum Pω : actutum *Phillimore* 859 hoste P 860 Et iam ω : Iam P : Iamque δf 867 sanat Pω : lauat μ; *recte conferunt 3.335* 868 Fulmineo Pb : -nei ω, *fortasse recte cf. 11.530, Ach. 2.124, sed cf. Theb. 2.470, Ou. Met. 10.550, Mart. 11.69.9* 870 fessi Pδ, *Klotz fortasse recte (cf. 7.446), fortasse ex* ursi *natum*

flatibus alternis aegroque effetus hiatu
exuit ingestas fluuio sudoris harenas
ac furtim rapta sustentat pectora terra.
instat agens Tydeus fictumque in colla minatus
crura subit; coeptis non eualuere potiri
frustratae breuitate manus, uenit arduus ille
desuper oppressumque ingentis mole ruinae
condidit. haud aliter collis scrutator Hiberi,
cum subiit longeque diem uitamque reliquit,
si tremuit suspensus ager subitumque fragorem
rupta dedit tellus, latet intus monte soluto
obrutus, ac penitus fractum obtritumque cadauer
indignantem animam propriis non reddidit astris.
acrior hoc Tydeus, animisque et pectore supra est.
nec mora, cum uinclis onerique elapsus iniquo
circumit errantem et tergo necopinus inhaeret,
mox latus et firmo celer implicat ilia nexu,
poplitibus genua inde premens euadere nodos
nequiquam et lateri dextram insertare parantem
improbus, horrendum uisu ac mirabile pondus,
sustulit. Herculeis pressum sic fama lacertis
terrigenam sudasse Libyn, cum fraude reperta
raptus in excelsum, nec iam spes ulla cadendi,
nec licet extrema matrem contingere planta.
fit sonus, et laetos attollunt agmina plausus.
tunc alte librans inopinum sponte remisit
obliquumque dedit, procumbentemque secutus
colla simul dextra, pedibus simul inguina uinxit.
deficit obsessus soloque pudore repugnat.
tandem pectus humi pronamque extensus in aluum
sternitur, ac longo maestus post tempore surgit,
turpia signata linquens uestigia terra.
palmam autem dextra laeuaque nitentia dono
arma ferens Tydeus: 'quid si non sanguinis huius
partem haud exiguam (scitis) Dircaeus haberet

873 hiatu Pω : hiatu ↑ /halatu $t^1T^1r^1$: alatu ↑ /hyatu ν^2 : halatu Nb : alatu *ex* ≡latu B 876 fictumque NνQr : *ex* r- ? B : ictumque ↑ /fictum M^σ : ≡ictumque L : ictumque PDtδOfμCb; fictumque *uindicauit Gronouius cl. 12.688* 879 more *Gronouius cl. 7.401–02 sed cf. 6.715* 880 Condidit ωΣ : Condidit ↑ /concidit t^1 : Concidit P 882 Sic P 884 obtritumque P *(errat Klotz)* : obtritumque ↑ /obductum t^1 : obductumque ω : oppressumque μ, *cf. 879* 900 uinxit Pω : *ex* ti- C : uinxit *uel* iunxit NMνδO : iunxit tfμQ 902 pectus Pω : pectus ↑ /pressus t^1 : pressus D, *sed sensus est: in pectus et in aluum, uide ad 4.643* 903 tempora P

campus, ubi hae nuper Thebarum foedera plagae?'
haec simul ostentans quaesitaque praemia laudum
dat sociis, sequitur neglectus Agyllea thorax.
  sunt et qui nudo subeant concurrere ferro:
iamque aderant instructi armis Epidaurius Agreus
et nondum fatis Dircaeus agentibus exul.
dux uetat Iasides: 'manet ingens copia leti,
o iuuenes! seruate animos auidumque furorem
sanguinis aduersi. tuque o, quem propter auita
iugera, dilectas cui desolauimus urbes,
ne, precor, ante aciem ius tantum casibus esse
fraternisque sinas (abigant hoc numina!) uotis.'
sic ait, atque ambos aurata casside ditat.
tum generum, ne laudis egens, iubet ardua necti
tempora Thebarumque ingenti uoce citari
uictorem: dirae retinebant omina Parcae.
  ipsum etiam proprio certamina festa labore
dignari et tumulis supremum hunc addere honorem
hortantur proceres ac, ne uictoria desit
una ducum numero, fundat uel Lyctia cornu
tela rogant, tenui uel nubila transeat hasta.
obsequitur gaudens, uiridique ex aggere in aequum
stipatus summis iuuenum descendit; at illi
pone leues portat pharetras et cornua iussus
armiger: ingentem iactu transmittere circum
eminus et dictae dare uulnera destinat orno.
  quis fluere occultis rerum neget omina causis?

---

911 subeant Pω : -eunt δ : *'an iubeant? Klotz', sed cf. 7.381–82* 912 instructi armis PωΣ : armis instructi *Mueller A 16: 'solet enim Statius cauere ne longa uocalis uel diphthongus cum syllaba acuta concurrat in medio uersus sententiaeue tenore'* 917 dilectas ω : del- Pt desolauimus ωΣ : *ex* -a≡i- B : *ex* -abi- T² : -abi- PNS : desobimus r, *uide ad 9.370* 921 Tum ω : Tunc PtδO, *uide ad 1.112* generum P : -rum ↑ Iro t¹ : -ro ω 922 Thebanumque (recinebant *recipiens) Alton 182 interpretans: ' "Thebanus uictor (i.e. Polynices) citetur," ait Adrastus: "Thebanus uictor (i.e. Eteocles uel Creon) citetur," recinunt Parcae'; quod artificiosius uidetur quam uerisimilius* 923 retinebant ω : renuebant *coniecit uel in codice inuenit Barth* : recin- *uel* retin- S : recinebant P; *sed Parcae, nisi uerba Adrasti aliter intellegunt ac ipse Adrastus, non possunt Adrasti uerba ut omina recinere, cf. Hor. C.S. 25–26* parcae Pω : parrae (recinebant *recipiens) Mueller cl. Hor. C. 3.27. 1* 924 fessa P 925 tumulis Pδ : -lo ω, *cf. Housman D 13 cl. 5.674, 7.179* 927 lyctia Pω : ly≡tia Q : licia δC : lycia fμνb : litia NtO; Lyctia *primus uindicauit Bentley* 934 omina PωΣ : omnia δfMμCQb : oįã ↑ m *s.* oi- *ν*²

fata patent homini, piget inseruare, peritque
uenturi praemissa fides: sic omina casum
fecimus, et uires hausit Fortuna nocendi.
  campum emensa breui fatalis ab arbore tacta,
horrendum uisu, per quas modo fugerat auras,
uenit harundo retro uersumque a fine tenorem
pertulit, et notae iuxta ruit ora pharetrae.
multa duces errore serunt: hi nubila et altos
occurrisse Notos, aduersi roboris ictu
tela repulsa alii. penitus latet exitus ingens
monstratumque nefas: uni remeabile bellum,
et tristes domino spondebat harundo recursus.

---

936 praemissa Ptδ : promissa ω   omina ωΣ : omnia PδfμB : omn≡a ↑ i *s.* -mn- Q^2 : omina ↑ /omnia M^{σ} : omnia *ex* ≡≡≡≡≡ L^{σ}; *cf.* Σ: 'sic omina casum*: omina sunt rerum futurarum signa siue bonarum siue malarum. casus autem sunt subiti prouentus. cum enim non quaerimus, quae futura sunt, nec procuramus aduersa, cum neglectu nostro improuisa proueniunt. mala, quae accidunt, casui deputamus'; uide ad 2.196*   casum PωΣ : -us O : cassa *Mueller*   937 hausit PSς : hausit ↑ /auxit t^1 : auxit ω   938 emissa Pt   943 aduersi Pς : -si ↑ /o t^1 : -so ω : aḍuerso f   945 monstratumque (nefas!) uni remeabile bellum *distingui uoluit Markland ad Silu. 2.6.3*

LIBER SEPTIMVS

Atque ea cunctantes Tyrii primordia belli
Iuppiter haud aequo respexit corde Pelasgos,
concussitque caput motu quo celsa laborant
sidera proclamatque adici ceruicibus Atlans.
tunc ita uelocem Tegees adfatus alumnum:
'i, medium rapido Borean inlabere saltu
Bistonias, puer, usque domos axemque niuosi
sideris, Oceano uetitum qua Parrhasis ignem
nubibus hibernis et nostro pascitur imbri.
atque ibi seu posita respirat cuspide Mauors,
quamquam inuisa quies, seu, quod reor, arma tubasque
insatiatus habet caraeque in sanguine gentis
luxuriat: propere monitus iramque parentis
ede, nihil parcens. nempe olim accendere iussus
Inachias acies atque omne quod Isthmius umbo
distinet et raucae circumtonat ira Maleae:
illi, uix muros limenque egressa iuuentus,
sacra colunt; credas bello rediisse, tot instant
plausibus, offensique sedent ad iusta sepulcri.
hicne tuus, Gradiue, furor? sonat orbe recusso
discus et Oebalii coeunt in proelia caestus.
at si ipsi rabies ferrique insana uoluptas

1–254 *in* D *uix legi possunt* 1 ea PωΣ : ita *Damsté B 78* 4 at(h)lans μK : -ans PQ : atla≡s ↑ h *s.* -tl- B^1 : at(h)las ω, *uide ad 1.98* 5 affatus P^1 : -tur P^{r}ω : *ex* eff- f^1 7 puer P : super ω; *cf. 2.155, 206–07, 5.530* 11 *'an* iniussa *propter u.14?' Garrod* 12 habet Pω : auet *(uide ad 9.370) Schrader* : obit *Baehrens* : *'an* hiat*?' Garrod* : *alii alia, sed sensus est: bella Thebana non auet Mars aut quia bella deposuit aut quia bella iam habet; non omnino dissimile est* Iunonia templa...laeuus habens *(1.383–84); uide ad 6.160;* auet *frustra defendit Håkanson B 49* caraeque Pω : *'an* Thracaeque*?' Garrod, parum ueri similiter, quod tamen Klotz incaute damnauit ut adiectiuum non Statianum: apud Val. Fl. inuenimus 'Thrax' quater (1.611, 2.107, 251, 5.664), 'Thracius' ter (1.277, 3.705, 4.85), 'Thressa' quater (2.132, 165, 239, 344), 'Threissa' semel (2.147), 'Threicius' semel (2.432), 'Thracus' semel (2.202)* 16 Distinet ω : *ex* Des- Q^{1}B^1 : Dis- ↑e t^1 : Des- Pr : *ex* Fes- C : Destinat O 17 Illi PωΣ : *ex* Ille f^1 : Illi^c M^{1}ν^2 : Illic δ, *edd. uett., Peyraredus, sed cf.* Σ: *'qui sunt* illi*? id est iuuentus Argiua' commata posuit Ker 8* 19 iusta Pω : iusta ↑ /busta t^{c}O^c : busta *ex* iusta N$^?$f^{2}M^1 : busta/iusta μ^{2}ν^2 : busta Dδ, *uide ad 6.169*

qua tumet, inmeritas cineri dabit impius urbes
ferrum ignemque ferens, implorantesque Tonantem
sternet humi populos miserumque exhauriet orbem.
nunc lenis belli nostraque remittitur ira.
quodni praecipitat pugnas dictoque iubentis
ocius impingit Tyriis Danaa agmina muris
(nil equidem crudele minor), sit mite bonumque
numen et effreni laxentur in otia mores,
reddat equos ensemque mihi, nec sanguinis ultra
ius erit: aspiciam terras pacemque iubebo
omnibus; Ogygio sat erit Tritonia bello.'
   dixerat, et Thracum Cyllenius arua subibat;
atque illum Arctoae labentem cardine portae
tempestas aeterna plagae praetentaque caelo
agmina nimborum primique Aquilonis hiatus
in diuersa ferunt: crepat aurea grandine multa
palla, nec Arcadii bene protegit umbra galeri.
hic steriles delubra notat Mauortia siluas
(horrescitque tuens), ubi mille furoribus illi
cingitur auerso domus inmansueta sub Haemo.
ferrea compago laterum, ferro arta teruntur
limina, ferratis incumbunt tecta columnis.
laeditur aduersum Phoebi iubar, ipsaque sedem
lux timet, et durus contristat sidera fulgor.
digna loco statio: primis salit Impetus amens
e foribus caecumque Nefas Iraeque rubentes
exanguesque Metus, occultisque ensibus astant
Insidiae geminumque tenens Discordia ferrum.
innumeris strepit aula Minis, tristissima Virtus
stat medio, laetusque Furor uultuque cruento
Mors armata sedet; bellorum solus in aris
sanguis et incensis qui raptus ab urbibus ignis.

---

26 bellis DδO, *edd. uett.*   27 Quodni Pt : -nisi ω   27–28 praecipitet...inping(u)at δO, *edd. uett.*   34 et Pω : at fMKV, *Menke (cl. Verg. Aen. 3.259, 11.595, 709) perperam*   37 Nimborum *Klotz, uide ad 5.88*   43 arta ω : *ex* -to L^{σ} : *ex* area Q^2 : acta ↑r *s.* ac- b^1 : arcta *in ras.* O^1 : arta ↑ lap t^1 : apta P, *Klotz D 411 interpretans 'aptata' ut prisce uoce utebantur; sed, praeter quod uox 'aptus' hoc significans nusquam alibi apud Statium inuenitur, uox 'artus' fortior et appositior uidetur*   47 loco ω, Σ *Valenc.* : loco ↑deo P^r

terrarum exuuiae circum et fastigia templi
captae insignibant gentes: caelataque ferro
fragmina portarum bellatricesque carinae
et uacui currus protritaque curribus ora,
paene etiam gemitus: adeo uis omnis et omne
uulnus. ubique ipsum, sed non usquam ore remisso
cernere erat: talem diuina Mulciber arte
ediderat; nondum radiis monstratus adulter
foeda catenato luerat conubia lecto.
  quaerere templorum regem uix coeperat ales
Maenalius, tremit ecce solum et mugire refractis
corniger Hebrus aquis; tunc quod pecus utile bello
uallem infestabat, trepidas spumare per herbas,
signa aduentantis, clausaeque adamante perenni
dissiluere fores. Hyrcano in sanguine pulcher
ipse subit curru, diraque aspergine latos
mutat agros, spolia a tergo flentesque cateruae.
dant siluae nixque alta locum; regit atra iugales
sanguinea Bellona manu longaque fatigat
cuspide. deriguit uisu Cyllenia proles
summisitque genas: ipsi ruerentia patri,
si prope sit, dematque minas nec talia mandet.
'quod Iouis imperium, magno quid ab aethere portas?'
occupat Armipotens, 'neque enim hunc, germane, sub axem
sponte uenis hiemesque meas, cui roscida iuxta
Maenala et aestiui clementior aura Lycaei.'
ille refert consulta patris. nec longa moratus,
sicut anhelabant, iuncto sudore uolantes

---

55 *comma post* circum *posuit Mozley interpretans: exuuiae ipsae circumstabant et fastigia insignibant captae gentes depictae; sed sensus est: et exuuiae ipsae circumstantes (uel fortasse depictae, cf. 56–58) et gentes depictae fastigia insignibant* 55–60 *post* gentes *comma ponunt edd. ut* fragmina, carinae, currus, ora, gemitus *cum uerbo* insignibant *construantur; sed cum* caelataque *subaudimus 'sunt'; sensus est: ferro caelata sunt fragmina, carinae etc. (cf. Verg. Aen. 8.700–01) unde facilius intellegere possis* paene...uulnus*: tam bene caelata est omnis uis, omne uulnus ut etiam gemitus paene depingerentur; cf. 1.544–47, 6.334, 545* 59 Paene Pω : Pe- †o M^1L^σ : Pone ϛ, *Heinsius, sed uide ad 55–60* 65 et mugire refractis ω : *ex* et mugirere fractis L^σ : et mugire ≡≡≡≡≡≡≡ †/cepit *s.* mugire D^2 : et mugibere fractis P : mugitque refractis O, *sed uide ad 6.456;* refractis *i.e. aestuantibus uel in ripas inlisis, cf. Imhof, Håkanson B 49–50* 66 *an* tum? *uide ad 1.112* bello Pδ : bellis † /llo t^1 : -lis ωΣ 70 laetos ϛ, *Barth* 74 deriguit ω : dẹ- †i Q^1 : di-PDNtδOμ, *uide ad 5.396* 76 prope, sit dematque *interpunxit Alton 182 credens Statium subiunctiuum numquam omittere nisi in sententia pendenti, sed cf. 2.430, 436, 653* 82 *an* uolentes? *uide ad 3.433, 4.692, 11.498*

Mars impellit equos, resides in proelia Graios
ipse etiam indignans. uidit pater altus et irae
iam leuior tardo flectebat pondere uultum.
ut si quando ruit debellatasque relinquit
Eurus aquas, pax ipsa tumet pontumque iacentem
exanimis iam uoluit hiems: nondum arma carinis
omnia, nec toto respirant pectore nautae.
  finierat pugnas honor exequialis inermes;
necdum aberant coetus, cunctisque silentibus heros
uina solo fundens cinerem placabat Adrastus
Archemori: 'da, parue, tuum trieteride multa
instaurare diem, nec saucius Arcadas aras
malit adire Pelops Eleaque pulset eburna
templa manu, nec Castaliis altaribus anguis,
nec sua pinigero magis adnatet umbra Lechaeo.
nos te lugenti, purer, infitiamur Auerno,
maestaque perpetuis sollemnia iungimus astris,
nunc festina cohors. at si Boeotia ferro
uertere tecta dabis, magnis tunc dignior aris,
tunc deus, Inachias nec tantum culta per urbes
numina, captiuis etiam iurabere Thebis.'
dux ea pro cunctis, eadem sibi quisque uouebat.
  iam pronis Gradiuus equis Ephyraea premebat
litora, qua summas caput Acrocorinthos in auras
tollit et alterna geminum mare protegit umbra.
inde unum dira comitum de plebe Pauorem
quadripedes anteire iubet: non alter anhelos
insinuare metus animoque auertere uires
aptior; innumerae monstro uocesque manusque
et facies quamcumque uelit; bonus omnia credi
auctor et horrificis lymphare incursibus urbes.

83 reside<u>n</u>s P^1 : -es^{que} $D^?$: -esque ω, *fortasse recte*   84 irae *Peyraredus* : ira Pω : ~~in~~ ira μ   86 relinquit PfbS : reliquit ω   90 *lenius post* inermes *distinguunt edd., sed uide ad 9.789*   92 placabat ωΣ : pa-↑/pla- $M^σ$: pa-↑l f^rB^1 : pa- PLb, *cf. 10.289, 11.379 ubi similis permutatio*   95 Malit PDtδO : *ex* Mallet $f^cC^2b^c$: Mall<u>et</u> ↑ it Q^1 : Ma/llet N : Mallet ω, *cf. 3.28, 10.295 ubi similis permutatio*   97 umbra ↑ /unda T^1r^1 : unda ↑ /bra D^1, *cf.* Σ: *'licet alibi* undam *legamus, tamen melius* umbram *accipimus propter Melicertem'; uide ad 8.18*   lechaeo P : lic-*uel* lyc- ω, *cf. 2.381*   104 uouebat P : -ue- ↑ /le t^1 : uol/ue- B : uole- ω   106 acrocorinthos Pt : -us ω, *edd. plerique, cf. 1.334*   110 animoque...uires Pς : *in ras.* O^1 : animoque...uires ↑ /animum, /ueris t^1 : animumque...ueris ω   112 quamcumque P : quamcunque ↑ /quecunque t^1 : quacumque $LQBb^1r$: quae- *ex* qua- S^2 : qu(a)e- ω   uelit PQB : uelit ↑ /libet $t^1L^σ$: libet ω : *in ras.* b^2

si geminos soles ruituraque suadeat astra,
aut nutare solum aut ueteres descendere siluas,
a! miseri uidisse putant. tunc acre nouabat
ingenium: falso Nemeaeum puluere campum
erigit; attoniti tenebrosam a uertice nubem
respexere duces; falso clamore tumultum
auget, et arma uirum pulsusque imitatur equorum,
terribilemque uagas ululatum spargit in auras.
exiluere animi, dubiumque in murmure uulgus
pendet: 'ubi iste fragor? ni fallimur aure. sed unde
puluereo stant astra globo? num Ismenius ultro
miles? ita est: ueniunt. tanta autem audacia Thebis?
an dubitent, age, dum inferias et busta colamus?'
haec Pauor attonitis; uariosque per agmina uultus
induitur: nunc Pisaeis e milibus unus,
nunc Pylius, nunc ore Lacon, hostesque propinquos
adiurat turmasque metu consternat inani.
nil falsum trepidis. ut uero amentibus ipse
incidit et sacrae circum fastigia uallis
turbine praeuectus rapido ter sustulit hastam,
ter concussit equos, clipeum ter pectore plausit:
arma, arma insani sua quisque ignotaque nullo
more rapit, mutant galeas alienaque cogunt
ad iuga cornipedes; ferus omni in pectore saeuit
mortis amor caedisque, nihil flagrantibus obstat:
praecipitant redimuntque moras. sic litora uento
incipiente fremunt, fugitur cum portus; ubique
uela fluunt, laxi iactantur ubique rudentes;
iamque natant remi, natat omnis in aequore summo
ancora, iam dulcis medii de gurgite ponti
respicitur tellus comitesque a puppe relicti.

---

116 putant PδOνQ¹Σ : -ent ω, Q¹*mg*. 118 a *om*. P 123 num fallimur *Koch 8 (uide ad 9.71), sed cf*. Σ: 'ni fallimur aure *hoc est: nisi decipimur auditu'* 125 autem Pω : *om*. μ¹ : aut C : est NδOμ²S, *edd. ante Gronouium* 126 *ante Imhof distinguebant:* an dubitent? agedum inferias et busta colamus.', *cf*. age^cia^dum δ¹O¹, *5.43* 134 pectore Pω : *'fort*. cuspide (pectore *e 137)' Garrod, sed cf. Silu. 5.2.130–31* 135 (insani!) fM, *Sandstroem 53* : *Mozley* arma, arma, *alii* arma, arma, insani *orationem rectam esse credunt uel Pauoris uel militum, sed nullum indicium orationis rectae hic apparet, et mirum esset si* insani *uocarentur milites uel a Pauore uel a suis comitibus; nec enim possum credere* Σ: 'insani*: fortes'* 138 Mortis Pω : Mor- ↑]a t¹ : Martis Nδ, *edd. uett., cf. 4.260; sed cf. 10.804, 12.679, Luc. 4.147 (ubi similis permutatio), 8.364*

uiderat Inachias rapidum glomerare cohortes
Bacchus iter; gemuit Tyriam conuersus ad urbem,
altricemque domum et patrios reminiscitur ignes,
purpureum tristi turbatus pectore uultum:
non crines, non serta loco, dextramque reliquit
thyrsus, et intactae ceciderunt cornibus uuae.
ergo ut erat lacrimis lapsoque inhonorus amictu
ante Iouem (et tunc forte polum secretus habebat)
constitit, haud umquam facie conspectus in illa
(nec causae latuere patrem), supplexque profatur:
'excindisne tuas, diuum sator optime, Thebas?
saeua adeo coniunx? nec te telluris amatae
deceptique laris miseret cinerumque meorum?
esto, olim inuitum iaculatus nubibus ignem,
credimus: en iterum atra refers incendia terris,
nec Styge iurata, nec paelicis arte rogatus.
quis modus? an nobis pater iratusque bonusque
fulmen habes? sed non Danaeia limina talis
Parrhasiumque nemus Ledaeasque ibis Amyclas.
scilicet e cunctis ego neglectissima natis
progenies? ego nempe tamen qui dulce ferenti
pondus eram, cui tu dignatus limina uitae
praereptumque uterum et maternos reddere menses.
adde quod imbellis rarisque exercita castris
turba meas acies, mea tantum proelia norunt,
nectere fronde comas et ad inspirata rotari
buxa: timent thyrsos nuptarum et proelia matrum.
unde tubas Martemque pati, qui feruidus ecce
quanta parat? quid si ille tuos Curetas in arma
ducat et innocuis iubeat decernere peltis?
quin etiam inuisos (sic hostis defuit?) Argos
eligis! o ipsis, genitor, grauiora periclis

145–46 *cf. Ach. 1.59, Semple 62 cl. Verg. G. 3.116* 152 et Pω : ut C : *om.* O, *edd. uett.* polus *Baehrens* 158 iaculatus Pω : -atum NtδOνCS^2 : -at^{um}μ^2 : -atu≡ K, *uide ad 3.564* 165 ferentis P 167 uterum *Barth* : iter Pω, *quod frustra defendit Imhof interpretans: 'praereptum iter ad limina uitae', sed cf. Håkanson B 50–51 cl. Ach. 1.672* 172 qui PC : quid ↑ ⁄quin t^c : quin ω, *edd. ante Kohlmann* 176 Eligis ς : -iċi- ↑ g δ^1 : Elicis Pω : eligis *primus uindicauit Markland ad Silu. 2.6.58, cf. 1.259 (sed uide ad 7.177), Σ7.177: 'sensus: melius iratus alios hostes eligeres, ne nos inimicorum faceres praedam'*

iussa: nouercales ruimus ditare Mycenas!
cedo equidem. quo sacra tamen ritusque peremptae
gentis, et in tumulos si quid male feta reliquit
mater, abire iubes? Thracen siluasque Lycurgi?
anne triumphatos fugiam captiuus ad Indos?
da sedem profugo. potuit Latonia frater
saxa (nec inuideo) defigere Delon et imis
commendare fretis; cara summouit ab arce
hostiles Tritonis aquas; uidi ipse potentem
gentibus Eois Epaphum dare iura, nec ullas
Cyllene secreta tubas Minoaue curat
Ida: quid heu tantum nostris offenderis aris?
hic tibi (quando minor iam nostra potentia) noctes
Herculeae placitusque uagae Nycteidos ardor,
hic Tyrium genus et nostro felicior igne
taurus: Agenoreos saltem tutare nepotes.'
  inuidiam risit pater, et iam poplite flexum
sternentemque manus tranquillus ad oscula tollit
inque uicem placida orsa refert: 'non coniugis ista
consiliis, ut rere, puer, nec saeua roganti
sic expostus ego: inmoto deducimur orbe
fatorum; ueteres seraeque in proelia causae.
nam cui tanta quies irarum aut sanguinis usus
parcior humani? uidet axis et ista per aeuum
mecum aeterna domus quotiens iam torta reponam
fulmina, quam rarus terris hic imperet ignis.
quin etiam inuitus magna ulciscendaque passis
aut Lapithas Marti aut ueterem Calydona Dianae

---

177 ruimus ω : luimus ↑ /ruimus t¹ : luimus P, *edd. recc.; sed apud Statium uerbum 'luere' undecies inuenitur, sed numquam absolutum. uerbis infinitis persaepe et multis modis utitur Statius praesertim a uerbo eundi pendentibus, sed magis mirum esset* luimus ditare, *cf. Dilke B 16, Williams ad 10.232–33; Alton 182 coniecit:* luimus, Dictaee, Mycenas, *sed quo modo Thebae luant Mycenas haud clarum est;* luimus *fortasse natum est e 1.259 ubi de eadem re agitur, sed uide ad 7.176*   179 in tumulo *Nauke 6, sed uide ad 6.925*   179–80 in...mater *recte interpretatus est Beraldus: 'Semeles fulminatae reliquias', cf. Håkanson B 51–52 cl. 4.672–76, 7.602, 10.68, 903*   183 imis OMQ²B : imis *(uel unis?)* δ : unis ↑ /imis tᶜ : unis *ex* imis ν¹, ↑ /imis ν² : unis PNfLμQ¹bS   187 Cyllene PtD : Cellene O : Cyllene≡ QB : -es NδfMμνCr   minoaue bΣ *(cf. Klotz F 498), edd.* : -oiaue Pω : -oraue ↑ i *s.* -r- δᶜ   201 *'quo modo reponi possunt fulmina iam torta seu missa?' Markland ad Silu. 5.2.102 coniciens* certa, *sed cf. 5.583–87 unde Alton 182 frustra coniecit* mota

expugnare dedi: nimia est iactura pigetque
tot mutare animas, tot reddere corpora uitae.
Labdacios uero Pelopisque a stirpe nepotes
tardum abolere mihi; scis ipse (ut crimina mittam
Dorica) quam promptae superos incessere Thebae;
te quoque —— sed, quoniam uetus excidit ira, silebo.
non tamen aut patrio respersus sanguine Pentheus,
aut matrem scelerasse toris aut crimine fratres
progenuisse reus, lacero tua lustra repleuit
funere: ubi hi fletus, ubi tunc ars tanta precandi?
ast ego non proprio diros impendo dolori
Oedipodionidas: rogat hoc tellusque polusque
et pietas et laesa fides naturaque et ipsi
Eumenidum mores. sed tu super urbe moueri
parce tua: non hoc statui sub tempore rebus
occasum Aoniis, ueniet suspectior aetas
ultoresque alii: nunc regia Iuno queretur.'
his ille auditis mentemque habitumque recepit;
ut, cum sole malo tristique rosaria pallent
usta Noto, si clara dies Zephyrique refecit
aura polum, redit omnis honos, emissaque lucent
germina, et informes ornat sua gloria uirgas.
   nuntius attonitas iamdudum Eteoclis ad aures
explorata ferens longo docet agmine Graios
ire duces, nec iam Aoniis procul afore campis;
quacumque ingressi tremere ac miserescere cunctos
Thebarum; qui stirpe refert, qui nomine et armis.
ille metum condens audire exposcit et odit
narrantem: hinc socios dictis stimulare suasque
metiri decernit opes. exciuerat omnem
Aoniam Euboeamque et Phocidos arua propinquae
Mars, ita dulce Ioui. longe fugit ordine uelox

---

205 nimia est *Phillimore* : mea est Pω : meaque est Ob²ς, *edd. plerique* : Iouis *uel* nostra *Garrod* : maesta *Alton 182, cf. Håkanson B 52–53* nimia *malentem*   206 reddere corpora Ptδ : corpora reddere ω   212 et crimine *Baehrens*   213 lustra PDNtδ, ⁄iussa δ^c*mg.* : iussa ↑ lustra Q¹ : iussa ω   214 ubi hi fletus Pt : ubi fletus ω   223 pallent ω : pendent *ex* pan- P^c, *edd. recc. fortasse recte, sed cf. Håkanson B 53 (cl. i.a. Silu. 3.3.128)*, Σ225: *'...quemadmodum flores flante Austro et solis nimio calore pallescunt perduntque gratiam...', ubi tamen uix ipsissima uerba Stati apparent; cf. 10.920 ubi similis permutatio*   233 socios dictis Pt : dictis socios ω : dictis *om.* δ   236 longe PB : -go ωN : *ex* -ga L^σ   fugit Pω : *ex* fuit M¹ν² : furit *ex* fuit f² : fuit DLr : fluit *coniecit Bentley, uide ad 6.612.*

tessera: propellunt acies, seseque sub armis
ostentant; subeunt campo qui proximus urbi
damnatus bellis patet expectatque furores.
nondum hostes contra, trepido tamen agmine matres
conscendunt muros, inde arma nitentia natis
et formidandos monstrant sub casside patres.
   turre procul sola nondum concessa uideri
Antigone populis teneras defenditur atra
ueste genas; iuxtaque comes quo Laius ibat
armigero; tunc uirgo senem regina ueretur.
quae sic orsa prior: 'spesne obstatura Pelasgis
haec uexilla, pater? Pelopis descendere totas
audimus gentes: dic, o precor, extera regum
agmina; nam uideo quae noster signa Menoeceus,
quae noster regat arma Creon, quam celsus aena
Sphinge per ingentes Homoloidas exeat Haemon.'
sic rudis Antigone, senior cui talia Phorbas:
'mille sagittiferos gelidae de colle Tanagrae
promouet ecce Dryas; hic, cui niuea arma tridentem
atque auro rude fulmen habent, Orionis alti
non falsus uirtute nepos: procul, oro, paternum
omen et innuptae uetus excidat ira Dianae.
iungunt se castris regisque in nomen adoptant
Ocalee Medeonque et confertissima lucis
Nisa Dionaeisque auibus circumsona Thisbe.
proximus Eurymedon, qui pastoralia Fauni
arma patris pinuque iubas imitatur equinas,
terribilis siluis: reor et Mauorte cruento
talis erit. dites pecorum comitantur Erythrae,

---

237 propellunt *ex* -ant Q²b² : -ant fMμB   238 Ostentẹnt ↑ a *s.* -e-*alterum* M¹L^{σ}Q² : -tent B : -dent f   239 expectantque *ex* -tatque δ^c : -tantque ς, *Deipser 118; 'sed campus expectat furores, milites uictoriam', Klotz*   240 hostes PO : -tes ↑ /i t¹ : -tes *ex* -tis N$^?$Q$^?$: -tis ω   contra DtδBb : contce *ex* contra P^r : circae ↑ contra Q² : circa ω : circa et O   248–49 totas...gentes ω : totas (↑/tantas)...gentes P : totas/gentes...gentes δ^σ : gentes...totas Dr   251 regat P : gerat ↑ /regat t¹ : gerat ω, *uide ad 6.117*   258 uetus ω : procul ↑ /uetus t¹ : procul P, *e 257* : precor *Alton 183 cl. 6.170–71, 10.790 (773?), 11.736–38, 12.262–64 quae omnia sunt parum similia; recte cft 210 Klotz*   260 Ocalee *scripsi* : -e(a)e ω : -ea *Kohlmann cl. Hom. Il. 2.501* : Ocaleae ↑ /oecaliae t¹ : Oebalidae *ex* Oeclaliae P^r : Ocaleae *edd. ante Kohlmann, cf. Housman D 14 qui non uult diiudicare inter* Ocalea *et* -ee; *neutrum damnari potest sed codd.* -ee *potius quam* -ea *confirmant, uide ad 1.355, 4.287, 5.44*   confertissima P : conser- ω   262 qui PC, Σ*11.32, ubi tamen* qui *fortasse significat 'cui', cf.* qui ↑ cui t¹ : cui ω, *Barth fortasse recte*   263 pinuque PNtδO : pinu≡que g : -u$que S : -usque ω

qui Scolon densamque iugis Eteonon iniquis,
qui breue litus Hyles Atalantaeamque superbi
Schoenon habent notique colunt uestigia campi;
fraxineas Macetum uibrant de more sarisas
saeuaque difficiles excludere uulnera peltas.
ecce autem clamore ruunt Neptunia proles
Onchesti, quos pinigeris Mycalesos in agris
Palladiusque Melas Hecataeaque gurgite nutrit
Gargaphie, quorumque nouis Haliartos aristis
inuidet et nimia sata laeta superuenit herba.
tela rudes trunci, galeae uacua ora leonum,
arborei dant scuta sinus. hos regis egenos
Amphion en noster agit (cognoscere pronum,
uirgo), lyra galeam tauroque insignis auito.
macte animo iuuenis! medios parat ire per enses
nudaque pro caris opponere pectora muris.
uos etiam nostris, Heliconia turba, uenitis
addere rebus opem; tuque, o Permesse, canoris
et felix Olmie uadis, armastis alumnos
bellorum resides. patriis concentibus audis
exultare gregem, quales, cum pallida cedit
bruma, renidentem deducunt Strymona cycni.
ite alacres, numquam uestri morientur honores,
bellaque perpetuo memorabunt carmine Musae.'
   dixerat, et paulum uirgo interfata loquenti:
'illi autem, quanam iunguntur origine fratres?
sic certe paria arma uiris, sic exit in auras
cassidis aequus apex; utinam haec concordia nostris!'
cui senior ridens: 'non prima errore uidendi
falleris, Antigone: multi hos (nam decipit aetas)

---

266 scolon P : ≡colon QB : colon ω   269 macetum uibrant P : uibrant macetum ω : u. macedum δOμCK   279 proles Dtμ : proles ↑ /plebes t¹r¹ : pubes OLBb : plebes ↑ pubes C¹ : plebes Pω, *edd., fortasse recte, sed uocibus 'plebes' et 'pubes' nusquam alibi cum uerbo plurali utitur Statius, nisi fortasse 1.569, 11.276, uide ad 4.112; uoce 'proles' significante 'filius' uel 'filia' frequenter utitur Statius, ned nusquam alibi 'gens' significante nisi 9.9–10 (*Cadmeia proles insurgunt*) ubi tamen similis permutatio, cf. 4.345*   274 Gargaphie Of : -afie Dδ : Garcaphie *uel* Car- ω : Gargaphile ↑ /Carcaphie t¹ : Gargaphile P   279 lyra galeam Σ : lira g. t : lira *(*↑ /liram*)*g. D¹ : lyra≡ g. B : lyram *(uel* lir-*)* g. PN : lyram galea≡ b : lyram *(uel* lir-*)* galea ω : liram in galea C   282 uenitis PDtδ : -i≡tis νQb : -i≡≡is N : -istis ω   284 Olmie Σ*282 et 287 et restituit Gronouius* : hormie Pω : ormige fM : hermie D : ornine δ   armastis P : -a\$tis t : -atis ω, *fortasse recte, uide ad 282*   290 loquenti P : loquenti ↑ /docenti tᶜ : docenti ω : *in ras.?* N : *ex* -di L$^{\sigma}$: -tem ↑ i δᶜ : -tem K

dixerunt fratres. pater est natusque, sed aeui
confudere modos: puerum Lapithaona nymphe
Dercetis expertem thalami crudumque maritis
ignibus ante diem cupido uiolauit amore
improba conubii; nec longum, et pulcher Alatreus
editus, ac primae genitorem in flore iuuentae
consequitur traxitque notas et miscuit annos.
et nunc sic fratres mentito nomine gaudent,
plus pater: hunc olim iuuat et uentura senectus.
tercentum genitor totidemque in proelia natus
exercent equites: hi deseruisse feruntur
exilem Glisanta Coroniamque feracem,
messe Coroniam, Baccho Glisanta colentes.
sed potius celsos umbrantem hunc aspice late
Hypsea quadriiugos; clipei septemplice tauro
laeua, ter insuto seruantur pectora ferro,
pectora: nam tergo numquam metus. hasta uetustum
siluarum decus, emissae cui peruia semper
armaque corporaque et numquam manus inrita uoti.
Asopos genuisse datur, dignusque uideri
tunc pater, abreptis cum torrentissimus exit
pontibus, aut natae tumidus cum uirginis ultor
flumina concussit generum indignata Tonantem.
namque ferunt raptam patriis Aeginan ab undis
amplexu latuisse Iouis: furit amnis et astris
infensus bellare parat (nondum ista licebant

296–383 *in* B *desunt exciso uno folio* 296 sed (a)eui ωΣ : *ex* sedem C^2 : sed aeuo P 297 lap(h)it(h)aona Pω : lapythiaona Q : laphitamia b : lap(h)it(h)onia DδOμS, *quod maluerunt edd. multi, nam non modo Beraldus sed etiam Weber et Dubner et Kohlmann crediderunt ex 11.32–38 (horresco referens) Eurymedonta fuisse Alatrei patrem, qui contra dixit etiam* Σ*11.35* nymphe Σ*?* : nimphe O : nymphae Pg : -pha ω, *edd. plerique fortasse recte, cf. Silu. 5.3.291, Ou. Met. 1.744, 2.636 etc.* 298 Dercetis ς : Dẹr- ↑ i P^rL^σ : Decretis b : Dircetis ω maritis LQbΣ : -ti Pω 300 et PδΣ : *om.* DNtOfMμCQr 304 hunc...senectus *interpretatur Howard: 'senectus, quamquam uentura est, hunc iamdudum iuuat', i.e. iura senis (iuuenem filium uidere) iamdudum huic sunt quamquam nondum senescenti* 307–08 *interpunxi; antea comma post* Coroniamque *non post* feracem *ponebant unde* colenti *Ellis*, calentem *coniecit Damsté B 80, sed cf. Verg. G. 2.227–29* 311 seruantur pectora P, *Seru. ad Verg. Aen. 7.633* : *in ras.* $O^{1?}$: seṛuantur pectora ↑ /seruant ingentia t^1 : seruant ingentia ↑ (pro ser)uantur $M^\sigma\mu^2\nu^?$: seruant ingentia ω : seruant *(*↑ em*)* i. f^2 : seruantem i. DK 314 corporaque Pt : pectoraque ω, *e 311–12, uide ad 3.137* uoti ω : *ex* uulti P^1 : uoto *ex* -ti L^σ : -to Σ 316 abreptis Pω, *Housman G 166* : -rep- ↑ /ru t^1 : -rẹp- ↑ u Q^2 : -rup- N : arrep- DOb : arrep- ↑ u δ^1, *uide ad 1.122* 321 licebant Pω : *ex* -bunt M^1 : -bat DNOνQbr : -bit C

nec superis); stetit audaces effusus in iras,
conseruitque manum, nec quem imploraret habebat,
donec uix tonitru summotus et igne trisulco
cessit. adhuc ripis animosus gurges anhelis
fulmineum cinerem magnaeque insignia poenae
gaudet et Aetnaeos in caelum efflare uapores.
talem Cadmeo mirabimur Hypsea campo,
si modo placauit felix Aegina Tonantem.
ducit Itonaeos et Alalcomenaea Mineruae
agmina, quos Midea et quos uuida suggerit Arne,
Aulida qui Graeanque serunt uiridesque Plataeas,
et sulco Peteona domant, refluumque meatu
Euripum, qua noster, habent teque, ultima tractu
Anthedon, ubi gramineo de litore Glaucus
poscentes inrupit aquas, iam crine genisque
caerlus, et mixtos expauit ab inguine pisces.
glandibus et torta Zephyros incidere funda
cura: Cydoneas anteibunt gaesa sagittas.
tu quoque praeclarum forma, Cephise, dedisses
Narcissum, sed Thespiacis iam pallet in agris
trux puer; orbata florem, pater, adluis unda.
quis tibi Phoebeas acies ueteremque reuoluat
Phocida? qui Panopen, qui Daulida, qui Cyparisson,
et ualles, Lebadia, tuas et Hyampolin acri
subnixam scopulo, uel qui Parnason utrumque

---

324 uix PLCg : uix ↑ /ui t^{1} : ui ↑ /uix D^{1}O^{1} : ui≡ μ : ui^{x} ν^{2} : ui ω tonitru PMLνTrg : t≡onitru b : tonitru ↑ tonitrus t^{1} : tonitrus ↑ tonitru O^{1} : tonitrum ↑ tonitru D^{1} : tonitru^{s} f^{2} : tronitru^{s} Q^{2} : tonitrus Nδ : tronitus S 330 alalcomenaea ς : -nia P : -na fM$\mu\nu$C : al*á*/comena Q : alalcomena L^{1} : aalcomena D : ≡alcomena N : alcomena tO : ad alcomena ↑ e *s.* -na δ^{1} : alcomaena S : lalcomena b 331 Midea *Dubner* : midie N : medie t : mide ω : med/on P, *fortasse e* Medeon *(260), cf. Hom. Il. 2.507, Frazer ad Apoll. 2.4.6., uide ad 4.45* et *om.* P, *edd. ante Klotz* uuida ς, *Heinsius cl. Hom. Il. 2.507 (πολυστάφυλον Ἄρνην)* : uiuida P : (h)umida ω 332 Graeanque *Klotz* : creanque P : graeamque Dr, *edd., fortasse recte* : greamque ω : greiamque δ 334 qua noster habent ↑ o glauce *s.* noster P^{c} : qua noster habet tLΣ : quae noster habet b : qua noster abit ↑ (*l*) quem noster habet D^{1}O^{1} : qua noster abit ω, *edd. ante Kohlmann* 338 incidere ω : incedere P : incendere *Postgate* 342 adluis *(ex* -it*?)* ↑ l *s.* -d- P^{1} : alluit ↑ /is t^{1} : -it ω : *ex* abluit D$^{?}$: abluit δO : alluet C 343 reuoluat Pt : -uat ↑ e δ^{1} : -uet ω : -uit L 344–50 *recte interpunxit Walker; edd. plerique notam interrogationis post* nemus *(348) uel post* ponto *(350) ponunt; sed cf. Gronouium: 'nihil est interrogationis'; sensus est: quis Phocios reuoluat? i.e. eos qui Panopen etc. incolunt: cf. Hom. Il. 2.517–23; Klotz comma post* ponto *(350) posuit non intellegens fortasse (cf. Mozley) uu. 351–53 de omnibus Phociis agi, cf. 343–44*

aut Cirrham tauris Anemorianque supinant
Coryciumque nemus propellentemque Lilaean
Cephisi glaciale caput, quo suetus anhelam
ferre sitim Python amnemque auertere ponto:
omnibus inmixtas cono super aspice laurus
armaque uel Tityon uel Delon habentia, uel quas
hic deus innumera laxauit caede pharetras.
Iphitus asper agit, genitor cui nuper ademptus
Naubolus Hippasides, tuus, o mitissime Lai,
hospes; adhuc currus securaque lora tenebam,
cum tua subter equos iacuit conuulsa cruentis
ictibus (o utinam nostro cum sanguine!) ceruix.'
  dicenti maduere genae, uultumque per omnem
pallor iit, uocisque repens singultus apertum
intercepit iter; refouet frigentis amicum
pectus alumna senis; redit atque exile profatur:
'o mihi sollicitum decus ac suprema uoluptas,
Antigone! seras tibi demoror improbus umbras,
fors eadem scelera et caedes uisurus auitas,
donec te thalamis habilem integramque resignem:
hoc satis, et fessum uita dimittite, Parcae.
sed dum labor iners, quanti (nunc ecce reuiso)
transabiere duces: Clonin atque in terga comantes
non ego Abantiadas, non te, saxosa Caryste,
non humiles Aegas altumque Capherea dixi.
et iam acies obtunsa negat, cunctique resistunt,
et tuus armatis iubet ecce silentia frater.'
  uix ea turre senex, cum rector ab aggere coepit:
'magnanimi reges, quibus haud parere recusem,
ductor et ipse, meas miles defendere Thebas,

---

348 Coryciumque *(uel* -ric-*)* Pω : Horic- b : Σ*:* 'Coryciumque nemus*: quidam* Ogygium *legunt', sed de Parnaso non de Thebis agitur*   351 intextas *Bentley, e codice Barthii*   353 innumera DδO : -a^s t^1 : -a$\not{s}$ S : -as Pω   354 asper Pς : asper ↑ /acer T^1 : acer ↑ /asper O$^\sigma$: acer ω, *fortasse recte, cf. Ou. F. 3.93 ubi similis permutatio*   356 tenebam P : -bat ω : terebat b; nostro cum sanguine *(358) aptius est cum* tenebam   359 Dicenti P : -tis ω   362 exinde *Bentley*   363–454 *desunt in* δ^1 *excise uno folio, add. in alio folio* δ^2 369 clonin atque PfMCS : *ex* domantque Q^2 : clomin atque Kg : domin a. *(uel* clo-*?) ex* -mi≡ μ^2 : domiti *(*↑ clomin*)* a. N^2 : domiti a. Dtr : domiti *(*↑ c *s.* -mi-*)* a. ν^2 : demn *(*↑ o *s.* -e-*)* a. L : cloram *(*↑ ducem O$^\sigma$*)* a. *in ras.* O^1 : clonin *om. spatio relicto* δ^2 : Clonium a. *Gronouius cl. Hom. Il. 2.495, cf. 7.712 ubi similis permutatio et eadem Gronouii coniectura*   372 cuneique *Heinsius, cf. 8.673, 9.112, uide ad 10.740*   374 rector Pt : doctor *(sic)* ↑ /rector O$^\sigma$: ductor ω : raptor δ^2; ductor *e 376 fortasse natum*

non ego uos stimulare parem (nam liber in arma
impetus, et meritas ultro iurastis in iras),
nec laudare satis dignasque rependere grates
sufficiam (referent superi uestraeque subacto
hoste manus): urbem socia de gente subistis
tutari, quam non aliis populator ab oris
belliger externaue satus tellure, sed hostis
indigena adsultat, cui castra aduersa regenti
hic pater, hic genetrix, hic iunctae stirpe sorores,
hic erat et frater. cerne en ubicumque nefandus
excidium moliris auis: uenere uolentes
Aoniae populi, nec sum tibi, saeue, relictus.
quid uelit ista cohors et te sentire decebat:
reddere regna uetant.' sic fatus et omnia rite
disponit, qui bella gerant, qui moenia seruent,
quas in fronte manus, medio quas robore sistat.
perspicuas sic luce fores et uirgea pastor
claustra leuat, dum terra recens; iubet ordine primo
ire duces, media stipantur plebe maritae;
ipse leuat grauidas et humum tactura parentum
ubera, succiduasque apportat matribus agnas.
  interea Danai noctemque diemque sub armis,
noctem iterum rursusque diem (sic ira ferebat)
ingeminant: contempta quies, uix aut sopor illis
aut epulae fecere moram; properatur in hostem
more fugae. nec monstra tenent, quae plurima nectit
prodigiale canens certi fors praeuia fati.
quippe serunt diros monitus uolucresque feraeque
sideraque auersique suis decursibus amnes,
infestumque tonat pater et mala fulgura lucent;
terrificaeque adytis uoces clausaeque deorum
sponte fores; nunc sanguineus, nunc saxeus imber,
et subiti manes flentumque occursus auorum.
tunc et Apollineae tacuere oracula Cirrhae,

---

393 Perspicua ς   394–96 leuat...leuat Pω : nouat...l. *Phillimore* : leuat...iuuat *Imhof, sed uide ad 5.692*   394 primo Pμ : -mo ↑ /os t^1 : -mo≡ fQ : -mos ω   396 tactura Dδ²OfμCKS : tractura ↑ /tactura t^r : tṛa- $M^1\nu^2$: t≡a- Q : tra- PNLBbr, *edd. recc., sed quid est 'humum trahere'?*   404 serunt P : serunt ↑ /ferunt t^1 : ferunt ω, serunt *etiam coniecit Wakefield, cf. 8.26 ubi similis permutatio*   414 Arcades K²ς : -dos Pω : -dạs ↑ o M^1, Arcades *etiam coniecit Gronouius: 'qui* ferunt *Lycaonis umbram latrantem audiri? non utique quiuis: ut et sua prodigia proprie Sparte uidit, Pisa refert, Acarnan infamabat. sic igitur et umbras Lycaonis latrare ferunt* Arcades. *et ita legendum, non* Arcados'

et non adsuetis pernox ululauit Eleusin
mensibus, et templis Sparte praesaga reclusis
uidit Amyclaeos (facinus!) concurrere fratres.
Arcades insanas latrare Lycaonis umbras
nocte ferunt tacita, saeuo decurrere campo
Oenomaum sua Pisa refert; Acheloon utroque
deformem cornu uagus infamabat Acarnan.
Perseos effigiem maestam exorantque Mycenae
confusum Iunonis ebur; mugire potentem
Inachon agricolae, gemini maris incola narrat
Thebanum toto planxisse Palaemona ponto.
haec audit Pelopea phalanx, sed bellicus ardor
consiliis obstat diuum prohibetque timeri.
  iam ripas, Asope, tuas Boeotaque uentum
flumina. non ausae transmittere protinus alae
hostilem fluuium; forte et trepidantibus ingens
descendebat agris, animos siue imbrifer arcus,
seu montana dedit nubes, seu fluminis illa
mens fuit obiectusque uado pater arma uetabat.
tunc ferus Hippomedon magno cum fragmine ripae
cunctantem deiecit equum, ducibusque relictis
gurgite de medio frenis suspensus et armis,
'ite uiri,' clamat, 'sic uos in moenia primus
ducere, sic clausas uoueo perfringere Thebas.'
praecipitant cuncti fluuio puduitque secutos.
ac uelut ignotum si quando armenta per amnem
pastor agit, stat triste pecus, procul altera tellus
omnibus et late medius timor: ast ubi ductor
taurus init fecitque uadum, tunc mollior unda,
tunc faciles saltus, uisaeque accedere ripae.
  haud procul inde iugum tutisque accommoda castris
arua notant, unde urbem etiam turresque uidere
Sidonias; placuit sedes fidique receptus

---

418 exorantque *ex* exo≡≡antque $O^?$: exorantque ↑ rent f^r : exornantque δ^2 : memorantque *Bentley*   420 accola *Schrader*   424 boe(o)taque ω : boetiaque P, *unde* Boeotiaque *coniecit Dilke A 51, sed uide ad 4.360*   428 numinis *Markland ad Silu. 5.3.271* : *'an* flaminis*?' Garrod ita* Σ *emendans ut 'uentis adscribitur' legatur pro 'aduentus describitur Argiuorum'; sed, nisi hic de fluminis mente agitur,* -que *(429) intellegi non potest*   438 tumor *Mueller, sed uoce 'tumor' alibi solum de motibus mentis utitur Statius, cf. 2.114, 9.781, uide ad 1.174, 5.425*   442 uidere $N\delta^2OML^{\sigma}\mu\nu$brS : -rent ↑]re D^1 : -rent C : *ex* -r≡ Q^2 : -ri ↑]e t^c, uidebant t^r*mg.* : -ri PfL^1B : -re est ς, *fortasse recte, uide ad 6.456*

colle per excelsum patulo quem subter aperto
arua sinu, nullique aliis a montibus instant
despectus; nec longa labor munimina durus
addidit: ipsa loco mirum natura fauebat.
in uallum elatae rupes deuexaque fossis
aequa et fortuito ductae quater aggere pinnae;
cetera dant ipsi, donec sol montibus omnis
erepsit rebusque dedit sopor otia fessis.
quis queat attonitas dictis ostendere Thebas?
urbem in conspectu belli suprema parantis
territat insomnem nox atra diemque minatur.
discurrunt muris; nil saeptum horrore sub illo,
nil fidum satis, inualidaequae Amphionis arces.
rumor ubique alius plures adnuntiat hostes,
maioresque timor; spectant tentoria contra
Inachia externosque suis in montibus ignes.
hi precibus questuque deos, hi Martia tela
belligerosque hortantur equos, hi pignora fletu
cara premunt miserique rogos et crastina mandant
funera. si tenuis demisit lumina somnus,
bella gerunt; mode lucra morae, modo taedia uitae
attonitis; lucemque timent lucemque precantur.
it geminum excutiens anguem et bacchatur utrisque
Tisiphone castris; fratrem huic, fratrem ingerit illi,
aut utrique patrem: procul ille penatibus imis
excitus implorat Furias oculosque reposcit.
iam gelidam Phoeben et caligantia primus
hauserat astra dies, cum iam tumet igne futuro
Oceanus lateque nouo Titane reclusum
aequor anhelantum radiis subsidit equorum:
ecce truces oculos sordentibus obsita canis
exangues Iocasta genas et bracchia planctu
nigra ferens ramumque oleae cum uelleris atri

446–47 nec...addidit *sensus est: nec accidit ut durus labor longa munimina addideret, cf. 2.482–83* 451 *'rectius forsan* derepsit*', Heinsius 2.19.373* 453 parantis Q, *etiam coniecit Gronouius et dubitanter recepi* : *ex* -tes P[1] : -tem ω : *ex* parentem L[1] : pauentem *Bernartius, sed uereor ne hic lateat grauior corruptela* 457 alius *Heinsius 3.17.550, Gronouius* : alios P : altọs ↑ u t[1] : altus ωS, *uide ad 4.308* plures Dδ : -es≡ O : -esque Pω, *edd.; qui adhuc* alius *legerunt ita interpunxerunt ut 'est' subaudiendum esset cum* rubor *et* pluresque *et* maioresque hostes *adnuntiaret* timor 461 pignora *Weber* : pectora Pω, *fortasse e 495–96; de 'pectore premere' cf. 4.563, 5.686, 6.746* 468 imis ω : omnes P, *cf. 1.49* 475 Exangues PNO : -es^{que} t[1] : -esque ω, *fortasse recte*

nexibus, Eumenidum uelut antiquissima, portis
egreditur magna cum maiestate malorum.
hinc atque hinc natae, melior iam sexus, aniles
praecipitantem artus et plus quam possit euntem
sustentant. uenit ante hostes, et pectore nudo
claustra aduersa ferit tremulisque ululatibus orat
admitti: 'reserate uiam! rogat impia belli
mater; in his aliquod ius execrabile castris
huic utero est.' trepidi uisam expauere manipli
auditamque magis; remeat iam missus Adrasto
nuntius: excipiunt iussi mediosque per enses
dant iter. illa duces ut primum aspexit Achiuos
clamorem horrendum luctu furiata resoluit:
'Argolici proceres, ecquis monstrauerit hostem
quem peperi? quanam inueniam, mihi dicite, natum
sub galea?' uenit attonitae Cadmeius heros
obuius, et raptam lacrimis gaudentibus implet
solaturque tenens, atque inter singula, 'matrem,
matrem' iterat, nunc ipsam urguens, nunc cara sororum
pectora, cum mixta fletus anus asperat ira:
'quid molles lacrimas uenerandaque nomina fingis,
rex Argiue, mihi? quid colla amplexibus ambis
inuisamque teris ferrato pectore matrem?
tune ille exilio uagus et miserabilis hospes?
quem non permoueas? longae tua iussa cohortes
expectant, multoque latus praefulgurat ense.
a miserae matres! hunc te noctesque diesque
deflebam? si uerba tamen monitusque tuorum
dignaris, dum castra silent suspensaque bellum
horrescit pietas, genetrix iubeoque rogoque:
i mecum patriosque deos arsuraque saltem
tecta uide, fratremque (quid aufers lumina?) fratrem
adloquere et regnum iam me sub iudice posce:

---

480 possit PDt : posset *ex* -it Q[1] : -et ω   482 -que *om.* P   483 reserate O, *et coniecit Jortin I 160* : -ate ↑]re t[c] : -atae P : -are ω, *edd. plerique ante Kohlmann*   484 execrabile Pω : impetrabile *Bentley* : exorabile *Koch 9*   490 ecquis P : *ex* e≡quis B[1] : et (↑ ec) q. b[1] : ec (↑]ei) q. t[1] : et q. Q : (h)ei q. ω, *cf. 10.215 ubi similis permutatio*   501 quam non permoueas! *Peyraredus, sed cf.* Σ   longe *edd. ante Kohlmann, sed cf. Weber:* 'longae *scribendum censeo'; uox 'longe' significans 'diu' apud Statium non inuenitur nisi fortasse ad Silu. 1.2.276*   504 *notam interrogationis post* deflebam *posuit Garrod*   509 posce ω : -et C : -es P, *Klotz* : iam, me si iudice posces, aut *Garrod*

aut dabit, aut ferrum causa meliore resumes.
anne times ne forte doli, et te conscia mater
decipiam? non sic miseros fas omne penates
effugit: uix Oedipode ducente timeres.
nupsi equidem peperique nefas, sed diligo tales
(a dolor) et uestros etiamnum excuso furores.
quodsi adeo perstas, ultro tibi, saeue, triumphum
detulimus: religa captas in terga sorores,
inice uincla mihi: grauis huc utcumque feretur
et pater. ad uestrum gemitus nunc uerto pudorem,
Inachidae, liquistis enim paruosque senesque
et lacrimas has quisque domi: sua credite matri
uiscera! si uobis hic paruo in tempore carus
(sitque precor), quid me, oro, decet quidue ista, Pelasgi,
ubera? ab Hyrcanis hoc Odrysiisue tulissem
regibus, et si qui nostros uicere furores.
adnuite, aut natum complexa superstite bello
hic moriar.' tumidas frangebant dicta cohortes,
nutantesque uirum galeas et sparsa uideres
fletibus arma piis. quales ubi tela uirosque
pectoris umpulsu rabidi strauere leones,
protinus ira minor, gaudentque in corpore capto
securam differe famem: sic flexa Pelasgum
corda labant, ferrique auidus mansueuerat ardor.
   ipse etiam ante oculos nunc matris ad oscula uersus,
nunc rudis Ismenes, nunc flebiliora precantis
Antigones, uariaque animum turbante procella
exciderat regnum: cupit ire, et mitis Adrastus
non uetat; hic iustae Tydeus memor occupat irae:
'me potius, socii, qui fidum Eteoclea nuper
expertus, nec frater eram, me opponite regi,

---

513 Effugit Ptν : -i≡t K : -iet ω oedipode Pω : -da *Weber cl. Sen. Oed. 964, sed cf. Stat. Ach. 1.608 (ubi tamen datiuum legit Dilke), 819* 523 quid Pω : quod NtQr quidue ista ν : *ex* quidu≡≡≡a P[1] : *in ras.* M[1] : quidque ista D : quodue ista Nt : quid uestra ω : *ex* quid≡estra f[1] : quıd *(* ↑o *s.* i*)* uestra Q[2]r, *unde perperam* Σ*Valenc. 522: 'sensus: si uos illum amatis, oro, considerate quid decet me et quid decet uestra ubera, id est uestras matres'; sed* ista ubera *sunt haec (i.e. mea) ubera, cf. 481, OLD s.u. 'iste' 4* 524 -ue Pδ : -ue ↑ -que t[1] : -que ω 530 rabidi tCK : *ex* raui- P : rapi- ω 534 oculos Pω : omnes *edd. plerique ante Klotz, uide ad 690* 535 flebiliora δ : flebiliora *(-b- ex -u- P[1])* ↑ s *s.* -io- P[r]t[r]L[σ] : flebili≡ ora Q : flebilis ora DNfM$\mu\nu$Tr, Σ*Valenc.* 536–37 uariaque...regnum *in parenthesi posuit Kohlmann, fortasse recte*

cuius adhuc pacem egregiam et bona foedera gesto
pectore in hoc. ubi tunc fidei pacisque sequestra
mater eras, pulchris cum me nox uestra morata est
hospitiis? nempe haec trahis ad commercia natum?
duc illum in campum, uestro qui sanguine pinguis
spirat adhuc pinguisque meo. tu porro sequeris,
heu nimium mitis nimiumque oblite tuorum?
scilicet infestae cum te circum undique dextrae
nudabunt enses, haec flebit et arma quiescent?
tene ille, heu demens, semel intra moenia clausum
possessumque odiis Argiua in castra remittet?
ante haec excusso frondescet lancea ferro,
Inachus ante retro nosterque Achelous abibit.
sed mite adloquium et saeuis pax quaeritur armis:
haec quoque castra patent, necdum meruere timeri.
an suspectus ego? abscedo et mea uulnera dono.
intret: et hic genetrix eadem mediaeque sorores.
finge autem pactis euictum excedere regnis,
nempe iterum reddes?' rursus mutata trahuntur
agmina consiliis: subito ceu turbine caeli
obuius aduersum Boreae Notus abstulit aequor.
arma iterum furiaeque placent; fera tempus Erinys
arripit et primae molitur semina pugnae.
   errabant geminae Dircaea ad flumina tigres,
mite iugum, belli quondam uastator Eoi
currus, Erythraeis sed nuper uictor ab oris
Liber in Aonios meritas dimiserat agros.
illas turba dei seniorque ex more sacerdos
sanguinis oblitas atque Indum gramen olentes
palmite maturo uariisque ornare corymbis
curat et alterno maculas interligat ostro.
iamque ipsi colles, ipsa has (quid credat?) amabant
armenta, atque ausae circum mugire iuuencae;
quippe nihil grassata fames: manus obuia pascit,
exceptantque cibos fusoque horrenda supinant

547 tuorum *recte interpretatur Håkanson B 54: 'Eteoclis et aliorum Thebanorum'* 553 *an* Inachos...Acheloos? *uide ad 1.357, 2.731* abibit P : -bit ↑ unt t^{2} : -bunt ω 554 si mite...armis, haec *Damsté B 82 neglegens Tydeos orationis modum solutum* 559 reddet *Peyraredus* 566 sed P : sed ↑ /quas t^{1} : quas ω 567 dimiserat ω : emiserat ↑ /di t^{1} : diemiserat P^{1} : dimerserat ↑ /dimi δ^{1} : dimerserat C; emiserat *recepit Klotz, sed cf. Housman D 70* 575 Exceptantque ↑ excipiunt P^{r} : Exspectantque ↑ /Exceptant t^{1} : Ex(s)pect- ω, *edd. ante Kohlmann* cibos Pω : cibos ↑ /dapes M^{σ} : dapes LBbSK

ora mero, uaga rure quies; si quando benigno
urbem iniere gradu, domus omnis et omnia sacris
templa calent, ipsumque fides intrasse Lyaeum.
has ubi uipereo tactas ter utramque flagello
Eumenis in furias animumque redire priorem
impulit, erumpunt non agnoscentibus agris.
ceu duo diuerso pariter si fulmina caelo
rupta cadant longumque trahant per nubila crinem:
non aliter cursu rapidae atque inmane frementes
transiliunt campos aurigamque impete uasto,
Amphiarae, tuum (nec defuit omen, eriles
forte is primus equos stagna ad uicina trahebat)
corripiunt; mox Taenarium (qui proximus) Idan
Aetolumque Acamanta premunt: fuga torua per agros
cornipedum, uisa donec flammatus Aconteus
strage uirum, cui sueta feras prosternere uirtus
(Arcas erat), densis iam fida ad moenia uersas
insequitur telis, multumque hastile resumens
ter, quater adducto per terga, per ilia telo
transigit. illae autem longo cum limite fusi
sanguinis ad portas utrimque extantia ducunt
spicula semianimes, gemituque imitante querelas
saucia dilectis adclinant pectora muris.
templa putes urbemque rapi facibusque nefandis
Sidonios ardere lares, sic clamor apertis
exoritur muris; mallent cunabula magni
Herculis aut Semeles thalamum aut penetrale ruisse
Harmoniae. cultor Baccheus Acontea Phegeus
iam uacuum telis geminoque in sanguine ouantem
comminus ense petit; subeunt Tegeaea iuuentus
auxilio tardi: iam supra sacra ferarum
corpora maerenti iuuenis iacet ultio Baccho.
  rumpitur et Graium subito per castra tumultu

581 agris ς, *Bentley* : argis ω : *ex* antris P^cL^σ : argis ↑ /antris t^1 : antris Bb, *uide ad 1.225* 590 cornipedum uisu, donec *Barth coniecit uel in codice inuenit* : c. uisa est d. δO : c. uisa *(*↑ est*)* d. D? 600 sic Pω : hic *Menke* : is *Courtney cl. 6.458, 775 fortasse recte* 602 tumulum *Gronouius fortasse recte, uide ad 7.179–80* 605 tegeaea ς, *edd.* : tegea ω : thegea P, *uide ad 1.575* 608 et graium ω : ecce graui ↑ /et graium O^1 : ecce graui ↑ /et gratum t^1 : et gratum ↑ ecce graui P^rS^c : ecce graui N

concilium; fugit exertos Iocasta per hostes
iam non ausa preces; natas ipsamque repellunt
qui modo tam mites, et praeceps tempore Tydeus
utitur: 'ite age, nunc pacem sperate fidemque!
num saltem differre nefas potuitue morari,
dum genetrix dimissa redit?' sic fatus aperto
ense uocat socios. saeuus iam clamor et irae
hinc atque inde calent; nullo uenit ordine bellum,
confusique duces uulgo, et neglecta regentum
imperia; una equites mixti peditumque cateruae
et rapidi currus; premit indigesta ruentes
copia, nec sese uacat ostentare nec hostem
noscere. sic subitis Thebana Argiuaque pubes
conflixere globis; retro uexilla tubaeque
post tergum et litui bellum inuenere secuti.
tantus ab exiguo crudescit sanguine Mauors!
uentus uti primas struit intra nubila uires,
lenis adhuc, frondesque et aperta cacumina gestat,
mox rapuit nemus et montes patefecit opacos.
  nunc age, Pieriae, non uos longinqua, sorores,
consulimus, uestras acies uestramque referte
Aoniam; uidistis enim, dum Marte propinquo
horrent Tyrrhenos Heliconia plectra tumultus.
  Sidonium Pterelan sonipes male fidus in armis
rumpentem frenos diuersa per agmina raptat
iam liber, sic fessa manus. uenit hasta per ambos
Tydeos: et laeuum iuueni transuerberat inguen
labentemque adfigit equo. fugit ille perempto
consertus domino, nec iam arma aut frena tenentem

---

609 exertos P : exertos ↑ /externos t[1] : externos ω : ex~~ternos~~ Q : (h)esternos Nμ : excitos *Baehrens* : exortos *Ker 179 cl. 10.455 (ubi pro* exertos *habet* P exortos*); sed cf. 9.681, Luc. 2.543*   613 Num Pω : *ex* Nunc Q[1] : Num ↑ /nunc t[1] : Nunc ↑ /num D[1] : Nunc Nμ[2] : Non O, *quod etiam coniecit Imhof;* nunc *fortasse natum est e* nunc *(612)*   differre Pω : -ferre ↑ /te D[1] : -ferte ↑ r *s.* -t- M[σ]   -ue morari ω, *Bentley* : -ne morari Pb[2] : nęmorari D[1]   622 Conflixere ω : -flux- Lν : Conflixere ↑ /Coniunxere t[1] : Coniuncxere P   globis *ex* -bos f   624 ab exiguo ω : in ambiguo ↑ /ab exiguo t[1] : in ambiguo P : ab ambiguo *Ker 179–80*   625 intra Ptδ : inter ω, *fortasse recte*   634 sic Pω : scit *Damsté B 82 cl. 2.108, 7.674, 792, 10.172*   ambos P[1] : ambos ↑ /armos t[1] : am≡os ↑ r *s.* am- B[1] : armos P[r]ω, *edd., cf.* Σ: 'uenit hasta per armos *equi scilicet'; sed obstat ordo uerborum; praeterea uix facile hasta una et armos equi (uel equitis) et equitis inguen laeuum transuerberare possit.* armos *nempe ex* armi *(632) natum est; cf. Damsté B 82–83 qui tamen* auras *coniecit*   635 iuueni Pω : iuuenis DNtOμνCS, *cf. 646 ubi similis permutatio*

portat adhuc: ceu nondum anima defectus utraque
cum sua Centaurus moriens in terga recumbit.
certat opus ferri: sternunt alterna furentes
Hippomedon Sybarin, Pylium Periphanta Menoeceus,
Parthenopaeus Ityn: Sybaris iacet ense cruento,
cuspide trux Periphas, Itys insidiante sagitta.
Caeneos Inachii ferro Mauortius Haemon
colla rapit, cui diuiduum trans corpus hiantes
truncum oculi quaerunt, animus caput; arma iacentis
iam rapiebat Abas: cornu deprensus Achiua
dimisit moriens clipeum hostilemque suumque.
  quis tibi Baccheos, Eunaee, relinquere cultus,
quis lucos, uetitus quibus emansisse sacerdos,
suasit et adsuetum Bromio mutare furorem?
quem terrere queas? clipei penetrabile textum
pallentes hederae Nysaeaque serta coronant,
candida pampineo subnectitur instita pilo,
crine latent umeri, crescunt lanugine malae,
et rubet imbellis Tyrio subtemine thorax,
bracchiaque in manicis et pictae uincula plantae
carbaseique sinus, et fibula rasilis auro
Taenariam fulua mordebat iaspide pallam,
quam super a tergo uelox gorytos et arcus
pendentesque sonant aurata lynce pharetrae.
it lymphante deo media inter milia longum
uociferans: 'prohibete manus, haec omine dextro
moenia Cirrhaea monstrauit Apollo iuuenca;
Parcite, in haec ultro scopuli uenere uolentes.
gens sacrata sumus: gener huic est Iuppiter urbi
Gradiuusque socer; Bacchum haud mentimur alumnum
et magnum Alciden.' iactanti talia frustra
turbidus aeria Capaneus occurrit in hasta.
qualis ubi primam leo mane cubilibus atris.
erexit rabiem et saeuo speculatur ab antro

---

640 sternunt P : -untque ω   641 *recte interpunxit Bentley ut* Pylium *cum* Periphanta *non cum* Sybarin *iungeretur*   646 iacentis PDNOLTr : -ti[s] δ^2 : -ti ω, *fortasse recte, uide ad 635*   648 Demisit Pt, *uide ad 9.237*   654 pilo ↑ /filo t^1 : filo *edd. uett* : infula pileo *coniecit Imhof; cf.* Σ: 'instita pilo: *fasciola est quae imam uestem suo pingit ornatu. ut Horatius* [*Sat. 1.2.29*]'; pilo *recte interpretatus est Gronouius 'thyrso' cl. i.a. Verg. Aen. 7.396*   660 gorytos ↑ c *s.* g-, u *s.* -o- Q^2 : coritos DNtδ : cho- O : corithos C : corytos μν : *ex* -tus M^1 : -tus *ex* -tos f : -tus P, *uide ad 4.269*   670 atris ω : astris P : artis *Baehrens*

aut ceruum aut nondum bellantem fronte iuuencum,
it fremitu gaudens, licet arma gregesque lacessant
uenantum, praedam uidet et sua uulnera nescit:
sic tum congressu Capaneus gauisus iniquo
librabat magna uenturam mole cupressum.
ante tamen, 'quid femineis ululatibus,' inquit,
'terrificas, morture, uiros? utinam ipse ueniret
cui furis! haec Tyriis cane matribus!' et simul hastam
expulit; illa uolans, ceu uis non ulla moretur
obuia, uix sonuit clipeo et iam terga reliquit.
arma fluunt, longisque crepat singultibus aurum,
eruptusque sinus uicit cruor.occidis audax,
occidis Aonii puer altera cura Lyaei.
marcida te fractis planxerunt Ismara thyrsis,
te Tmolos, te Nysa ferax Theseaque Naxos
et Thebana metu iuratus in orgia Ganges.
  nec segnem Argolicae sensere Eteoclea turmae,
parcior ad ciues Polynicis inhorruit ensis.
eminet ante alios iam formidantibus arua
Amphiaraus equis ac multo puluere uertit
campum indignantem: famulo decus addit inane
maestus et extremos obitus inlustrat Apollo.
ille etiam clipeum galeamque incendit honoro
sidere; nec tarde fratri, Gradiue, dedisti
ne qua manus uatem, ne quid mortalia bello
laedere tela queant: sanctum et uenerabile Diti
funus eat. talis medios aufertus in hostes
certus et ipse necis, uires fiducia leti
suggerit; inde uiro maioraque membra diesque
laetior et numquam tanta experientia caeli,
si uacet: auertit morti contermina Virtus.
ardet inexpleto saeui Mauortis amore
et fruitur dextra atque anima flagrante superbit.
hicne hominum casus lenire et demere Fatis
iura frequens? quantum subito diuersus ab illo
qui tripodas laurusque sequi, qui doctus in omni

683 Eruptusque ωΣ : Eruptusque ↑ /Ereptos t[1] : Erẹptusque ↑ u *s.* -e- Q[2] : Erupoque *(* ↑ s *s.* -o-, *sic) ex* -ptus- D^{σ} : Ereptosque P   uicit Pω : uitiat *Haupt 345*   692 addit inane ω : adidit omne ↑ /addit inane t[1] : addidit omne *ex* abd- P[r] : adicit omne *Garrod, sed* inane *recte iudicat Klotz 'fere necessarium'*   698 eat Pts : *in ras.* O[1?] : erat ω   aufertur PB[1]b : aufertur ↑ /in t[1] : infertur ω   705 -ne Pt : *om.* ω, *edd. ante Kohlmann comma modo post* frequens *(706) ponentes*

nube salutato uolucrem cognoscere Phoebo!
innumeram ferro plebem, ceu letifer annus
aut iubar aduersi graue sideris, immolat umbris
ipse suis: iaculo Phlegyan iaculoque superbum
Phylea, falcato Clonin et Chremetaona curru
comminus hunc stantem metit, hunc a poplite sectum,
cuspide non missa Chromin Iphinoumque Sagenque
intonsumque Gyan sacrumque Lycorea Phoebo
(inuitus: iam fraxineum demiserat hastae
robur, et excussis apparuit infula cristis),
Alcathoum saxo, cui circum stagna Carysti
et domus et coniunx et amantes litora nati.
uixerat ille diu pauper scrutator aquarum,
decepit tellus, moriens hiemesque Notosque
laudat et experti meliora pericula ponti.
aspicit has longe iamdudum Asopius Hypseus
palantum strages ardetque auertere pugnam,
quamquam haud ipse minus curru Tirynthia fundens
robora; sed uiso praesens minor augure sanguis:
illum armis animisque cupit. prohibebat iniquo
agmine consertum cunei latus; inde superbus
exeruit patriis electum missile ripis,
ac prius: 'Aonidum diues largitor aquarum,
clare Giganteis etiamnum, Asope, fauillis,
da numen dextrae: rogat hoc natusque tuique
quercus alumna uadi; fas et me spernere Phoebum,
si tibi conlatus diuum sator. omnia mergam
fontibus arma tuis tristesque sine augure uittas.'
audierat genitor: uetat indulgere uolentem
Phoebus, et aurigam iactus detorquet in Hersen.

---

709 ferro plebem Ptδx : plebem ferro ω : *ex* phoebem f. Q¹ : *in ras.* N²   712 chremetaona PNtMνQ : cremet(h)aona ω, *edd. ante Klotz* : -tona C   714 non missa P : non (↑ /de) missa t¹ : ṇọṇ (↑ de) missa B¹ : demissa ω : dimissa N, non missa, *i.e. non iacta, nam hasta, si iacitur, unum modo uirum occidere potest, haec hasta quinque occidit, cf.* demiserat *(716) unde* demissa *fortasse natum est*   716 demiserat Pδ : di- ω, *uide ad 2.359*   725 fundens P : -dit ↑ /dens t¹ : -dit ω   733 me NfMμνCSKx : mihi PDtδOLQBb : ṇẹ ↑ mihi r²; mihi spernere *metro damnatur, cf. Housman H 8, sed, cum uult hunc sensum, Statius construit* fas *cum datiuo et infinito, non cum accusatiuo, cf. 2.167–68, 3.234, 8.90, 11.679, 12.79, Ach. 1. 73–74; praeterea* mihi...tibi *concinnius est quam* me...tibi; *itaque conicio* mihi (*uel* et mihi) fas est spernere   737 iactus P : iactu≡ Bb : iaculo ω   in Hersen *edd.* : in ersen P : in hertem Brx : *ex* in hortem L$^{\sigma}$: in h̲ertem Q¹ : in/hertem b : inerthem O : inertem ω : *ex* in≡≡≡m N?

ille ruit: deus ipse uagis succedit habenis,
Lernaeum falso simulans Haliacmona uultu.
tunc uero ardenti non ulla obsistere temptant
signa, ruunt solo terrore, et uulnere citra
mors trepidis ignaua uenit, dubiumque tuenti
presserit infestos onus impuleritne iugales.
sic ubi nubiferum montis latus aut noua uentis
soluit hiems, aut uicta situ non pertulit aetas,
desilit horrendus campo timor, arua uirosque
limite non uno longaeuaque robora secum
praecipitans, tandemque exhaustus turbine fesso
aut uallem cauat aut medios intercipit amnes.
non secus ingentique uiro magnoque grauatus
temo deo nunc hoc, nunc illo in sanguine feruet.
ipse sedens telis pariterque ministrat habenis
Delius, ipse docet iactus aduersaque flectit
spicula fortunamque hastis uenientibus aufert.
sternuntur terra Melaneus pedes, Antiphus alto
nil defensus equo, genitusque Heliconide nympha
Aetion, caesoque infamis fratre Polites,
conatusque toris uittatam attingere Manto
Lampus: in hunc sacras Phoebus dedit ipse sagittas.
et iam cornipedes trepidi ad moribunda reflantes
corpora rimantur terras, omnisque per artus
sulcus et incisis altum rubet orbita membris.
hos iam ignorantes terit impius axis, at illi
uulnere semineces (nec deuitare facultas)
uenturum super ora uident; iam lubrica tabo
frena, nec insisti madidus dat temo, rotaeque
sanguine difficiles, et tardior ungula fossis

---

739 Haliacmona *Walker* : aliamona ↑ c *s.* -am- P¹ : haliagmona ω : al- Dr : hel- Q : alicemona O 743 infestos Pω : -estos ↑ ꝉsos t¹ : infessos ↑ ꝉinfestos D² : -essos δC : an fessos *ex* ≡n f. Q² : insessos Bb, *Heinsius 4.3.583, Håkanson B 55, sed currum, non equos, insidit auriga; equos antea formidantes (690) nunc, deo impellente,* infestos *('an* infensos?' *Klotz) uidemus: cf. 12.236, 540 ubi similis permutatio interpretatur* Σ: *'dubium erat uidentibus utrum onere* [*sc. Apollinis*] *tardatus esset Amphiarai* <*currus*> *an uelocior factus'* (currus *add. Barth*), *cf. Hom. Il. 5.835–39* 746 decidit *Schrader* 755 terra Pω, *edd. uett. et edd. inde a Wilkins* : -rae ↑ ꝉa ν¹ : -rae MμTr, *edd. plerique, sed cf. 3.213, 7.25, 9.816, 10.318* melaneus NLνbrS, *Gronouius cl. Ou. Met. 5.128* : ᵐelaneus B³ : melanes fK : menaleus Pω : -leṣ ↑ us *s.* -s *(sic)* M^σ : menelaus δ : maleus C 760 trepidi ad *scripsi* : -di ac PtO, *edd. inde a Kohlmann* : -da ac ω, *edd. ante Kohlmann, sed aera (cf. Lucr. 4.948), non corpora, possumus reflare*

uisceribus: tunc ipse furens in morte relicta
spicula et e mediis extantes ossibus hastas
auellit, strident animae currumque sequuntur.
   tandem se famulo summum confessus Apollo
'utere luce tua longamque' ait 'indue famam,
dum tibi me iunctum Mors inreuocata ueretur.
uincimur: inmites scis nulla reuoluere Parcas
stamina; uade diu populis promissa uoluptas
Elysiis, certe non perpessure Creontis
imperia aut uetito nudus iaciture sepulcro.'
ille refert contra, et paulum respirat ab armis:
'olim te, Cirrhaee pater, peritura sedentem
ad iuga (quis tantus miseris honor?) axe trementi
sensimus; instantes quonam usque morabere manes?
audio iam rapidae cursum Stygis atraque Ditis
flumina tergeminosque mali custodis hiatus.
accipe commissum capiti decus, accipe laurus,
quas Erebo deferre nefas. nunc uoce suprema,
si qua recessuro debetur gratia uati,
deceptum tibi, Phoebe, larem poenasque nefandae
coniugis et pulchrum nati commendo furorem.'
desiluit maerens lacrimasque auertit Apollo:
tunc uero ingemuit currusque orbique iugales.
non aliter caeco nocturni turbine Cauri
scit peritura ratis, cum iam damnata sororis
igne Therapnaei fugerunt carbasa fratres.
   iamque recessurae paulatim horrescere terrae
summaque terga quati grauiorque efferuere puluis
coeperat; inferno mugit iam murmure campus.
bella putant trepidi bellique hunc esse fragorem
hortanturque gradus; alius tremor arma uirosque
mirantesque inclinat equos; iam frondea nutant
culmina, iam muri, ripisque Ismenos apertis
effugit; exciderunt irae, nutantia figunt
tela solo, dubiasque uagi nituntur in hastas
comminus inque uicem uiso pallore recedunt.

770 strident P : -dent ↑u *s.* -e- t[1] : -dunt ω, *edd. ante Kohlmann fortasse recte, sed uide ad 3.510*   775 *comma post* uade *ponunt edd. multi, sed cf. Housman D 3*   791 Cauri *(uel* Cori*) edd.* : chori Pω   798 alius Pω : altus *edd. uett., quod damnant Barth, Heinsius 3.17.550*   801 exciderunt NtBb[1] : -rant *ex* -runt P[1]Q[1] : -rụnt ↑ i *s.* -ŭ- L^{σ} : -rant ω : *ex* -rat μ : -rịnt ↑ a *s.* -i- r[2] : -rint S, *uide ad 3.302*

sic ubi nauales miscet super aequora pugnas
contempto Bellona mari, si forte benigna
tempestas, sibi quisque cauent, ensesque recondit
mors alia, et socii pacem fecere timores.
talis erat campo belli fluitantis imago.
siue laborantes concepto flamine terrae
uentorum rabiem et clausum eiecere furorem,
exedit seu putre solum carpsitque terendo
unda latens, siue hac uoluentis machina caeli
incubuit, siue omne fretum Neptunia mouit
cuspis et extremas grauius mare torsit in oras,
seu uati datus ille fragor, seu terra minata est
fratribus: ecce alte praeceps humus ore profundo
dissilit, inque uicem timuerunt sidera et umbrae.
illum ingens haurit specus et transire parentes
mergit equos; non arma manu, non frena remisit:
sicut erat, rectos defert in Tartara currus,
respexitque cadens caelum, campumque coire
ingemuit, donec leuior distantia rursus
miscuit arua tremor lucemque exclusit Auerno.

---

805 benigna Pω : benigna ↑ maligna r^2 : maligna Dδ : mal- *in ras.* B^1 : nigrabit *Phillimore, sed recte* Σ: *'benignam tempestatem dixit quia naualia certamina prohibentur'* 806 cauent Pω : *in ras.* O^1 : -e/nt L^σ : -et NtfMμCr, *fortasse recte, uide ad 5.192, 6.351, cf. Austin ad Verg. Aen. 4.64* recondit Pω : -it *in ras.* $O^{1?}$: recondit ↑ /ant t^1 : -dunt Nς, *Bentley interpungens:* cauent ensesque recondunt, mors alia et socii 811 terendo δμ, *edd.* : ter- ↑ /fe T^1r^1 : fer- *ex* ter- C^1 : ter- *ex* fer- ν^1B^1 : furendo *(sic)* /terendo O^σ : fer- Pω

LIBER OCTAVVS

Vt subitus uates pallentibus incidit umbris
letiferasque domos orbisque arcana sepulti
rupit et armato turbauit funere manes,
horror habet cunctos, Stygiis mirantur in oris
tela et equos corpusque nouum; nec enim ignibus atris
conditus aut maesta niger aduentabat ab urna,
sed belli sudore calens, clipeumque cruentis
roribus et scissi respersus puluere campi.
necdum illum aut trunca lustrauerat obuia taxo
Eumenis, aut furuo Proserpina poste notarat
coetibus adsumptum functis; quin comminus ipsa
Fatorum deprensa colus, uisoque pauentes
augure tunc demum rumpebant stamina Parcae.
illum et securi circumspexere fragorem
Elysii, et si quos procul ulteriore barathro
altera nox aliisque grauat plaga caeca tenebris.
tunc regemunt pigrique lacus ustaeque paludes,
umbriferaeque fremit sulcator pallidus undae
dissiluisse nouo penitus telluris hiatu
Tartara et admissos non per sua flumina manes.
forte sedens media regni infelicis in arce
dux Erebi populos poscebat crimina uitae,
nil hominum miserans iratusque omnibus umbris.
stant Furiae circum uariaeque ex ordine Mortes,

---

2 orbisque ω : orbisque ↑ /regis O^1 : regisque ↑ /orbis t^2 : regisque P, *'quod ex gloss.* "regionis" *ortum esse suspicandum', Garrod; cf. 8.508* 5 neque DO, *edd. uett. fortasse recte*; neque enim *uicies ter (1.101, 246, 439, 578, 2.570, 3.77, 305, 4.37, 119, 249, 758, 840, 5.25, 6.178, 297, 728, 7.78, 8.588, 10.629, Ach. 1.10, 140, 539, 940)*, nec enim *ter (8.737, 9.470, 11.188), similis permutatio semel alibi (10.21) in Stati epicis carminibus inuenitur; uide ad 3.717* atris NtO, *edd. uett., Walker* : atris ↑ /artus Q^2 : artus ↑ /atris μ^2 : D *dispici non potest* : artus Pω, *edd. plerique sed* artus *singularis non apud Statium inuenitur et cf. 5.175, 6.81, 7.159, 11.226* 10 furuo ω *(uide ad 9.727)* : fuluo ↑ /furuo t^1 : fuluo POS, *quod non omnino damnari uult Courtney cl. Verg. Aen. 6.636; cf. Iuu. 12.104, Sen. Her. O. 1964, Tib. 2.1.89 etc. ubi similis permutatio* 13 tunc PtδO : tum ω, *uide ad 5.291* 15 ulteriore P : ulter ↑ /infe t^{σ} : infer- ω 17 ustaeque PδΣ : ust- ↑ /ua t^1 : uastaeque *(al* ustae B^1*mg.)* ω, *uide ad 5.386*

saeuaque multisonas exertat Poena catenas;
Fata serunt animas et eodem pollice damnant:
uincit opus. iuxta Minos cum fratre uerendo
iura bonus meliora monet regemque cruentum
temperat; adsistunt lacrimis atque igne tumentes
Cocytos Phlegethonque, et Styx periuria diuum
arguit. ille autem supera compage soluta
nec solitus sentire metus expauit oborta
sidera, iucundaque offensus luce profatur:
'quae superum labes inimicum impegit Auerno
aethera? quis rupit tenebras uitaeque silentes
admonet? unde minae? uter haec mihi proelia fratrum?
congredior, pereant agedum discrimina rerum.
nam cui dulce magis? magno me tertia uictum
deiecit fortuna polo, mundumque nocentem
seruo; nec iste meus: diris quin peruius astris
inspicitur. tumidusne meas regnator Olympi
explorat uires? habeo iam quassa Gigantum
uincula et aetherium cupidos exire sub axem
Titanas miserumque patrem: quid me otia maesta
saeuus et implacidam prohibet perferre quietem
amissumque odisse diem? pandam omnia regna,
si placet, et Stygio praetexam Hyperiona caelo.
Arcada nec superis (quid enim mihi nuntius ambas
itque reditque domos?) emittam et utrumque tenebo
Tyndariden. cur autem auidis Ixiona frango
uerticibus? cur non expectant Tantalon undae?
anne profanatum totiens Chaos hospite uiuo
perpetiar? me Pirithoi temerarius ardor

25 exertat P : -tat ↑ |cet t[1] : -cet ω 26 serunt PDtν : *ex* fe- r[2] : fe- ωN, *sed* fata serunt animas *citat* Σ*8.91 ob* sator *(93); uide ad 7.404* 30 et quae periuria diuum *Jortin I 184* 36 minae ω : -na P : minae? aut uter *Poynton C 260; de hiatu non consentiunt; Gronouius, edd. plerisque sequentibus, hiatum recipi uoluit, cl. 4.319, eis quibus hiatus displicet* minas *commendans ut 'non modo facile sed etiam elegans', quam coniecturam Baehrens sibi asciuit; hiatum dubitanter recepi sed cf. Williams ad 10. 441, Dilke ad Ach. 2.93* 39 nocentem Pω : iacentem ↑ |nocentem Q[1] : nocentum Dς, *Imhof* 40 quin *Garrod* : -que in P : -que en ω : en DNtO; -que en *defendit Ker 175 fortasse recte, perperam tamen ratus Statium uoce* quin *non hoc modo uti, cf. e.g. 1.76, 233, 8.11; uide ad 3.508* 41 Inspici~~mur~~ ↑ tur P[r], *unde 'an* astris. inspicimur. tumidusne?' *Klotz* 46 omnia Pω : intima *Barth* : horrida *uel* inuia *Markland ad Silu. 4.1.14, sed sensus est: adhuc mea regna partim aperta sunt, nunc omnia aperiam si uis* 48 Arc(h)ada nec PD : -an et ω : -an e≡ Q : -an[et] b[2] : -an δ : Archidan et t : Accedam et LC

temptat et audaci Theseus iuratus amico,
me ferus Alcides tum cum custode remoto
ferrea Cerbereae tacuerunt limina portae;
Odrysiis etiam pudet (heu!) patuisse querelis
Tartar: uidi egomet blanda inter carmina turpes
Eumenidum lacrimas iterataque pensa Sororum;
me quoque —— sed durae melior uiolentia legis.
ast ego uix unum, nec celsa ad sidera, furto
ausus iter Siculo rapui conubia campo:
nec licuisse ferunt; iniustaeque a Ioue leges
protinus, et sectum genetrix mihi computat annum.
sed quid ego haec? i, Tartareas ulciscere sedes,
Tisiphone; si quando nouis asperrima monstris,
triste, insuetum, ingens, quod nondum uiderit aether,
ede nefas, quod mirer ego inuideantque sorores.
atque adeo fratres (nostrique haec omina sunto
prima odii), fratres alterna in uulnera laeto
Marte ruant; sit qui rabidarum more ferarum
mandat atrox hostile caput, quique igne supremo
arceat exanimes et manibus aethera nudis
commaculet: iuuet ista ferum spectare Tonantem.
praeterea ne sola furor mea regna lacessat,
quaere deis qui bella ferat, qui fulminis ignes
infestumque Iouem clipeo fumante repellat.
faxo haud sit cunctis leuior metus atra mouere
Tartara frondenti quam iungere Pelion Ossae.'
dixerat: atque illi iamdudum regia tristis
attremit oranti, suaque et quae desuper urguet
nutabat tellus: non fortius aethera uultu
torquet et astriferos inclinat Iuppiter axes.
  'at tibi quos,' inquit, 'manes, qui limite praeceps
non licito per inane ruis?' subit ille minantem
iam tenuis uisu, iam uanescentibus armis,
iam pedes: extincto tamen interceptus in ore
augurii perdurat honos, obscuraque fronti

---

55 tum Pδ : tum ↑ /tunc t[1] : tunc ω, *uide ad 1.112*   56 tacuerunt Pt : patu- ω, *quod damnauit Bernartius cl. Verg. Aen. 6.127, sed cf.* patuisse *(57), unde tamen* patuerunt *fortasse natum*   63 a Pt : ab ω, *uide ad 4.848*   65 i PtOQ : i<u>ta</u> N[2] : ita ω   66 *comma post* quando *posuit Weber; Housman D 65–66 cft. Ach. 1.509*   69–70 nostrique...odii P : -ique *(*↑ /is*)*...odii *(*↑ /is*)* t[1] : nostrisque...odi is ω : nostris...odiis DδC   87 interceptus Pω : indecerptus *Barth, sed sensus est: honos, quamquam ore in extincto interceptus, perdurat tamen; uide ad 1.480*

uitta manet, ramumque tenet morientis oliuae.
'si licet et sanctis hic ora resoluere fas est
manibus, o cunctis finitor maxime rerum
(at mihi, qui quondam causas elementaque noram,
et sator), oro, minas stimulataque corda remulce,
neue ira dignare hominem et tua iura timentem;
nam nec ad Herculeos (unde haec mihi pectora?) raptus,
nec uenerem inlicitam (crede his insignibus) ausi
intramus Lethen: fugiat ne tristis in antrum
Cerberus, aut nostros timeat Proserpina currus.
augur Apollineis modo dilectissimus aris,
testor inane Chaos (quid enim hic iurandus Apollo?),
crimine non ullo subeo noua fata, nec alma
sic merui de luce rapi; scit iudicis urna
Dictaei uerumque potest deprendere Minos.
coniugis insidiis et iniquo uenditus auro
Argolicas acies (unde haec tibi turba recentum
umbrarum, et nostrae ueniunt quoque funera dextrae)
non ignarus ini: subito me turbine mundi
(horret adhuc animus) mediis e milibus hausit
nox tua. quae mihi mens, dum per caua uiscera terrae
uado diu pendens et in aere uoluor operto?
ei mihi! nil ex me sociis patriaeque relictum,
uel captum Thebis; iam non Lernaea uidebo
tecta, nec attonito saltem cinis ibo parenti.
non tumulo, non igne miser lacrimisque meorum
productus, toto pariter tibi funere ueni,
nil istis ausurus equis; nec deprecor umbram
accipere et tripodum iam non meminisse meorum.
nam tibi praesagi quis iam super auguris usus,
cum Parcae tua iussa trahant? sed pectora flectas
et melior sis, quaeso, deis. si quando nefanda
huc aderit coniunx, illi funesta reserua
supplicia: illa tua, rector bone, dignior ira.'
accipit ille preces indignaturque moueri.

---

95 pectora ω : proelia Pt, *fortasse recte sed cf. Håkanson B 55 cl. 5.282–83, 12. 591* 97 ne P : nec ω, *fortasse e* nec...nec *(95–96)* 110 operto ω : ap- ↑ ↓o t[1] : ap- *ex* op- S[2] : ap- PfLCQ, *uide ad 6.567* 112 iam non Pt : non[iam] S[1] : non iam ω, *edd. ante Kohlmann* 114 igne ω : ipse ↑ ↓igne t[1] : ipse P 116 umbram PωΣ : umquam ↑ ↓umbram r[2] : undam *(i.e. Lethaeam) Alton 183 (uide ad 8.18), sed cf.* Σ: *'id est: nec refuto umbra esse'*

ut leo, Massyli cum lux stetit obuia ferri,
tunc iras, tunc arma citat; si decidit hostis,
ire supra satis est uitamque relinquere uicto.
  interea uittis lauruque insignis opima
currus et egregiis modo formidatus in armis
luce palam, fusus nulli nullique fugatus,
quaeritur: absistunt turmae, suspectaque tellus
omnibus, infidi miles uestigia campi
circumit, atque auidae tristis locus ille ruinae
cessat et inferni uitatur honore sepulcri.
nuntius hortanti diuersa in parte maniplos
Adrasto, uix ipse ratus uidisse, Philaemon
aduolat et trepidans (steterat nam forte cadenti
proximus inspectoque miser pallebat hiatu),
'uerte gradum, fuge rector' ait 'si Dorica saltem
terra loco patriaeque manent, ubi liquimus, arces.
non armis, non sanguine opus: quid inutile ferrum
stringimus in Thebas? currus humus impia sorbet
armaque bellantesque uiros; fugere ecce uidetur
hic etiam, quo stamus, ager. uidi ipse profundae
noctis iter ruptaque soli compage ruentem
illum heu, praesagis quo nullus amicior astris,
Oecliden, frustraque manus cum uoce tetendi.
mira loquor, sulcos etiamnum, rector, equorum
fumantemque locum et spumis madida arua reliqui.
nec commune malum est: tellus agnoscit alumnos,
stat Thebana acies.' stupet haec et credere Adrastus

127–9.230 *desunt in* K 127 lauruque ω : -ru- *in ras.* L : -roque POf[2]C, *uide ad 3.105* 129 nulli ω : media ↑ /nulli t[1] : media P 135 palaemon ↑ /phi D[1] : pil- P : *ex* p≡l- O? : pal(a)emon ω, *edd.; 'an* Philaemon *ut a Palaemone Thebano distinguatur?' Klotz, quod dubitanter recepi sed, si extat* Abas *Thebanus (7.647), fortasse extat et* Palaemon *Argiuus* 138 gradum ω : gradum ↑ /fugam t[1] : fugam P 146 tetendi fCQ[1]B : -dit Pω, *cf.* Σ: 'cum uoce tetendit*: petentum auxilia affectum expressit poeta, qui iactatione uel extensione manuum sibi supplicant subueniri'; sed* tetendi *recte maluerunt edd. plerique;* tetendit *natum esse e Verg. Aen. 2.688 iudicat Klotz* 148 *'fortasse* lacum, *i.e. hiatum, cf. Silu. 1.1.66, 73. sic et legerim infra (338)* quo ruis ille adytis, melior lacus', *Gronouius* reliqui ω : -i≡ S : -it PMμL[σ] : rector *(147) ut uocatiuum (i.e. Adraste) interpretans* reliqui *legit Beraldus et sic legit et distinxit Dubner; edd. plerique, ita distinguentes ut* rector *nominatiuus uideatur,* reliqui *nihilominus legunt, quod non intellego. edd. inde a Kohlmann eodem modo distinguentes* reliquit *legunt; sed utrum* rector *sit Amphiaraus an nuntii auriga (Mozley) incertum est. Håkanson B 56,* rector *ut uocatiuum interpretans, lectionem* reliqui *ignorare uidetur. Damsté B 84–85 recte cft 8.138*

cunctatur; sed Mopsus idem trepidusque ferebat
Actor idem. iam Fama nouis terroribus audax
non unum cecidisse refert. sponte agmina retro
non expectato reuocantum more tubarum
praecipitant: sed torpet iter, falluntque ruentes
genua uiros; ipsique (putes sensisse) repugnant
cornipedes nulloque truces hortamine parent
nec celerare gradum nec tollere lumina terra.
fortius incursant Tyrii, sed Vesper opacus
lunares iam ducit equos; data foedere paruo
maesta uiris requies et nox auctura timores.
 quae tibi nunc facies postquam permissa gemendi
copia! qui fletus galeis cecidere solutis!
nil solitum fessos iuuat; abiecere madentes,
sicut erant, clipeos, nec quisquam spicula tersit,
nec laudauit equum, nitidae nec cassidis altam
compsit adornauitque iubam; uix magna lauare
uulnera et efflantes libet internectere plagas:
tantus ubique dolor. mensas alimentaque bello
debita nec pugnae suasit timor: omnia laudes,
Amphiarae, tuas fecundaque pectora ueri
commemorant lacrimis, et per tentoria sermo
unus: abisse deos dilapsaque numina castris:
'heu ubi laurigeri currus sollemniaque arma
et galeae uittatus apex? hoc antra lacusque
Castalii tripodumque fides? sic gratus Apollo?
quis mihi sidereos lapsus mentemque sinistri
fulguris, aut caesis saliat quod numen in extis,
quando iter, unde morae, quae saeuis utilis armis,
quae pacem magis hora uelit? quis iam omne futurum
proferet, aut cum quo uolucres mea fata loquentur?
hos quoque bellorum casus nobisque tibique
praescieras et (quanta sacro sub pectore uirtus!)

152 Actor idem NtM^{1}$\mu\nu$B^{3}bQ^{2}Tr : Autor idem S : Auctor idem O : Actorides PδfM$^{\sigma}$Q^{1}B^{1} : Auctorides D iam *Sandstroem 54* : nam Pω fama *edd. praeter Klötz* 154 'more *suspicandum: an* exspectata remorantum uoce?' *Garrod* 156 repugnant PtOb, T^{2}*mg.* : ruuntque ↑ /repugnant D^{1} : ruuntque ω 162 nunc Pμr : nunc ↑ /tunc t^{1} : tunc *ex* nunc f^{1}Q^{2} : tunc ω 170 nec pugnae Pω *(i.e. ne pugnae quidem, cf. Dilke ad Ach. 1.639)* : non p. *ex* nunc p. b^{1} 171 Amphiarae ω : -iare Pfμb^{1}S^{1} : -iarea ↑ o *s.* -a-, ae *s.* -ea ν^{1} 174 Heu ω : Heus PBO, *uide ad 5.478* 175 hoc Pω : hoc *in* haec *mutauit et deinde* hoc *restituit* μ^{1} : haec δO, *edd. multi*

uenisti tamen et miseris comes additus armis.
et cum te tellus fatalisque hora uocaret,
tu Tyrias acies aduersaque signa uacasti
sternere; tunc etiam media de morte timendum
hostibus infestaque abeuntem uidimus hasta.
et nunc te quis casus habet? poterisne reuerti
sedibus a Stygiis altaque erumpere terra?
anne sedes hilaris iuxta, tua numina, Parcas
et uice concordi discis uentura docesque?
an tibi felices lucos miseratus Auerni
rector et Elysias dedit inseruare uolucres?
quidquid es, aeternus Phoebo dolor et noua clades
semper eris mutisque diu plorabere Delphis.
hic Tenedon Chrysenque dies partuque ligatum
Delon et intonsi claudet penetralia Branchi,
nec Clarias hac luce fores Didymaeaque quisquam
limina nec Lyciam supplex consultor adibit.
quin et cornigeri uatis nemus atque Molosso
quercus anhela Ioui Troianaque Thymbra tacebit.
ipsi amnes ipsaeque uolent arescere laurus,
ipse nihil certum sagis clangoribus aether
praecinet, et nulla ferientur ab alite nubes.
iamque erit ille dies quo te quoque conscia fatis
templa colant reddatque tuus responsa sacerdos.'
talia fatidico peragunt sollemnia regi,
ceu flammas ac dona rogo tristesque rependant
exequias mollique animam tellure reponant.
fracta dehinc cunctis auersaque pectora bello.
sic fortes Minyas subito cum funere Tiphys
destituit, non arma sequi, non ferre uidetur
remus aquas, ipsique minus iam ducere uenti.

---

186 uacasti Oν : uac- ↑ ⁄uo D^1 : uoc- ↑ ⁄uacasti M^1 : uac- *ex* uoc- $\delta^1 T^2 r^2$: uoc- PNtfμQ, *e* uocaret *(185)* 190 altaque P : *ex* al≡≡≡≡ O^1 : aliaque ω, *uide ad. 4.308* 197 Chrysenque *uindicauit Schrader (cl. Ou. Met. 13.174) ex* chrisenque P : cyrramque *(*⁄chrisen *mg.)* t^1 : chrysamque QB : cyrr(h)amque *(uel* ci-*)* ω 200 lyciam supplex *(uel* lic- *uel* lit-*)* Ptδ : supplex l. ω 201–02 molosso...ioui Ptδf : molosso...iouis ω : moloso...ioui≡ ν : -so *(in ras.)*...iouis $O^?$: -si...iouis Dς, *edd. ante Klotz* 203 uolent ω : ual- C : uiae mallent *(ex* molent*)* P^1, *unde* ipsae malent *coniecit Postgate* 204 sagis ωΣ : sacis *ex* sagis S : sacris P 206 fatis Pς : -tis ↑ ⁄ti t^c : -ti ω, *edd. ante Kohlmann fortasse recte, cf.* c. tori *(1.257)*, sanguinis c. *(1.403)*, c. fati *(1.466)*, c. factorum *(3.330)*, uulneris c. *(9.876)*, c. actis *(3.175, 9.422)*, c. pensi(s) *(8.549)*

iam fessis gemitu paulatim corda leuabat
exhaustus sermone dolor; nox addita curas
obruit et facilis lacrimis inrepere somnus.
  at non Sidoniam diuersa in parte per urbem
nox eadem: uario producunt sidera ludo
ante domos intraque, ipsaeque ad moenia marcent
excubiae; gemina aera sonant Idaeaque terga
et moderata sonum uario spiramine buxus.
tunc dulces superos atque omne ex ordine alumnum
numen ubique sacri resonant paeanes, ubique
serta coronatumque merum. nunc funera rident
auguris ignari, contraque in tempore certant
Tiresian laudare suum; nunc facta reuoluunt
maiorum ueteresque canunt ab origine Thebas:
hi mare Sidonium manibusque attrita Tonantis
cornua et ingenti sulcatum Nerea tauro,
hi Cadmum lassamque bouem fetosque cruenti
Martis agros, alii Tyriam reptantia saxa
ad chelyn et duras animantem Amphiona cautes,
hi grauidam Semelen, illi Cythereia laudant
conubia et multa deductam lampade fratrum
Harmoniam: nullis deest sua fabula mensis.
ceu modo gemmiferum thyrso populatus Hydaspen
Eoasque domos nigri uexilla triumphi

---

215 fessis gemitu ω : *ex* -si g. ν^2 : -si gemitus̸ P, *unde* -si gemitu *Garrod, Mozley*, -si gemitus *Klotz*   corda ω : ≡≡ corda $\mu\nu$: et c. PO, *edd. inde a Kohlmann*   leuauit P, *edd. inde a Kohlmann, sed uide ad 9.370*   216 nox PD : noxque ω, *edd. ante Klotz fortasse recte*   217 lacrimis inrepere *(uel* irre-*)* Pω : *ex* -as inrepere δ^1 : -mas irrumpere ↑ /mis irre t^1 : -mas inrumpere *(uel* irru-*)* NO, *uide ad 1.340*   226 tempore Pω : tempore ↑ /pectore t^1M^σ : pectore ↑ /tempore DL : pectore NOμr, *quod maluit Gronouius: 'quid hic uel "certare" uel "laudare"* in tempore*? tres sub oculis habeo scriptos codices in quibus est* in pectore *ex quibus optimus suprascriptum habet:* diuinatione, *alter:* ratione scientiae in pectore infixae...*eamque unam [lectionem], quam elegans est, tam ueram esse statuo. scilicet hanc sedem faciunt poetae numinis uim diuinandi subiicientis...[cf.]4.541–43, Verg. Aen. 6.48–49, 78–79, Ou. Met. 2.641, Luc. 5.163, 168–69, Val. Fl. 4.445–46.' quae edd. plerisque recte displicuerunt nam* in pectore certant T. laudare *uix possumus interpretari: ob pectus certant T. laudare. sed quid significet* in tempore *haud satis scio, fortasse 'opportune'. cf. 11.506, Ach. 1.51, 768 ubi similis permutatio*   227 Tiresian P : -am ω, *cf. 10.589*   facta DNδ : *ex* -to L^σ : *ex* faeta b^1 : fata ↑ c Q^1T^2 : fata PtO$\mu\nu$Cr, *edd. uett., uide ad 3.161*   229 Tonanti *Ellis*   236 deest sua Pω : -que deest sua fCb^1ς : *in ras.* O^1 : iam deest sua D : sua deest δ; *de* deest *spondiaco dubitauerunt et librarii et edd. quod tamen olim uindicauit Gronouius (ad 2.551) cl. 10.236, 11.276*

Liber et ignotos populis ostenderet Indos.
  tunc primum ad coetus sociaeque ad foedera mensae
semper inaspectum diraque in sede latentem
Oedipoden exisse ferunt uultuque sereno
canitiem nigram squalore et sordida fusis
ora comis laxasse manu sociumque benignos
adfatus et abacta prius solacia passum,
quin hausisse dapes insiccatumque cruorem
deiecisse genis. cunctos auditque refertque,
qui Ditem et Furias tantum et si quando regentem
Antigonen maestis solitus pulsare querelis.
causa latet. non hunc Tyrii fors prospera belli,
tantum bella iuuant; natum hortaturque probatque
nec uicisse uelit; sed primos comminus enses
et sceleris tacito rimatur semina uoto.
inde epulae dulces ignotaque gaudia uultu.
qualis post longae Phineus ieiunia poenae,
nil stridere domi uolucresque ut sensit abactas
(necdum tota fides), hilaris mensasque torosque
nec turbata feris tractauit pocula pennis.
  cetera Graiorum curis armisque iacebat
fessa cohors; alto castrorum ex aggere Adrastus
laetificos tenui captabat corde tumultus,
quamquam aeger senio, sed agit miseranda potestas
inuigilare malis. illum aereus undique clamor
Thebanique urunt sonitus, et amara lacessit
tibia, tum nimio uoces marcore superbae
incertaeque faces et iam male peruigil ignis.
sic ubi per fluctus uno ratis obruta somno

---

240 Tunc PtδObr : Tum ω, *cf. 5.265, Ach. 1.456 et Theb. 5.358, 9.116 ubi similis permutatio*   ad *prius om.* δfM^{1}CQB, *s.l.* M$^{\sigma}$: et r   251 Tantum Pω : Qua- *ex* Ta- L$^{\sigma}$r^{2} : Qua- *(add.* tantum *mg.)* D^{1} : Quantum NOtM, *edd. uett.*   253 sceleris Pδ : -ris ↑ /rum t^{1} : -rum ω, *edd. ante Kohlmann*   miratur *Ellis quod uituperauit Damsté B 87 cl. 7.761, 8.724, 11.526*   semina ωΣ : pectora ↑ /semina t^{1} : pectore ↑ a P^{1}, *unde 'an* pectore uota*? (nisi* sceleri tacito miratur pectore uotos *mauis):* momina *Lact. legisse suspicor' Garrod inepte* : sceleris tacito rimatur pignora uoto *Alton 183 credens* scelerum *et* semina *e 4.212 nata esse; quae licet credamus,* pignora *tamen uix ueri simile est*   254 uultu Pω : -tus *ex* -tu r^{2}S^{2} : -tu^{s} D^{1} : -tus NtO   256 -que DδfMνCQBr : -que L : *om.* Pω, *fortasse recte sed cf. Housman D66*   ut PDtδO : et *in ras.* μ^{1} : et ω   265 tum ω : tunc Pδ : nunc O   267 uno Pω : imo C, *Walker*   268 tantique Pω : pacique *Postgate* : *alii alia, sed recte docuit Klotz* somno *e 267 subintellegendum esse*

conticuit, tantique maris secura iuuentus
mandauere animas: solus stat puppe magister
peruigil inscriptaque deus qui nauigat alno.
  tempus erat iunctos cum iam soror ignea Phoebi
sensit equos penitusque cauam sub luce parata
Oceani mugire domum, seseque uagantem
colligit et leuiter moto fugat astra flagello:
concilium rex triste uocat, quaeruntque gementes
quis tripodas successor agat, quo prodita laurus
transeat atque orbum uittae decus. haud mora, cuncti
insignem fama sanctoque Melampode cretum
Thiodamanta uolunt, quicum ipse arcana deorum
partiri et uisas uni sociare solebat
Amphiaraus aues, tantaeque haud inuidus artis
gaudebat dici similem iuxtaque secundum.
illum ingens confundit honos inopinaque turbat
gloria et oblatas frondes summissus adorat
seque oneri negat esse parem, cogique meretur.
sicut Achaemenius solium gentesque paternas
excepit si forte puer, cui uiuere patrem
tutius, incerta formidine gaudia librat
an fidi proceres, ne pugnet uulgus habenis,
cui latus Euphratae, cui Caspia limina mandet;
sumere tunc arcus ipsumque onerare ueretur
patris equum uisusque sibi nec sceptra capaci
sustenare manu nec adhuc implere tiaran.
  atque is ubi intorto signatus uellere crinem
conuenitque deis, hilari per castra tumultu
uadit ouans ac, prima sui documenta, sacerdos
Tellurem placare parat: nec futile maestis
id uisum Danais. geminas ergo ilicet aras
arboribus uiuis et adulto caespite texi
imperat, innumerosque deae, sua munera, flores

---

272 Sensit P : -tit ↑ /sit t^1 : -tit ωΣ, *fortasse recte sed* sensit *defendit Klotz interpretans: 'antequam colligit et fugat' cf. 519*   274 leuiter moto Pt : moto leuiter ω : m. leniter *(*-n- *fortasse e* -u-*)* O   276 prodita ωΣ : perdita b : prodigia P : prouida *Peyraredus, fortasse recte sed cf.* Σ*:* 'prodita*: deserta' et Klotz de* prodita*: 'fortasse recte, ut synonymum uocis* orbum'   285 meretur Pω : ueretur *Ker 180 cl. 291, 2.247, 10.131, fortasse recte sed cf.* Σ *Valenc.*: 'cogique meretur*: respuendo dignum se monstrat ut cogatur ad illum uenire officium'*   289 ne pugnet Pω : an pugnet ↑ /ne≡≡pugnet t^1 : an p. DNO, *edd. uett.*   294 signatus *codd. alii* Σ, *et coniecit Imhof* : -tur P, *codd. alii* Σ : -uit ↑ /tur t^1 : -uit ω

et cumulos frugum et quidquid nouat impiger annus
addit et intacto spargens altaria lacte
incipit: 'o hominum diuumque aeterna creatrix,
quae fluuios siluasque animarum et semina mundo
cuncta Prometheasque manus Pyrrhaeaque saxa
gignis, et impastis quae prima alimenta dedisti
mutastique uiris, quae pontum ambisque uehisque:
te penes et pecudum gens mitis et ira ferarum
et uolucrum requies; firmum atque inmobile mundi
robur inoccidui, te uelox machina caeli
aere pendentem uacuo, te currus uterque
circumit, o rerum media indiuisaque magnis
fratribus! ergo simul tot gentibus alma, tot altis
urbibus ac populis, subterque ac desuper una
sufficis, astriferumque domos Atlanta supernas
ferre laborantem nullo uehis ipsa labore:
nos tantum portare negas? nos, diua, grauaris?
quod, precor, ignari luimus scelus? an quia plebes
externa Inachiis huc aduentamus ab oris?
omne homini natale solum, nec te, optima, saeuo
tamque humili populos deceat distinguere fine
undique ubique tuos; maneas communis et arma
hinc atque inde feras; liceat, precor, ordine belli
pugnaces efflare animas et reddere caelo.
ne rape tam subitis spirantia corpora bustis,
ne propera: ueniemus enim, quo limite cuncti,
qua licet ire uia; tantum exorata Pelasgis
siste leuem campum, celeres neu praecipe Parcas.
at tu, care deis, quem non manus ulla nec enses
Sidonii, sed magna sinu Natura soluto,

---

301 impiger P : impiger ↑ /integer t^1 : integer ω, *cf.* Σ: 'integer annus*: pro parte anni'* 304 mundo Pν^1Q : -di ω, *fortasse e 309* 307 Mutastique ω : Mutasti≡que B : Mutastisque μ^2 : Mutastique ↑ l *s.* -ut- S^c : Mutastique *ex* Mult- N^2 : Mult- P : Mutatisque *ex* Muta≡≡sque O^1 : Mutatisque f, *Klotz, sed agitur de Tellure et donis eius non de hominibus; uide ad 8.196* uiris Pf : *fortasse ex* -r≡s O^1 : *ex* -ros μ^2b^1 : -ros ↑ /i ν^1 : -ros ω : -res ↑ o $M^\sigma Q^2$: -res LB : uiros ↑ /cibum r^2 : uices *(quod in 'membranis omnium optimis' apparere adseuerauit) defendit Gronouius cl. Verg. G. 1.7–8, Ou. F. 4.401–02, sed de lectione* uiros *disputauit lectionis* uiris *ignarus* 315 astriferumque ω : -iger- ↑ /fe t^1 : -iger- P, *fortasse recte, cf. 2.400, 8.83, 10.828, uide ad 3.420* 317 negas Pω : negas ↑ /nefas t^1 : nefas ↑ /negas D^1 : nefas ↑ g r^2 : nefas NOν, /negas ν^2*mg.* 321 Tamque humili P : Tamque humili ↑ /tanquam /les t^1 : Tamque *(ex* Tamquam*)* humilis B^3 : Tamquam humiles *(*-lis*)* ω, *edd. ante Kohlmann* 327 licet ω : libet ↑ /cet t^1 : libet P : decet *coniecit uel in codice inuenit Barth*

ceu te Cirrhaeo meritum tumularet hiatu,
sic amplexa coit, hilaris des, oro, precatus
nosse tuos, caeloque et uera monentibus aris
concilies, et quae populis proferre parabas,
me doceas: tibi sacra feram praesaga, tuique
numinis interpres te Phoebo absente uocabo.
ille mihi Delo Cirrhaque potentior omni,
quo ruis, ille adytis melior locus.' haec ubi dicta,
nigrantes terra pecudes obscuraque mergit
armenta, ac uiuis cumulos undantis harenae
aggerat et uati mortis simulacra rependit.
  talia apud Graios, cum iam Mauortia contra
cornua, iam saeuos fragor aereus excitat enses.
addit acerba sonum Teumesi e uertice crinem
incutiens acuitque tubas et sibila miscet
Tisiphone: stupet insolito clangore Cithaeron
marcidus et turres carmen non tale secutae.
iam trepidas Bellona fores armataque pulsat
limina, iam multo laxantur cardine Thebae.
turbat eques pedites, currus properantibus obstant,
ceu Danai post terga premant: sic omnibus alae
artantur portis septemque excursibus haerent.
Ogygiis it sorte Creon, Eteoclea mittunt
Neistae, celsas Homoloidas occupat Haemon,
Hypsea Proetiae, celsum fudere Dryanta
Electrae, quatit Hypsistas manus Eurymedontis,
culmina magnanimus stipat Dircaea Menoeceus.
qualis ubi auersi secretus pabula caeli
Nilus et Eoas magno bibit ore pruinas,
scindit fontis opes septemque patentibus aruis
in mare fert hiemes; penitus cessere fugatae
Nereides dulcique timent occurrere ponto.
  tristis at inde gradum tarde mouet Inacha pubes,

---

338 lacus *Gronouius, uide ad 8.148*   339 terra ω : *ex* -rae t^r : -ra^e M^σ : -rae P, *fortasse recte, sed cf. 1.47, 6.510, 10.735, Silu. 3.2.115–16 quae, quamquam non satis similia sunt ut* terrae *damnent, aptiora uidentur quam Luc. 1.607 quod laudat Klotz* terrae *defendens*   355 proetiae PtN *(quasi e* *Προιτεῖαι), *cf. Wilamowitz A 212, Klotz cl. Aesch. Sept. 395* : -tidae f : proitidae O : protidae δ : procidae LB : propraetie D : Proetides et *Lachmann (cl. Aesch. Sept. 377, Eur. Phoen. 1109), sed* et *superuacaneum est*   358 auersi Pδf : adu ↑ /a D¹ : adu- B : adu- ω, *Gronouius ad Ach. 1.539 cl. Σ:* 'a(d)uersi: *meridiani', sed cf. Dilke ad Ach. 1.540 cl. Theb. 5.357, 7.42; uide ad 4.250*   360 alueis ς, *Gronouius cl. 9.225, sed cf. Heinsium ad Claud. Id. 6.11*

praecipue Eleae Lacedaemoniaeque cohortes
et Pylii; subitum nam Thiodamanta sequuntur
augure fraudati, necdum accessere regenti.
nec tua te, princeps tripodum, sola agmina quaerunt:
cuncta phalanx sibi deesse putat; minor ille per alas
septimus extat apex. liquido uelut aethere nubes
inuida Parrhasiis unum si detrahat astris,
truncus honor Plaustri, nec idem riget igne reciso
axis, et incerti numerant sua sidera nautae.
sed iam bella uocant: alias noua suggere uires,
Calliope, maiorque chelyn mihi tendat Apollo.
fatalem populis ultro poscentibus horam
admouet atra dies, Stygiisque emissa tenebris
Mors fruitur caelo bellatoremque uolando
campum operit nigroque uiros inuitat hiatu,
nil uulgare legens, sed quae dignissima uita
funera, praecipuos annis animisque, cruento
ungue notat: iamque in miseros pensum omne Sororum
scinditur, et Furiae rapuerunt licia Parcis.
stat medius campis etiamnum cuspide sicca
Bellipotens, iamque hos clipeum, iam uertit ad illos
arma ciens aboletque domos, conubia, natos.
pellitur et patriae et, qui mente nouissimus exit,
lucis amor; tenet in capulis hastisque paratas
ira manus, animusque ultra thoracas anhelus
conatur, galeaeque tremunt horrore comarum.
quid mirum caluisse uiros? flammantur in hostem
cornipedes niueoque rigant sola putria nimbo,
corpora ceu mixti dominis irasque sedentum
induerint: sic frena terunt, sic proelia poscunt
hinnitu tolluntque armos equitesque supinant.

371 riget P : nitet ω, *edd. ante Kohlmann* 378 hiatu Pω : -tọ ↑ u f[1] : hiatu ↑ (*I*)amictu B[3]T[2] : amictu ↑ *I*hiatu D[1] : amictu δO, *cf.* Σ*Valenc.*: 'hiatu*: id est amictu: id est non indulget personas perimens'*; inuestit amictu *coniecit Wakefield sed cf. Sen. Oed. 165* 381 ungue *coniecit uel in codice inuenit Barth (cf. Markland ad. Silu. 2.1.143)* : Angue PωΣ 383 etiamnum ω : -nunc POQbr, *uide ad 1.112, 620* 388 animusque...anhelus ω : -mosque *(*↑ *I*us*)*...-los *(*↑ us*)* t[1] : -mosque...-los P : -moque...-lo *cod. Lindenbrogii* : -misque...lis *coniecit Barth, sed recte interpretatus est Gronouius: 'calidis et incitatis in praelium tanto motu et agitatione cor micare, ut ipsos thoracas impellere et quodammodo perrumpere uelle uideatur', cl. 12.434–35, Ou. Met. 2.753–55; cf. Dubner ad Theb. 2.633.* -mosque...-los *frustra defendit Klotz cl. 6.807, cf. Håkanson B 56–57* 394 equitesque Pς : -tesque ↑ *I*tem t[σ] : -temque ω, *edd. ante Kohlmann*

iamque ruunt, primusque uirum concurrere puluis
incipit, et spatiis utrimque aequalibus acti
aduentant mediumque uident decrescere campum.
iam clipeus clipeis, umbone repellitur umbo,
ense minax ensis, pede pes et cuspide cuspis:
sic obnixa acies pariter suspiria fumant,
admotaeque nitent aliena in casside cristae.
pulcher adhuc belli uultus: stant uertice coni,
plena armenta uiris, nulli sine praeside currus,
arma loco, splendent clipei pharetraeque decorae
cingulaque et nondum deforme cruoribus aurum.
at postquam rabies et uitae prodiga uirtus
emisere animos, non tanta cadentibus Haedis
aeriam Rhodopen solida niue uerberat Arctos,
nec fragor Ausoniae tantus cum Iuppiter omni
arce tonat, tanta quatitur nec grandine Syrtis
cum Libyae Boreas Italos niger attulit imbres.
exclusere diem telis, stant ferrea caelo
nubila, nec iaculis artatus sufficit aer.
hi pereunt missis, illi redeuntibus hastis,
concurrunt per inane sudes et mutua perdunt
uulnera, concurrunt hastae, stridentia funda
saxa pluunt, uolucres imitantur fulgura glandes
et formidandae non una morte sagittae.
nec locus ad terram telis: in corpora ferrum
omne cadit; saepe ignari perimuntque caduntque
casus agit uirtutis opus: nunc turba recedit,
nunc premit, ac uicibus tellurem amittit et aufert.
ut uentis nimbisque minax cum soluit habenas
Iuppiter alternoque adfligit turbine mundum:
stat caeli diuersa acies, nunc fortior Austri,
nunc Aquilonis hiems, donec pugnante procella
aut nimiis hic uicit aquis, aut ille sereno.
principium pugnae turmas Asopius Hypseus
Oebalias (namque hae magnum et gentile tumentes
Euboicum duris rumpunt umbonibus agmen)
reppulit erepto cunei ductore Menalca.

---

408 solida C : -ida ↑ /ta P¹ : -iṭa ↑ d f¹ : -ita (a/solida *mg.*) B¹ : -ita DNtδOMLμνQbr 416 funda Pω, *edd. plerique inde a Queck* : -dae *edd. reliqui* 418 una morte PtδfLCBΣ : una in morte ωN 424 alternoque affligit tδς, *edd. uett. et inde a Kohlmann* : aeternoque adfigit P : adfligitque alterno ω, *edd. plerique, uide ad 2.518* 431 menalce P : -co Q

hic et mente Lacon, crudi torrentis alumnus
(nec turpauit auos), hastam ultra pectus euntem,
ne pudor in tergo, per et ossa et uiscera retro
extrahit atque hosti dextra labente remittit
sanguineam: dilecta genis morientis oberrant
Taygeta et pugnae laudataque uerbera matri.
Phaedimon Iasiden arcu Dircaeus Amyntas
destinat: heu celeres Parcae! iam palpitat aruis
Phaedimus, et certi nondum tacet arcus Amyntae.
abstulit ex umero dextram Calydonius Agreus
Phegeos: illa suum terra tenet improba ferrum
et mouet; extimuit sparsa inter tela iacentem
praegrediens truncamque tamen percussit Acoetes.
Iphin atrox Acamas, Argum ferus impulit Hypseus,
strauit Abanta Pheres, diuersaque uulnera flentes
Iphis eques, pedes Argus, Abas auriga iacebant.
Inachidae gemini geminos e sanguine Cadmi
occultos galeis (saeua ignorantia belli)
perculerant ferro; sed dum spolia omnia caesis
eripiunt, uidere nefas, et maestus uterque
respicit ad fratrem pariterque errasse queruntur.
cultor Ion Pisae cultorem Daphnea Cirrhae
turbatis prostrauit equis: hunc laudat ab alto
Iuppiter, hunc tardus frustra miseratur Apollo.
  ingentes Fortuna uiros inlustrat utrimque
sanguine in aduerso: Danaos Cadmeius Haemon
sternit agitque, furens sequitur Tyria agmina Tydeus;
Pallas huic praesens, illum Tirynthius implet.
qualiter hiberni summis duo montibus amnes
franguntur geminaque cadunt in plana ruina:
contendisse putes uter arua arbustaque tollat

---

433 ultra Pδς, *Heinsius et edd. inde a Kohlmann* : intra ω 437 uerbera ωΣ : -bare ↑ e *s.* -a-, a *s.* -e ν^2 : uerbera ↑ /pectora O^1 : pectora ↑ /uerbera t^1 : pectora Pδ, *edd. inde a Kohlmann, sed* pugnae *et* uerbera *attinent ad disciplinam ephebonum Lacedaemoniorum ut intellexerunt edd. plerique inde a* Σ, *cf.* Taygeta 440 *an* Phaedimos? *cf. 438, uide ad 1.357* 455 miseratur Pω : -retur ↑ a C^2 : -ratus DNtOr 457 hemon t : hanemon P^1 : hemon *ex* heros S^2 : heros ↑ hemon O^{σ} : heros *ex* he≡≡≡ f^1 : heros ω 458 *distinxit Barth* : *non ante sed post* furens *comma ponunt edd. plerique fortasse quia furorem Hercules saepius quam Minerua inspiret, sed cf. 497–518* 459 Pallas huic Pδ : Hunc pallas ↑ /Pallas hinc t^1 : Hunc pallas *ex* Hinc p. Q^1 : Hunc pallas ω, *cf. Housman K lxuii; si de* huic *dubitas cf. Klotz D 403 cl. Silu. 1.1.107, 1.2.135*

altius aut superet pontes; et cum una receptas
confundit iam uallis aquas, sibi quisque superbus
ire cupit, pontoque negant descendere mixti.
   ibat fumiferam quatiens Onchestius Idas
lampada per medios turbabatque agmina Graium,
igne uiam rumpens; magno quem comminus ictu
Tydeos hasta feri dispulsa casside fixit.
ille ingens in terga iacet, stat fronte superstes
lancea, conlapsae ueniunt in tempora flammae.
prosequitur Tydeus: 'saeuos ne dixeris Argos,
igne tuo, Thebane, (rogum concedimus) arde!'
inde, uelut primo tigris gauisa cruore
per totum cupit ire pecus, sic Aona saxo,
ense Pholum, Chromin ense, duos Helicaonas hasta
transigit, Aegaeae Veneris quod Maera sacerdos
ediderat prohibente dea; uos praeda cruenti
Tydeos, it saeuas etiamnum mater ad aras.
   nec minus Herculeum contra uagus Haemona ducit
sanguis: inexpleto rapitur per milia ferro,
nunc tumidae Calydonis opes, nunc torua Pylenes
agmina, nunc maestae fundens Pleuronis alumnos,
donec in Olenium fessa iam cuspide Buten
incidit. hunc turmis obuersum et abire uetantem
adgreditur; puer ille, puer malasque comamque
integer, ignaro cui tunc Thebana bipennis
in galeam librata uenit: finduntur utroque
tempora diuiduique cadunt in bracchia crines,
et non hoc metuens inopino limine uita
exiluit. tunc flauum Hypanin flauumque Politen
(ille genas Phoebo, crinem hic pascebat Iaccho:
saeuus uterque deus), uictis Hyperenora iungit

463 et cum *Garrod* : ecce Pω, *cf. Håkanson B 57*   464 Confundit PDNtδO(M), *cf. appendicem 435–90* : -fudit ω, *uide ad 1.451*   469 dispulsa PδQBb : discussa ↑ /dispulsa t[1] : discussa ω, *edd. ante Kohlmann*   488 finduntur NδO : *ex* strid- B[3] : strid- b[1], find- b[2]*mg.* : find- *ex* fund- Q[2]r[2] : fund- ↑ /fin t[1] : fund- PLμνCT : scinduntur D   utroque P : utrọnque ↑ i *s.* -o- S[c] : utroque ↑ trim t[1] : utraque δ : utrique Q : utrimque ω, *edd. ante Kohlmann, cf.* Σ : 'utrumque *(*utroque Pa*)* tempora*: ex utraque parte diuisum est caput', sed* utroque *defendit Klotz: 'finduntur tempora ita ut utroque cadant'*   490 limine PT : limite *ex* luminae r[1] : limite ω, *edd. ante Kohlmann fortasse recte, cf.* Σ*:* 'inopino limite*: quia uitae limes semper est incertus'; sed* limine *malo interpretans: in limine uitae (cf. Silu. 2.1.38, 5.3.72) inopinans occisus est; uide ad 2.314*   493 Saeuus...uictis Pω : flauus...uictisque *Haupt 345*

conuersumque fuga Damasum; sed lapsa per armos
hasta uiri trans pectus abit parmamque tenenti
excutit et summa fugiens in cuspide portat.
  sterneret aduersos etiamnum Ismenius Haemon
Inachidas (nam tela regit uiresque ministrat
Amphitryoniades), saeuum sed Tydea contra
Pallas agit. iamque aduerso uenere fauore
comminus, et placido prior haec Tirynthius ore:
'fida soror, quaenam hunc belli caligine nobis
congressum fortuna tulit? num regia Iuno
hoc molita nefas? citius me fulmina contra
(infandum!) ruere et magno bellare parenti
aspiciat. genus huic — sed mitto agnoscere, quando
tu diuersa foues, nec si ipsum comminus Hyllum
Tydeos hasta tui Stygioque ex orbe remissum
Amphitryona petat; teneo aeternumque tenebo
quantum haec, diua, manus, quotiens sudauerit aegis
ista mihi, duris famulus dum casibus omnes
lustro uagus terras; ipsa (heu!) comes inuia mecum
Tartara, ni superos Acheron excluderet, isses.
tu patriam caelumque mihi —— quis tanta relatu
aequet? habe totas, si mens excindere, Thebas.
cedo equidem ueniamque precor.' sic orsus abibat.
Pallada mulcet honos: rediit ardore remisso
uultus et erecti sederunt pectoris angues.
  sensit abisse deum; leuius Cadmeius Haemon
tela rotat nulloque manum cognoscit in ictu.
tunc magis atque magis uires animusque recedunt,
nec pudor ire retro; cedentem Archeloius heros
impetit, et librans uni sibi missile telum

---

510 diua *nomen esse uocatiuum, non adiectiuum nominatiuum docuit Schwering 6* 511 dum PtδB¹ : cum ω, *edd. ante Kohlmann* 514 patriam P : patrem ω, *edd. ante Kohlmann, cf.* Σ: 'tu patrem caelumque mihi*: dicit se Mineruae auxilio ad caelum usque perductum monstra uincendo'*, *quae interpretatio fortasse* patriam *potius quam* patrem *confirmat* 514–15 *notam aposiopesis post* mihi *posuit Walker* : mihi (quis...aequet?) habe, totas...Thebas *edd. uett.* : mihi *(sc.* concilias*)*, quis...aequet? habe totas, si mens e., Thebas *Bernartius* : mens, e. Thebas *Gronouius, fortasse recte* ex(s)cindere ω *(cf. 1.261)* : exci?dere f, *quod etiam coniecit Kohlmann (cf. Ach. 1.657)* : excedere P 517 rediit Pω : rediit^que t?δ^c f²ν²Q² : rediitque DO, *uide ad 5.397* 519 Sensit PtOC : Sentit ω, *cf. 272* abisse ω *(cf. 8.173)* : abesse P *(cf. 10.282)* 522 pudor P : pudor (with dots beneath) ↑ et δ¹ : pudor ↑ /et t¹ : pudet ω 523 Impetit ωΣ : Impedit ↑ (*I*)ti(t) t¹δ^c : Inpedit P, *cf. Luc. 6.223 ubi similis permutatio*

derexit iactus summae qua margine parmae
ima sedet galea et iuguli uitalia lucent.
nec frustrata manus, mortemque inuenerat hasta;
sed prohibet paulumque umeri libare sinistri
praebuit et merito parcit Tritonia fratri.
ille tamen nec stare loco nec comminus ire
amplius aut uultus audet perferre cruenti
Tydeos, aegra animo uis ac fiducia cessit.
qualis saetigeram Lucana cuspide frontem
strictus aper, penitus cui non infossa cerebro
uulnera, nec felix dextrae tenor, in latus iras
frangit et expertae iam non uenit obuius hastae.
   ecce ducem turmae certa indignatus in hostem
spicula felici Prothoum torquere lacerto,
turbidus Oenides una duo corpora pinu,
cornipedemque equitemque, ferit: ruit ille ruentem
in Prothoum lapsasque manu quaerentis habenas
in uultus galeam clipeumque in pectora calcat,
saucius extremo donec cum sanguine frenos
respuit et iuncta domino ceruice recumbit.
sic ulmus uitisque, duplex iactura colenti,
Gaurano de monte cadunt, sed maestior ulmus
quaerit utrumque nemus, nec tam sua bracchia labens
quam gemit adsuetas inuitaque proterit uuas.
   sumpserat in Danaos Heliconius arma Corymbus,
ante comes Musis, Stygii cui conscia pensi
ipsa diu positis letum praedixerat astris
Vranie. cupit ille tamen pugnasque uirosque,
forsitan ut caneret; longa iacet ipse canendus

---

524 derexit *Baehrens* : di- Pω, *uide ad 5.396*   531 aegro r, *quod etiam coniecit Baehrens*   533–35 *sensus est: aper ictus, (cuius caput non grauiter uulneratum est, nam uenatoris dextra infelix erat) oblique potius iras frangebat quam derecto uenatorem adgrediebatur* : *Ker 8 olim comma non post* tenor *sed post* latus, *postea, Mynors docente, nec post* tenor *nec post* latus *sed post* frangit *poni uoluit; sed caput non latus apri ictum est (nisi eum bis ictum esse credis) et, si post* frangit *comma ponitur* et *superuacaneum uidetur; cf.* Σ*:* 'in latus iras*: Horatius* [*C. 3.22.7*] *"obliquum meditantis ictum"* '   536 certa indignatus ωΣ : -tum (↑]ta) i. t^{σ} : -ta indignatur (*fortasse e* -tus) O : -tum indignantur P, *sed cf.* Σ*:* 'certa indignatus...*indignatus Tydeus est Prothoum felici lacerto in hostem spicula certa torquere*'   544 colenti Pς : colenti ↑]coloni t^1 : coloni ω, *edd. ante Kohlmann*   545 cadunt Pω : cadunt ↑]dit t^1 : -dit DNO   546 utrimque P, *uide ad 5.401*   'utrumque nemus*: suum et uitis*', Σ; nemus *fortasse est 'truncus', cf. 4.455*   551 *distinxit Sandstroem 54, antea comma post* tamen *non post* uirosque *ponebant*

laude, sed amisssum mutae fleuere Sorores.
  pactus Agenoream primis Atys ibat ab annis
Ismenen, Tyrii iuuenis non Aduena belli.
quamuis Cirrha domus, soceros nec tristibus actis
auersatus erat; sponsam quin castus amanti·
squalor et indigni commendat gratia luctus.
ipse quoque egregius, nec pectora uirginis illi
diuersa, inque uicem, sineret fortuna, placebant.
bella uetant taedas, iuuenique hinc maior in hostes
ira; ruit primis inmixtus et agmina Lernae
nunc pedes ense uago, prensis nunc celsus habenis,
ceu spectetur, agit. triplici uelauerat ostro
surgentes etiamnum umeros et leuia mater
pectora; tunc auro phaleras auroque sagittas
cingulaque et manicas, ne coniuge uilior iret,
presserat et mixtum cono crispauerat aurum.
talibus (heu!) fidens uocat ultro in proelia Graios.
ac prima in faciles grassatus cuspide turmas
arma refert sociis et in agmina fida peracta
caede redit. sic Hyrcana leo Caspius umbra
nudus adhuc nulloque iubae flauentis honore
terribilis magnique etiamnum sanguinis insons,
haud procul a stabulis captat custode remoto
segne pecus teneraque famem consumit in agna.
mox ignotum armis ac solo corpore mensus
Tydea non timuit, fragilique lacessere telo
saepius infrendentem aliis aliosque sequentem
ausus erat. tandem inualidos Aetolus ad ictus
forte refert oculos et formidabile ridens,
'iamdudum uideo, magnum cupis, improbe, leti

---

553 mutae ω : mutae ↑ /mestae r^{2} : muse *ex* mute S^{2} : musae ↑ /tae t^{1} : mus(a)e PDδO, *edd. uett. sed recte cft Gronouius Silu. 5.3.14–17* 555 non Pω : nunc *Peyraredus* : nouus *Baehrens 844, sed recte Klotz:* 'non aduena *(sed familiae adscitus)'* 557 Auersatus Pω : Adu- ↑ /a D^{1} : Adu- NOνς, Au- *primus uindicauit Dubner; uide ad 4.250* quin P : cui ω 566 tunc ω : ṭunc ↑ n Q^{2} : nunc ↑ /tunc t^{1} : nunc P phaleras Pω : pharetras *Schrader, fortasse recte, uide ad 6.74* 570 Ac PDNt : Aṭ ↑ c r^{2} : At δOfMLνCQB : Vt μ : Ad S prima in *Housman D 66–67* : primam^{in} P^{1} : primum in D : primum ω; *Housman cft 3.552, 4.95, 5.346, 7.670, Verg. Ecl. 8.24, Aen. 4.28, 5.491, 6.819, 10.516, 12.103 ubi similis permutatio; si ob aduerbium* mox *(577) aduerbium* primum *necessarium esse credis, cf. 2.262–63, 289–92, 4.5–9, 6.5–10, 10.146–52, 389–92, 11.544–46* faciles ω : *ex* facies S^{2} : facili ↑ es P^{1} 582 magni *Alton 183, cl. 9.491, 10.835, sed cf. 6.297, 373, Ach. 1.12–13, 798–99*

nomen' ait; simul audacem non ense nec hasta
dignatus leuiter digitis imbelle solutis
abiecit iaculum: latebras tamen inguinis alte
missile, ceu totis intortum uiribus, hausit.
praeterit haud dubium fati et spoliare superbit
Oenides. 'neque enim has Marti aut tibi, bellica Pallas,
exuuias figemus' ait 'procul arceat ipsum
ferre pudor; uix, si bellum comitata relictis
Deipyle thalamis, illi inludenda tulissem.'
sic ait, et belli maiora ad praemia mente
ducitur: innumeris ueluti leo forte potitus
caedibus imbelles uitulos mollesque iuuencas
transmittit: magno furor est in sanguine mergi
nec nisi regnantis ceruice recumbere tauri.
at non semianimi clamore Menoecea lapsus
fallit Atys: praeuertit equos curruque citato
desilit: instabat pubes Tegeaea iacenti,
nec prohibent Tyrii. 'pudeat, Cadmea iuuentus,
terrigenas mentita patres! quo tenditis,' inquit,
'degeneres? meliusne iacet pro sanguine nostro
hospes Atys? tantum hospes adhuc et coniugis ultor
infelix nondum iste suae; nos pignora tanta
prodimus?' insurgunt iusto firmata pudore
agmina, cuique suae rediere in pectora curae.
  interea thalami secreta in parte sorores,
par aliud morum miserique innoxia proles
Oedipodae, uarias miscent sermone querelas.
nec mala quae iuxta, sed longa ab origine fati,
haec matris taedas, oculos ast illa paternos,
altera regnantem, profugum gemit altera fratrem,

---

589 arceat ωΣ : habeat P : absit! et *Sandstroem 55, quod uix facilius interpretari possumus* : *'fort.* afuat*' Garrod, cuius sensus peruersus uidetur* : Arcas, et *Alton 183, sed quis est hic* Arcas*?* arceat *recte interpretantur edd., e.g. Mozley: 'procul arceat pudor me ipsum has exuuias ferre'; cf.* Σ*:* 'arceat ipsum*: se ipsum dicit pudore tardari, ne sic turpes delicatasque de hoste exuuias domum referret'* 591 inlaudanda P, *'quod haud scio an defendi possit cl. adiectiuis Apuleianis "incredendus", "impoenitendus", Valeriano "intemerandus", "intolerandus" aliis' Klotz, sed ob sensum non ob formam reicitur* inlaudanda 599 tegeaea B[3] : teg(a)ea Pω, *uide ad 1.575* 602 iacet ω : -es ↑/t t[1] : -es P : *'an* iacens*?' Klotz* 604 nos ω : nos ↑/ne D[1] : non P 605 flammata *Schrader cl. Val. Fl. 4.655, Markland ad Silu. 5.2.120* 611 ast ω : ẹṣṭ ↑ ast ν[2] : atque B : gemit ↑/ast t[1] : gemit P, *e 612* : contra *Poynton C 260, sed cf. 6.118–19*

bella ambae. grauis hinc miseri cunctatio uoti:
nutat utroque timor, quemnam hoc certamine uictum,
quem uicisse uelint: tacite praeponderat exul.
sic Pandioniae repetunt ubi fida uolucres
hospitia atque larem bruma pulsante relictum
stantque super nidos ueterisque exordia fati
adnarrant tectis: it truncum ac flebile murmur;
uerba putant, uoxque illa tamen non dissona uerbis.
atque ibi post lacrimas et longa silentia rursus
incohat Ismene: 'quisnam hic mortalibus error?
quae decepta fides? curam inuigilare quieti
claraque per somnos animi simulacra reuerti?
ecce ego, quae thalamos, nec si pax alta maneret,
tractarem sensu, (pudet heu!) conubia uidi
nocte, soror; sponsum unde mihi sopor attulit amens
uix notum uisu? semel his in sedibus illum,
dum mea nescio quo spondentur foedera pacto,
respexi non sponte, soror. turbata repente
omnia cernebam, subitusque intercidit ignis,
meque sequebatur rabido clamore reposcens
mater Atyn. quaenam haec dubiae praesagia cladis?
nec timeo, dum tuta domus milesque recedat
Doricus et tumidos liceat componere fratres.'

---

613 miseri Pω : -rae ↑ i r^2 : mixti *Barth, cl. Claud. de Rapt. Pros. 1.132* 614 Nutat ωΣ : Nutat ↑ /Nutat *(sic)* L^{σ} : -ta≡t Q : nutrit ↑ at r^2 : -trit *μν*g : Mutat P, *sed* nutat *defendit Garrod B 261 cl.* praeponderat *(615)* utroque Pω : *ex* -amque Q^1 : -amque *μν* : -amque ↓ i *s.* -a- r^2 615 tacitae C uelint tacite *(uel* -tae*)*: praeponderat *interpungi uult Ker 8, quod parum placet* 619 Adnarrant ς : Adnarrant ↑ /E t^1 : Adnarant P : Enarrant ω : *ex* Etn- fLBS : Et narrant C : Et narrent ↑ a *s.* -e- Q^1; Enarrant *maluerunt edd. ante Kohlmann, fortasse recte* it *coniecit Markland ad Silu. 5.1.245* : et Pω : fit *Housman*; *edd. multi*, et *seruantes, in u. 619 haud interpungunt, post* relictum *(617) comma ponunt; nam post* sic ubi *semper inuenitur et uerbum pendens et uerbum e quo pendeat uerbum pendens, cf. 1.131–36, 4.24–30, 705–10, 5.330–34, 704–09, 6.578–82, 7.744–49, 804–07, 8.267–70, 9.189–95, 10.373–75, 574–79, 11.251–56, 12.15–18, Ach. 1.344–48; uide ad 5.333* 624 animi P : -is ω, *edd. ante Kohlmann* : -as *in ras.* δ^1 625–30 *sed cf. 559–61; fortasse dissumulat Ismene, cf. 641–54* 625–26 quae thalamos, nec si pax alta maneret, tractarem: sensi et (pudet heu!) conubia uidi *coniecit uel in codice inuenit Barth* : '*fort.* quae thalamos (nec si pax alta maneret tractarem) sensi, pudet heu! conubia uidi' *Garrod, sed sensus est: ego, quae etiam si pax sineret (cf. 561) de thalamis non cogitarem, in somniis conubia uidi* *editorum alii ante, alii post* (pudet heu!) *comma ponunt, sed cf.* Σ: '*excusauit, quia illa uidere dicimur in somniis quae habemus in uoto*' 631 Omnia PNOfν : *ex* Omina $B^1Q^2T^2$: Omnia ↑ /omina $M^{\sigma}L^{\sigma}$: Omina DtδμbSr, *edd. ante Kohlmann* 632 rabido ω : rapido PDNδOfμνr, *cf. 5.96*

talia nectebant, subito cum pigra tumultu
expauit domus, et multo sudore receptus
fertur Atys, seruans animam iam sanguine nullo,
cui manus in plaga, dependet languida ceruix
exterior clipeo, crinesque a fronte supini.
prima uidet caramque tremens Iocasta uocabat
Ismenen: namque hoc solum moribunda precatur
uox generi, solum hoc gelidis iam nomen inerrat
faucibus. exclamant famulae, tollebat in ora
uirgo manus, tenuit saeuus pudor; attamen ire
cogitur, indulget summum hoc Iocasta iacenti
ostenditque offertque. quater iam morte sub ipsa
ad nomen uisus defectaque fortiter ora
sustulit; illam unam neglecto lumine caeli
aspicit et uultu non exatiatur amato.
tunc quia nec genetrix iuxta positusque beata
morte pater, sponsae munus miserabile tradunt
declinare genas; ibi demum teste romoto
fassa pios gemitus lacrimasque in lumina fudit.
   dumque ea per Thebas, aliis serpentibus ardens
et face mutata bellum integrabat Enyo.
arma uolunt, primos ueluti modo comminus ictus
sustulerint omnisque etiamnum luceat ensis.
eminet Oenides: quamuis et harundine certa
Parthenopaeus agat, morientumque ora furenti
Hippomedon proculcet equo, Capaneaque pinus
iam procul Aoniis uolet agnoscenda cateruis,
Tydeos illa dies, illum fugiuntque tremuntque

---

634 recedat ω : -dat ↑ e L^{σ} : -det μg : -dit N : superstes ↑ /recedit t^1 : superstes P, *quod defendit Klotz: 'miles Doricus est Polynices', sed, praeter quod hoc est uix ueri simile,* superstes *fiat superuacaneum ante* tumidos...fratres *(635)*   636 nectebant Pω : iactabant *ex* nectebant S^c : nectebant ↑ /iactabant $t^1\delta^1$: nectebant *ex* iactabant T^2 : iactabant NOμνr, *uide ad 2.338*   638–766 *in* D *uix legi possunt*   647 os tenditque *Garrod, quod Klotz non recipiens interpretatus est:* 'os *Atyos'; sed Garrod,* indulget...Iocasta *in parenthesi ponens, coniecturam intellegi uoluit sine dubio sic: os suum Ismene tendit; sed mater potius filiam quam filia pudica suum os iacenti ostendit*   648 defectaque *Heinsius, Menke cl. 12.325* : deiec- PNνC : deiec- ↑ /dile O^{σ} : deiec- ↑ delicta $t^{?}$: dilec- *fortasse ex* deiec- r^2 : deiec- *fortasse ex* delec- S^2 : delec- fMμB : delec- ↑ i $Q^{1?}$: dilec- DδL   651 *an* tum*? uide ad 1.112*   654 Fassa ω : *ex* F≡ssa Q^1 : Fessa Lμ : Passa ↑ /Fassa t^1 : Passa P, *sed cf.* teste remoto *(653), uide ad 625–30*   lumina Pω : uulnera ς, *edd. uett. cl. 3.130, fortasse recte; Garrod intellegit:* 'inque lacrimas lumina fudit', *uix uerisimiliter*   655 serpentibus horrens *Schrader*

clamantem: 'quo terga datis? licet ecce peremptos
ulcisci socios maestamque rependere noctem.
ille ego inexpletis solus qui caedibus hausi
quinquaginta animas: totidem, totidem heia gregatim
ferte manus! nulline patres, nulline iacentum
unanimi fratres? quae tanta obliuio luctas?
quam pudet Inachias contentum abiisse Mycenas!
hine super Thebis? haec robora regis? ubi autem
egregius dux ille mihi?' simul ordine laeuo
ipsum exhortantem cuneos capitisque superbi
insignem fulgore uidet; nec segnius ardens
occurrit, niueo quam flammiger ales olori
inminet et magna trepidum circumligat umbra.
tunc prior: 'Aoniae rex o iustissime gentis,
imus in arma palam tandemque ostendimus enses,
an noctem et solitas placet expectare tenebras?'
ille nihil contra, sed stridula cornus in hostem
it referens mandata ducis, quam prouuidus heros
iam iam in fine uiae percussam obliquat, et ipse
telum ingens auide et quanto non ante lacerto
impulit. ibat atrox finem positura duello
lancea (conuertere oculos utrimque fauentes
Sidonii Graique dei), crudelis Erinys
obstat et infando differt Eteoclea fratri,
cuspis in armigerum Phlegyan peccauit. ibi ingens
pugna uirum, stricto nam saeuior inruit ense
Aetolus, retroque datum Thebana tegebant
arma ducem. sic densa lupum iam nocte sub atra
arcet ab apprenso pastorum turba iuuenco;
improbus erigitur contra, nec cura uetantes
impetere: illum, illum, semel in quem uenerat, urguet.
non secus obiectas acies turbamque minorem
dissimulat transitque manu; tamen ora Thoantis,

---

667 totidem totidem heia δ, *quod etiam coniecit Kohlmann* : totidem heia P : totidemque f : totidem totidemque ω   gregatim Pf : tī t? : -ti ω, *fortasse recte sed cf. Dilke ad Ach. 1.373*   669 obliuio PδνC : -uio ↑ a t^1 : -uia ω, *edd. ante Kohlmann, sed cf. Williams ad 10.89*   675 Occurrit POfν : Acc- ω, *edd. ante Kohlmann, uide ad 3.367*   697 c(h)lonii ω : do- f : ctho- P, *fortasse recte, cf. Mulder ad 2.607–08: 'alterum* Deilochum *Tydeus interficit (8.697). nimis ergo confidens Klotzius ad eundem uersum*...Cthonii...*reicit, quod "Cthonius mortuus est, cf. 3.170". saepius enim poeta eodem nomine uarios designat...ut* Phegeus...*2.609...7.603...12.681;* Gyas...*2.610...7.715, 9.305...5.223'*

pectora Deilochi, Clonii latus, ilia torui
perforat Hippotadae; truncis sua membra remittit
interdum galeasque rotat per nubila plenas.
et iam corporibus sese spoliisque cadentum
clauserat; unum acies circum consumitur, unum
omnia tela uouent: summis haec ossibus haerent,
pars frustrata cadunt, partem Tritonia uellit,
multa rigent clipeo. densis iam consitus hastis
ferratum quatit umbo nemus, tergoque fatiscit
atque umeris gentilis aper; nusquam ardua coni
gloria, quique apicem toruae Gradiuus habebat
cassidis, haud laetum domino ruit omen: inusta
temporibus nuda aera sedent, circumque sonori
uertice percusso uoluuntur in arma molares.
iam cruor in galea, iam saucia proluit ater
pectora permixtus sudore et sanguine torrens.
respicit hortantes socios et Pallada fidam
longius opposita celantem lumina parma:
ibat enim magnum lacrimis inflectere patrem.
    ecce secat Zephyros ingentem fraxinus iram
fortunamque ferens; teli non eminet auctor:
Astacides Melanippus erat, nec prodidit ipse
et uellet latuisse manum, sed gaudia turmae
monstrabant trepidum; nam flexus in ilia Tydeus
summissum latus et clipei laxauerat orbem.
clamorem Aonii miscent gemitumque Pelasgi,
obiectantque manus indignantemque tuentur.
ille per oppositos longe rimatus amarum
Astaciden, totis animae se cogit in ictum
reliquiis telumque iacit quod proximus Hopleus
praebuerat: perit expressus conamine sanguis.
tunc tristes socii cupidum bellare (quis ardor!)
et poscentem hastas mediaque in morte negantem
expirare trahunt, summique in margine campi
effultum gemina latera inclinantia parma
ponunt, ac saeui rediturum ad proelia Martis
promittunt flentes. sed et ipse recedere caelum

703 uellit Pω : pe- *coniecit uel in codice inuenit Barth* 707 quique Pς : quippe ω 709 sedent Pω : *'an* ardent*?' Garrod* 718 Melanippus *Menke cl. Aesch. Sept. 397, Apollod. 3.6.8. etc.* : menali- Pω, Σ*4.639, 8.praef., 717; cf. 8.740, 9.8*

ingentesque animos extremo frigore labi
sensit, et innixus terrae, 'miserescite,' clamat,
'Inachidae: non ossa precor referantur ut Argos
Aetolumue larem; nec enim mihi cura supremi
funeris: odi artus fragilemque hunc corporis usum,
desertorem animi. caput, o caput, o mihi si quis
apportet, Melanippe, tuum! nam uolueris aruis,
fido equidem, nec me uirtus suprema fefellit.
i, precor, Atrei si quid tibi sanguinis umquam,
Hippomedon, uade, o primis puer inclute bellis
Arcas, et Argolicae Capaneu iam maxime turmae.'
  moti omnes, sed primus abit primusque repertum
Astaciden medio Capaneus e puluere tollit
spirantem laeuaque super ceruice reportat,
terga cruentantem concussi uulneris unda:
qualis ab Arcadio rediit Tirynthius antro
captiuumque suem clamantibus intulit Argis.
  erigitur Tydeus uultuque occurrit et amens
laetitiaque iraque, ut singultantia uidit
ora trahique oculos seseque agnouit in illo,
imperat abscisum porgi, laeuaque receptum
spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis
lumina torua uidens et adhuc dubitantia figi.
infelix contentus erat: plus exigit ultrix
Tisiphone; iamque inflexo Tritonia patre
uenerat et misero decus inmortale ferebat,
atque illum effracti perfusum tabe cerebri
aspicit et uiuo scelerantem sanguine fauces
(nec comites auferre ualent): stetit aspera Gorgon
crinibus emissis rectique ante ora cerastae
uelauere deam; fugit auersata iacentem,
nec prius astra subit quam mystica lampas et insons
Ilissos multa purgauit lumina lympha.

737 *an* neque*? uide ad 8.5* 739 *incipit* Θ 740 Melanippe *Menke* : menali- Pω : manali-t : melippe b, *uide ad 8.718* 742 atrei Pω : *ex* arcadii B^2 : arthadii ↑ atrei f^1 : atrei ↑ argiui $Θ^σ$: athrei S : atraei *in ras. ν* : arcadii ↑ argiui $Q^σ$: argiui M : Argei *Schrader, sed cf.* Σ*:* 'Atrei*: Argiui*' 753 tra(h)ique ω : trat≡que S : trahitque P : trucesque *Håkanson B 58 cl. 7.474, 11.372* 760 atque *uide ad 2.17* 766 Ilissos *Gronouius* : Elisos PωΣ : Elisios Θμr, /elisos Θ*mg., cf. 12.631*

LIBER NONVS

Asperat Aonios rabies audita cruenti
Tydeos; ipsi etiam minus ingemuere iacentem
Inachidae, culpantque uirum et rupisse queruntur
fas odii; quin te, diuum implacidissime, quamquam
praecipuum tunc caedis opus, Gradiue, furebas,
offensum uirtute ferunt, nec comminus ipsum
ora sed et trepidos alio torsisse iugales.
ergo profanatum Melanippi funus acerbo
uulnere non aliis ultum Cadmeia pubes
insurgunt stimulis, quam si turbata sepulcris
ossa patrum monstrisque datae crudelibus urnae.
accendit rex ipse super: 'quisquamne Pelasgis
mitis adhuc hominemque gerit? iam morsibus uncis
(pro furor! usque adeo tela exatiauimus?) artus
dilacerant. nonne Hyrcanis bellare putatis
tigribus, aut saeuos Libyae contra ire leones?
et nunc ille iacet (pulchra o solacia leti!)
ore tenens hostile caput, dulcique nefandus
inmoritur tabo; nos ferrum inmite facesque:
illis nuda odia, et feritas iam non eget armis.

1–7 *in* D *uix legi possunt* 5 *an* tum? *uide ad 1.112* furebas ω : fur- ↑ /e Θ^1 : fer- ↑ /fu t^1 : fer- ↑ u ν^2 : fer- Pμ, *uide ad 7.768* 6 offensum feritate *Mueller* : *'an* offensa uirtute?' *Garrod (cl. fortasse 11.457–58), sed iure cft Klotz Val. Fl. 2.647* ipsum Pω : isse *Koch 10* 7 alio ς, *et coniecit Dubner ex* alia P : retro ↑ a/alio g^2 : ~~alia~~ ↑ retro Q^1 : alias ↑ /retro t$^\sigma$: ≣≣≣≣ retro B : retro ω, *fortasse recte* 8 Melanippi *Menke* : menalippi Pω : -ipi D : melappi ↑ li *s.* -ap- μ^1, *uide ad 8.718* 9 pubes ω : proles ↑ /pubes D^{1}t^1 : proles P, *uide ad 7.271* 12 pelasgis Pω, *i.e. erga Pelasgos (*Pelasgi *in Thebaide semper Argiui); Beraldus inepte: 'supple "ex"* Pelasgis *(cf.* pelasgis ↑ s.ex t^1*): non enim dandi casu hic* Pelasgis *sumendum; alias Eteocles suis persuaderet id quod in...Argiuis...reprehendit'* : Pelasgum *Imhof, cf. 10.814* : -gus *(forma insolita) Owen* 17 pulchra o ω : ultra pulchro P^1 : ultra pulchra o S : pulchri o f, *cf.* Σ*: 'id est* pulchri *pro "crudelis" '* 18 tenens Pω : terens Nt 19–20 nos..odia *locus a multis et librariis et edd. uexatus; recte tamen* Σ*:* 'ferrum facesque*: "tenemus" subaudis'* 19 inmite P : mite ω : e more *Poynton C 260* 20 Illi *Bernartius, sed cf.* Illis sunt nuda Θνr, *Damsté B 89–90 cl. 2.433–38* nuda Pω : cruda *Barth, sed sensus est: inermia, cf. 1.413, 6.18*

sic pergant rabidi claraque hac laude fruantur,
dum uideas haec, summe pater. sed enim hiscere campos
conquesti terraeque fugam mirantur; an istos
uel sua portet humus?' magno sic fatus agebat
procursu fremituque uiros, furor omnibus idem
Tydeos inuisi spoliis raptoque potiri
corpore. non aliter subtexunt astra cateruae
incestarum auium, longe quibus aura nocentem
aera desertasque tulit sine funere mortes;
illo auidae cum uoce ruunt, sonat arduus aether
plausibus, et caelo uolucres cessere minores.
 Fama per Aonium rapido uaga murmure campum
spargitur in turmas (solito pernicior index
cum lugenda refert), donec, cui maxima fando
damna uehit, trepidas lapsa est Polynicis ad aures.
deriguit iuuenis lacrimaeque haesere paratae
et cunctata fides: nimium nam cognita uirtus
Oenidae credi letum suadetque uetatque.
sed postquam haud dubio clades auctore reperta est,
nox oculos mentemque rapit; tum sanguine fixo
membra simul, simul arma ruunt: madet ardua fletu
iam galea atque ocreae clipeum excepere cadentem.
it maestus genua aegra trahens hastamque sequentem,
uulneribus ceu mille grauis totosque per artus
saucius: absistunt socii monstrantque gementes.
tandem ille abiectis, uix quae portauerat, armis
nudus in egregii uacuum iam corpus amici
procidit et tali lacrimas cum uoce profudit:
'hasne tibi, armorum spes o suprema meorum,
Oenide, grates, haec praemia digna rependi,
funus ut inuisa Cadmi tellure iaceres
sospite me? nunc exul ego aeternumque fugatus,

21 pergant PQ : peragant Df : *ex* -gunt O^{1}b^{1}r^{2} : -gunt Ntμνg : *ex* -gant S^{2} : -gunt ↑ /ant Θ^{1}M^{1} : -gant ↑ /gunt δ^{1} rabidi ω : rapidi PtδOfS : rabi-*ex* rapi- L^{1}μ^{1} laude Pς : laude ↑ /luce t$^{\sigma}$: luce ↑ /laude Θ^{1}O$^{\sigma}$: luce ω : clarique hac luce *coniecit uel in codice inuenit Barth* fruantur Pω : -antur ↑ /untur Θ^{1}δ^{1} : -untur Ntμν : feruntur O 23 conquesti? terraene...mirantur? *Garrod* mirantur PNtδO : mir- ↑ /se D^{1} : mir- *ex* miser- ΘrS^{2} : miser- ω : miramur *Bentley* 33 turmas ω : -ma Pμ 36 Deriguit ω : *ex* Di- Q^{1} : Di- PDNtδOμ, *uide ad 5.396* 40 tum PD : t≡≡ N : tunc ω : nunc ↑ t b^{1} 51 funus *Håkanson B 58 cl. 2.570–71, 11.284* : Nudus Pω, *quod fortasse natum est e 47, sed cf. Verg. Aen. 5.871* : mutus *Imhof*

quando alius misero ac melior mihi frater ademptus.
nec iam sortitus ueteres regnique nocentis
periurum diadema peto: quo gaudia tanti
empta mihi aut sceptrum quod non tua dextera tradet?
ite, uiri, solumque fero me linquite fratri:
nil opus arma ultra temptare et perdere mortes;
ite, precor; quid iam dabitis mihi denique maius?
Tydea consumpsi! quanam hoc ego morte piabo?
o socer, o Argi! et primae bona iurgia noctis
atlernaeque manus et, longi pignus amoris,
ira breuis! non me ense tuo tunc, maxime Tydeu,
(et poteras) nostri mactatum in limine Adrasti!
quin etiam Thebas me propter et impia fratris
tecta libens, unde haud alius remeasset, adisti,
ceu tibimet sceptra et proprios laturus honores.
iam Telamona pium, iam Thesea fama tacebat.
qualis et ecce iaces! quae primum uulnera mirer?
quis tuus hic, quis ab hoste cruor? quae te agmina quiue
innumeri strauere globi? (num fallor?) et ipse
inuidit pater et tota Mars impulit hasta.'
sic ait, et maerens etiamnum lubrica tabo
ora uiri terget lacrimis dextraque reponit.
'tune meos hostes hucusque exosus, et ultra
sospes ego?' exuerat uagina turbidus ensem
aptabatque neci: comites tenuere, socerque
castigat bellique uices ac fata reuoluens
solatur tumidum, longeque a corpore caro
paulatim, unde dolor letique animosa uoluntas,

53 *habent* DδOν : *add. mg. uel s.l.* N$^{?}$t^{c}Θ^{1}Q^{2} : *om.* PN^{1}t^{1}fM^{1}Lμ^{1}CQ^{1}Br, Quandoquidem alius ac maior mihi frater ademptus *add. mg.* M^{2} : Non alius misero ac melior mihi frater ademptus *add. mg.* μ^{2} 57 solumque ω : totumque ↑ /solum t^{c} : totumque P 58 pergere P, *sed. cf. Ker. 177 cl. 60, 11.174* 60 hoc Pω : *s.l.* M^{1} : hunc *edd. uett.* 63 tunc ω : *ex* tum D^{r} : tum P(S); *de* (S) *cf. Getty 130* 64 mactatum PN : -tum ↑ pro mactasti M$^{\sigma}$: -tum ↑ /mactasti Q^{2} : -tasti ↑ /mactatum Θ^{1} : mactasti *ex* -tatu t^{1}L^{1} : mactasti DδOνbTr : *ex* maculasti*?* μ : mactare *ex* macta≡≡ f^{2}; *iure cft Gronouius Verg. Aen. 1.37–38, perperam igitur distinguunt edd. ante Klotz:* Adrasti? *uel* Adrasti—? 69 rimer *Schrader, sed cf. 5.210* 71 num Pω : ni≡≡ f : ni μ : non ↑ /ni D^{1} : nil/ ν *(cf. Dilke ad Ach. 1.40)* : nisi δ : ni *receperunt edd. ante Kohlmann fortasse recte, cf. 2.656, 7.123, Ach. 1.40* : num fallor an *Bentley, cf. 4.596, Silu. 4.3.117, uide ad 7.123* : num Pallas et *Garrod* 74 terget ω : -git PDt(S), *cf. Silu. 3.1.58, 5.1.163; Klotz frustra cft Silu. 3.3.7* dextraque P(S) : -amque ω, *edd. ante Kohlmann, sed os Tydei in magis indecoro loco erat quam dextra* 80 uoluntas ↑ p Q^{2} : uoluptas fCTr, *uide ad 4.690*

amouet ac tacite ferrum inter uerba reponit.
ducitur amisso qualis consorte laborum
deserit inceptum media inter iugera sulcum
taurus iners colloque iugum deforme remisso
parte trahit, partem lacrimans sustentat arator.
  ecce autem hortatus Eteoclis et arma secuti,
lecta manus, iuuenes, quos nec Tritonia bello,
nec prope conlata spreuisset cuspide Mauors,
aduentant; contra, conlecta ut pectora parmae
fixerat atque hastam longe protenderat, haeret
arduus Hippomedon: ceu fluctibus obuia rupes,
cui neque de caelo metus et fracta aequora cedunt,
stat cunctis inmota minis, fugit ipse rigentem
pontus et ex also miserae nouere carinae.
tunc prior Aonides (ualidam simul eligit hastam):
'non pudet hos manes, haec infamantia bellum
funera dis coram et caelo inspectante tueri?
scilicet egregius sudor memorandaque uirtus
hanc tumulare feram, ne non maerentibus Argos
exequiis lacrimandus eat mollique feretro
infandam eiectans saniem! dimittite curam.
nullae illum uolucres, nulla impia monstra nec ipse,
si demus, pius ignis edat.' nec plura, sed ingens
intorquet iaculum, duro quod in aere moratum
transmissumque tamen clipei stetit orbe secundo.
inde Pheres acerque Lycus; sed cassa Pheretis
hasta redit, Lycus excelso terrore comantem
perstringit galeam: conuulsae cuspide longe
diffugere iubae patuitque ingloria cassis.
ipse nec ire retro, nec in obuia concitus arma
exilit, inque eadem sese uestigia semper

---

85 parte inlacrimans *Ker 180 cl. 3.546*   88 conlata ω : -to *ex* -ta P[1] : -to (S) : cum lata δ : collecta ↑ /collata M[1] : collecta f   89 collecta Pω : cum lecta δ : collecta ↑ /coniecta D[1] : coniecta ↑ /n *s.* -i- b[1] : coniecta *(*conlata *mg.)* B[1] : collecta ↑ ata f[1]   parmae Pω : -mae ↑ /a D[1] : -ma *in ras.* B[3] : -ma δLCς   92 et fracta ω : effracta P(S)   93 fugit Pt(S) : timet ω, *edd. ante Kohlmann*   95 eligit *Heinsius* : elicit PωΣ : eicit *Bernartius*   97 insectante Pt   99 feram, ne *Mozley* : feram! ne *edd. ante Dubner* : feram? ne *edd. plerique inde a Dubner*   argis P   103 pius ω : *s.l.* *(*loquitur *s.l.* Θ[σ]*)* Θ[1] : *om.* *(*loquitur *post* edat r*)* Nr : plus Pt : impius b   108 Perstringit PDς : -inxit *in ras.* N[?] : -inxit ω : Pertrinxit b : Prestrincxit B   longe ω : -gae P : -gae fBb

obuersus cunctis profert recipitque, nec umquam
longius indulget dextrae motusque per omnes
corpus amat, corpus seruans circumque supraque
uertitur. imbellem non sic amplexa iuuencum
infestante lupo tunc primum feta tuetur
mater et ancipiti circumfert cornua gyro;
ipsa nihil metuens sexusque oblita minoris
spumat et ingentes imitatur femina tauros.
tandem intermissa iaculantum nube potestas
reddere tela fuit; iamque et Sicyonius Alcon
uenerat auxilio, Pisaeaque praepetis Idae
turma subit cuneumque replent. his laetus in hostes
Lernaeam iacit ipse trabem; uolat illa sagittis
aequa fuga mediumque nihil cunctata Politen
transabit et iuncti clipeum cauat improba Mopsi.
Phocea tum Cydona Tanagraeumque Phalantum
atque Erycem, hunc retro conuersum et tela petentem,
dum spes nulla necis, crinito a uertice figit:
faucibus ille cauis hastam non ore receptam
miratur moriens, pariterque et murmure plenus
sanguis et expulsi salierunt cuspide dentes.
ausus erat furto dextram iniectare Leonteus,
pone uiros atque arma latens, positumque trahebat
prenso crine caput: uidit, quamquam undique crebrae,
Hippomedon, ante ora minae, saeuoque proteruam
abstulit ense manum; simul increpat: 'hanc tibi Tydeus,
Tydeus ipse rapit; post et confecta uirorum
fata time magnosque miser fuge tangere manes!'
ter Cadmea phalanx toruum abduxere cadauer,
ter retrahunt Danai: Siculi uelut anxia puppis
seditione maris nequiquam obstante magistro

---

112 cuneis *Heinsius, cf. 123, uide ad 7.372* 116 tunc Pδ : tunc↑/cum t^1 : tum M : cum *ex* tum S^1 : cum NΘOL$^{\sigma}$μν : *ex* ≡≡≡ D$^?$, *uide ad 8.240* 121 /arhiamque P, *edd. inde a Kohlmann* : namque ω 122 pis(a)eaque ω : pis(a)eque et PD^{1}δ, /piseaque D^r*mg.* 123 Turma ω : -ma ↑ /b ν^2 : -ba ↑ /ma M^1 : Turba PDfb, *uide ad 4.850* replet OCQ, *cf. 9.245, uide ad 4.112* his ω : /his P, *unde* is *Kohlmann uix apte* letus P : fretus ↑ /lae t^1 : fretus ω, *edd. ante Kohlmann fortasse recte, cf. 2.539, 10.475* 124 iacet P 127 tum PD : tum ↑ /tunc t^1 : tunc ω, *uide ad 1.112* phalantum Pω : -teum Dμ : -tem ν : -thum *edd. inde a Kohlmann* 130 ille *est idem ac* hunc *(128) i.e. Eryx, ut intellexit Nisard* 132 expulsi Pω : excussi ς, *Prisc. GL 2.541.3, fortasse e Iuu. 16.10, cf. Dierschke 81* 133 iniectare ω : eiectare ↑ /in t^1 : eiectare P, *Klotz interpretans 'sc. e latebris', sed cf. Håkanson B 59 cl. Luc. 3.609–12*

errat et auerso redit in uestigia uelo.
  non ibi Sidoniae ualuissent pellere coepto
Hippomedonta manus, non illum impacta mouerent
tormenta oppositum, formidatique superbis
turribus impulsus temptato umbone redissent.
sed memor Elysii regis noxasque recensens
Tydeos in medios astu subit impia campos
Tisiphone: sensere acies subitusque cucurrit
sudor equis sudorque uiris, quamquam ore remisso
Inachium fingebat Halyn, nusquam impius ignis
uerberaque, et iussi tenuere silentia crines.
arma gerit iuxtaque feri latus Hippomedontis
blanda genas uocemque uenit, tamen ille loquentis
extimuit uultus admiraturque timorem.
illa autem lacrimans, 'tu nunc' ait 'inclute, frustra
exanimes socios inhumataque corpora Graium
(scilicet is nobis metus, aut iam cura sepulcri?)
protegis; ipse manu Tyria tibi captus Adrastus
raptatur, teque ante alios, te uoce manuque
inuocat; heu qualem lapsare in sanguine uidi,
exutum canos lacero diademate crines!
nec procul hinc, aduerte oculos: ubi plurimus ille
puluis, ubi ille globus.' paulum stetit anxius heros
librabatque metus; premit aspera uirgo: 'quid haeres?
imus? an hi retinent manes, et uilior ille
qui superest?' miserum sociis opus et sua mandat
proelia et unanimi uadit desertor amici,
respiciens tamen et reuocent si forte paratus.
inde legens turbata trucis uestigia diuae
huc illuc frustra ruit auius, impia donec
Eumenis ex oculis reiecta caerula parma
fugit et innumeri galeam rupere cerastae.
aspicit infelix discussa nube quietos
Inachidas currumque nihil metuentis Adrasti.
  et Tyrii iam corpus habent, iam gaudia magnae

143 uelo ω : telo P   145 intacta P   148 *in* P *uix legi potest*   retexens *edd. uett. nescio unde, sed cf. Gronouium cl. 2.706, Hor. S. 2.3.2 etc.: 'est tamen* [*Theb.*] *3.338'*   159 is ω : ^{h}is T^2 : ≡is b : his PδB   160 tibi captus Pt : tibi *(*↑ iam*)* captus ν^2 : captus δ : captus ↑ rex S^2 : captus ↑ iam B^1 : captus iam L : iam captus ω : captatus ↑ /iam captus D^1 : captatus C : concaptus Q   164 hinc ω : hic P   173 reiecta caerula ω : -ta≡ c. P : -ta et c. t : -ta in c. *Damsté B 90; Klinnert cft 11.66*

testantur uoces, uictorque ululatus aderrat
auribus occultoque ferit praecordia luctu.
ducitur hostili (pro dura potentia fati!)
Tydeus ille solo, modo cui Thebana sequenti
agmina, siue gradus seu frena effunderet, ingens
limes utrimque datus; nusquam arma, manusque quiescunt;
nulla uiri feritas: iuuat ora rigentia leto
et formidatos impune lacessere uultus.
hic amor, hoc una timidi fortesque sequuntur
nobilitare manus, infectaque sanguine tela
coniugibus seruant paruisque ostendere natis.
sic ubi Maura diu populatum rura leonem,
quem propter clausique greges uigilantque magistri,
pastorum lassae debellauere cohortes:
gaudet ager, magno subeunt clamore coloni,
praecerpuntque iubas inmaniaque ora recludunt
damnaque commemorant, seu iam sub culmine fixus
excubat, antiquo seu pendet gloria luco.
at ferus Hippomedon quamquam iam sentit inane
auxilium et seram rapto pro corpore pugnam,
it tamen et caecum rotat inreuocabilis ensem,
uix socios hostesque, nihil dum tardet euntem,
secernens; sed caede noua iam lubrica tellus
armaque seminecesque uiri currusque soluti
impediunt laeuumque femur, quod cuspide fixum
regis Echionii, sed dissimulauerat ardens,
siue ibi nescierat. maestum uidet Hoplea tandem;
Tydeos hic magni fidus comes et modo frustra
armiger alipedem prona ceruice tenebat
fatorum ignarum domini solumque frementem

178 aderrat ω : abe- ↑ ⌋d D[1] : abe- P : obe- ↑ ⌋ad ↑ ⌋in t[1] : ob- *in ras.* O[1] : ob- ς, *Kohlmann, sed cf. Gronouium cl. Silu. 2.2.120* 182 gradus seu PtΘμbr : graduseu ↑ s *s.* -us- Q[2] : graduseu B : gradu seu NM : gradū seu *(*⌐ O[σ]*)* O : gradum seu DδLν 183 utrimque *(uel* -inque*)* ω : *ex* -ique Q[2]B[3]b[1] : uterque *ex* utrumque P[r], *uide ad 5.401* nusquam ω : numquam ↑ ⌋nus D[1] : numquam P : nunc iam *Damsté B 91, cf. 12.189; cf. 1.168, 5.566, 6.297, 9.212, 581, 770, 875, 10.242, 11.467, 12.218 ubi similis permutatio* 187 *om.* fM[1]μ[1]QBS[1]r[1], *add.* M[2]μ[2]S[2]r[r] Nobilitare PΘδ : Nobil- ↑ ⌋de D[1] : Debil- ↑ ⌋No(bilitare) t[1]O[σ]S[2] : Debilitare N : Debilitate μ[2] : Mobilitare L 199 hostemque ΘfML 201 soluti ωΣ : secuti P 203 sed PS[1] : seu ω, *edd. ante Kohlmann, Håkanson B 59 quia* seu *(uel* siue*) unicum bis modo (6.600, Silu. 5.1.51) apud Statium inueniatur;* sed *tamen multo aptius uidetur, et quod bis scribitur id ter scribi potest* 204 Siue Pω : Siue ↑ ⌋seu t[1] : Seu *ex* Siue L[σ] : Siue *ex* Seu μ : Seu ↑ siue Θ[c] : Seu NOνr

quod uacet inque acies audentior ille pedestres.
hunc aspernantem tumido noua pondera tergo
(unam quippe manum domitis expertus ab annis)
corripit adfaturque: 'quid o noua fata recusas,
infelix sonipes? nusquam tibi dulce superbi
regis onus; non iam Aetolo satiabere campo
gaudentemque iubam per stagna Acheloia solues.
quod superest, caros, i, saltem ulciscere manes
aut sequere; extorrem neu tu quoque laeseris umbram
capituus tumidumque equitem post Tydea portes.'
audisse accensumque putes: hoc fulmine raptum
abstulit et similes minus indignatur habenas.
semifer aeria talis Centaurus ab Ossa
desilit in ualles: ipsum nemora alta tremescunt,
campus equum. trepidi cursu glomerantur anhelo
Labdacidae, premit ille super, necopinaque ferro
colla metens linquit truncos post terga cadentes.
   uentum erat ad fluuium; solito tunc plenior alueo
(signa mali) magna se mole Ismenos agebat.
illa breuis requies, illo timida agmina lassam
de campis egere fugam; stupet hospita belli
unda uiros claraque armorum incenditur umbra.
insiluere uadis, magnoque fragore solutus
agger et aduersae latuerunt puluere ripae.
ille quoque hostiles saltu maiore per undas
inruit attonitis (longum dimittere habenas)
sicut erat, tantum uiridi defixa parumper
caespite populeo commendat spicula trunco.
tunc uero exanimes tradunt rapientibus ultro
arma uadis: alii demissa casside, quantum
tendere conatus animae ualuere sub undis,

211 fata Pς : iussa ↑ /fata t^1 : iussa ω   212 numquam P, *edd. inde a Kohlmann, uide ad 183*   213 satiabere ωΣ : *ex* -aue- P^1 : sociabere δ : spatiabere *Bentley, sed cf.* Σ*:* 'satiabere campo*: cursu uel pastu', 6.305, cf. etiam Silu. 4.7.1*   216 neu Pω : neu ↑ /ne D^1 : ne g^1, *Koestlin et edd. inde a Kohlmann, sed cf. 11.110*   umbras P, *fortasse recte, cf. 6.169*   217 tumidumque ω : *fortasse e* tim- O^1 : tim- Pς, *sed agitur de hoste gloriante se Tydei equum possidere, nisi* timidumue *legendum; uide ad 1.174*   218 hoc Pω : ceu *Damsté B 91; sed recte interpretatus est Alton 176: 'tanto impetu rapuit equus' cl. 9.286; cf. 9.683–85, Williams ad 10.800; cf. etiam* Σ*: 'intellegi uult poeta exhortationem Hippomedontis equum sensisse'*   228 stupet ω : stat et P   237 demissa PDNtδOC : di- ω, *noli conferre 7.648: ibi clipeus non sponte amittitur, hic cassida sponte mergunt; uide ad 2.359*

turpe latent; multi fluuium transmittere nando
adgressi, sed uincla tenent laterique repugnat
balteus et madidus deducit pectora thorax.
qualis caeruleis tumido sub gurgite terror
piscibus, arcani quotiens deuexa profundi
scrutantem delphina uident; fugit omnis in imos
turba lacus uiridesque metu stipantur in algas;
nec prius emersi quam summa per aequora flexus
emicet et uisis malit certare carinis:
talis agit sparsos, mediisque in fluctibus heros
frena manu pariter, pariter regit arma, pedumque
remigio sustenat equum; consuetaque campo
fluctuat et mersas leuis ungula quaerit harenas.
sternit Iona Chromis, Chromin Antiphos, Antiphon Hypseus,
Hypseus Astyagen euasurumque relicto
amne Linum, ni fata uetent et stamine primo
ablatum tellure mori. premit agmina Thebes
Hippomedon, turbat Danaos Asopius Hypseus:
amnis utrumque timet, crasso uada mutat uterque
sanguine, et e fluuio neutri fatale reuerti.
iam laceri pronis uoluuntur cursibus artus
oraque et abscisae redeunt in pectora dextrae,
spicula iam clipeosque leues arcusque remissos
unda uehit, galeasque uetant descendere cristae:
summa uagis late sternuntur flumina telis,
ima uiris; illic luctantur corpora leto,
efflantesque animas retro premit obuius amnis.
   flumineam rapiente uado puer Argipus ulmum
prenderat, insignes umeros ferus ense Menoeceus
amputat; ille cadens, nondum conamine adempto,
truncus in excelsis spectat sua bracchia ramis.

---

243 archano *ex* -ni P[c] profundo P 244 fugit...imos *om.* P[1], *add.* P[c] fugit P[c]ω : ruit NO 245 stipatur νCr, *cf. 9.123, uide ad 4.112* 249–50 pedum se (pedum quem *Housman apud Wilkins*)...equus *Jortin cl. 1.625, 5.140, 11.490, 'contra metricam Stati' Klotz recte, cf. Mayer 56–57; etiam Housman (D 67) de codd. lectione minus dubitabat; certe enim pedum suorum remigio equum prohibere ne flumine summergatur incredibile est, sed agitur num incredibilius sit quam ut Statio placeat* 254 et stamine PD : e stamine ω : certamine δ 255 thebis P 257 utrimque P 258 et e PDfC : et[e] *frg. Dessau* : et M : et[a] Θ[1] : et a μ : set δ : sed NtO : de ν : et est Tr neutris P 263–64 spernuntur fulmina *(uide ad 1.258)* telis Arma uiris illi cunctantur P 266 Argipus *Kohlmann* : argypus P : argypus ↑ h *s.* -put[1] : argÿpus L[1] : argyphus *uel* argiphus DΘδ : aryphus f : argiphus ν : Agrius *edd. ante Kohlmann*

Hypseos hasta Sagen ingenti uulnere mersit,
ille manet fundo, rediit pro corpore sanguis.
desiluit ripis fratrem rapturus Agenor,
heu miser et tenuit, sed saucius ille leuantem
degrauat amplexu: poterat resolutus Agenor
emersisse uadis, piguit sine fratre reuerti.
surgentem dextra Capetum uulnusque minantem
sorbebat rapidus nodato gurgite uertex;
iam uultu, iam crine latet, iam dextera nusquam,
ultimus abruptas ensis descendit in undas.
mille modis leti miseros mors una fatigat.
induit a tergo Mycalesia cuspis Agyrten;
respexit: nusquam auctor erat, sed concita tractu
gurgitis effugiens inuenerat hasta cruorem.
  figitur et ualidos sonipes Aetolus in armos
exiluitque alte ui mortis et aera pendens
uerberat; haud tamen est turbatus fulmine ductor,
sed miseratur equum magnoque ex uulnere telum
exuit ipse gemens et sponte remisit habenas.
inde pedes repetit pugnas gressuque manuque
certior, et segnem Nomium fortemque Mimanta
Thisbaeumque Lichan Anthedoniumque Lycetum
continuat ferro geminisque e fratribus unum
Thespiaden; eadem poscenti fata Panemo:
'uiue superstes' ait 'diraeque ad moenia Thebes

---

270 Hypseos *(uel* Hips- *uel* Ips-*)* ω : Hipse≡os f : Hypseus PD : Ipseus δ, *cf. 672*   hasta sagen ω : h. sage ↑ /sagem d^1 : asta sagen ν : astigen ↑ a *s.* -ig- δ^1 : hasta tagen P, *edd. nonnulli inde a Barth fortasse recte, sed uereor ne* TAgen *natum sit e* hasTA   275 piguit P : piguit ↑ /puduit t^c : puduit ω, *cf. 10.901, Ach. 1.635 ubi similis permutatio*   276 capetum Pt : caphletum Θ : caplethum b : caplethum B^3 : ca≡letum *frg. Werd.* : c(h)alet(h)um ω : cale≡thum S   277 nodato NtΘδ : mut- *ex* nod- D^σ : nod- *ex* not- Q^{1}b^{1}T^{2}r^2 : not- ↑ /nod ν^2 : not- M : not- ↑ montano K^2 : notato ↑ nudato f^2 : nud- P, *frg. Werd.* ^{2}*mg.* : *ex* n≡≡ato O^2 : uadato *ex* natatu S^2, ↑ /undanti S$^?$: motato C, *et coniecit Ker 180, sed cf.* Σ*: 'quia astringit uertigo fluuii natantes et non dat spatium euadendi'*   279 abruptas ω : -rep- P, *edd. inde a Kohlmann, sed cf. 6.506, Håkanson B 59–60 cl. Germ. Arat. 48*   286 fulmine P : fulm- ↑ /flu M^1 : fu≡m- ↑ l f^1 : flumine ω, *edd. ante Alton 176, uide ad 9.218, 1.258*   287 ex PD : e ω   290 mimanta OB : mim- ↑ y P^c : minanta ω : -tā M^1 : minanta *ex* -tem *frg. Werd.* : minantem b   291 *'inueni tandem in uno codice* Thisbaeumque*' Gronouius cl. 9.768, cf.* Thisbeumque O : Theb(a)eumque ω : Tebanumque *ex* -baeumque P^c : Thebeumque ↑ /thebanum t^1 : Thaebeumque Q : Thebanumque N : Phebeumque ↑ /the M^σ : Phebeumque ↑ i. *s.* -um- f   293 panemo DδΘ, *edd.* : panh(a)emo Pω

solus abi miseros non decepture parentes.
di bene quod pugnas rapidum deiecit in amnem
sanguinea Bellona manu: trahit unda timentes
gurgite gentili, nuda nec flebilis umbra
stridebit uestros Tydeus inhumatus ad ignes;
ibitis aequoreis crudelia pabula monstris,
illum terra uehit suaque in primordia soluet.'
sic premit aduersos et acerbat uulnera dictis;
ac nunc ense furit, nunc tela natantia captans
ingerit: innuptae comitem Therona Dianae,
ruricolamque Gyan cum fluctiuago Ergino,
intonsumque Hersen, contemptoremque profundi
Crethea nimbosam qui saepe Caphereos arcem
Euboicasque hiemes parua transfugerat alno—
quid non fata queant? traiectus pectora ferro
uoluitur in fluctus, heu cuius naufragus undae!
te quoque sublimi tranantem flumina curru,
dum socios, Pharsale, petis, resupinat ademptis
Dorica cuspis equis; illos uiolentia saeui
gurgitis infelixque iugi concordia mergit.
  nunc age, quis tumidis magnum expugnauerit undis
Hippomedonta labor, cur ipse excitus in arma
Ismenos, doctae nosse indulgete sorores:
uestrum opus ire retro et senium depellere famae.
gaudebat Fauno nymphaque Ismenide natus
maternis bellare tener Crenaeus in undis,
Crenaeus, cui prima dies in gurgite fido
et natale uadum et uirides cunabula ripae.
ergo ratus nihil Elysias ibi posse Sorores,
laetus adulantem nunc hoc, nunc margine ab illo
transit auum, leuat unda gradus, seu defluus ille,
siue obliquus eat; nec cum subit obuius ullas

---

295 *post* abi *comma ponunt edd. praeter Weber, sed uide ad 2.102–03* 296 deiecit ω : delegit ↑ ↓iecit t^1 : delegit ↑ ↓proiecit D^{σ} : delegit P 301 soluet PD : soluit ω 303 Ac ω : At *ex* Ac D^{σ} : At PNtL : Et *ex* At B^2 : Et δ captans Pδ : ra- *ex* ca- B^1 : ca- ↑ ↓r t^1 : ra- ω, *edd. ante Kohlmann fortasse recte* 305 ergino NLB^1 : hergino tfM : hergyno P : hergimo δ : (h)erigino $D\Theta O\mu\nu CB^3brS^2$: erino Q : engino KS^1 : Eriguno *Bentley, sed cf. e.g. Val. Fl. 1.415.* 315 expugnauerit undis ω : -ạt (↑ i) u. f : -at u. NOK : inclinauit in undis (-auit in undis *add.* P^r) P : inclinarit in undis *Baehrens, sed uide ad 2.580–81* : inclinauerit undis ς, *Klotz* 317 indulgete ω : *ex* -ere $P^r\Theta^cS^2$: -ere μ 318 depellere PδOCBbΣ : depellere ↑ ↓defendere D^1t^1 : defendere ↑ (de)pellere f^1T^r : defendere ω

stagna dedere moras pariterque reuertitur amnis.
non Anthedonii tegit hospitis inguina pontus
blandior, aestiuo nec se magis aequore Triton
exerit, aut carae festinus ad oscula matris
cum remeat tardumque ferit delphina Palaemon.
arma decent umeros, clipeusque insignis et auro
lucidus Aoniae caelatur origine gentis.
Sidonis hic blandi per candida terga iuuenci,
iam secura maris, teneris iam cornua palmis
non tenet, extremis adludunt aequora plantis;
ire putes clipeo fluctusque secare iuuencum.
adiuuat unda fidem pelago, nec discolor amnis.
tunc audax pariter telis et uoce proterua
Hippomedonta petit: 'non haec fecunda ueneno
Lerna, nec Herculeis haustae serpentibus undae:
sacrum amnem, sacrum (et miser experiere!) deumque
altrices inrumpis aquas.' nihil ille, sed ibat
comminus; opposuit cumulo se densior amnis
tardauitque manum; uulnus tamen illa retentum
pertulit atque animae tota in penetralia sedit.
horruit unda nefas, siluae fleuistis utraeque,
et grauiora cauae sonuerunt murmura ripae.
ultimus ille sonus moribundo emersit ab ore,
'mater!', in hanc miseri ceciderunt flumina uocem.
   at genetrix coetu glaucarum cincta sororum
protinus icta malo uitrea de ualle solutis
exiluit furibunda comis, ac uerbere crebro
oraque pectoraque et uiridem scidit horrida uestem.
utque erupit aquis iterumque iterumque trementi
ingeminat 'Crenaee' sono: nusquam ille, sed index
desuper (a miserae nimium noscenda parenti!)
parma natat; iacet ipse procul, qua mixta supremum
Ismenon primi mutant confinia ponti.
fluctiuagam sic saepe domum madidosque penates
Alcyone deserta gemit, cum pignora saeuus

---

338 adiuuat umbra *Alton 183 uide ad 8.18* : iam discolor *coniecit uel in codice inuenit Barth; sed recte Weber:* 'amnem *h.l. intellige aquam (marinam) in clypeo sculptam', cf. Val. Fl. 4.338, 345; idem fortasse intellexit* Σ*:* 'non discolor*: non dissimilis mari multarum incremento aquarum'; sensus, ut olim intellegebant: adiuuat unda fidem, nec pelago discolor est aqua*   nec Pω : non NΣ   345 *comma post* manum *ponunt edd. inde a Queck, sed sensus est: uulnus, quamquam retentum est, illa tamen pertulit; uide ad 1.480*

Auster et algentes rapuit Thetis inuida nidos.
mergitur orba iterum, penitusque occulta sub undis
limite non uno, liquidum qua subter eunti
lucet iter, miseri nequiquam funera nati
uestigat plangitque tamen; saepe horridus amnis
obstat, et obducto caligant sanguine uisus.
illa tamen praeceps in tela offendit et enses
scrutaturque manu galeas et prona reclinat
corpora; nec ponto summota intrabat amaram
Dorida, possessum donec iam fluctibus altis
Nereidum miserata cohors ad pectora matris
impulit. illa manu ceu uiuum amplexa reportat
insternitque toris riparum atque umida siccat
mollibus ora comis, atque haec ululatibus addit:
'hoc tibi semidei munus tribuere parentes
nec mortalis auus? sic nostro in gurgite regnas?
mitior heu misero discors alienaque tellus,
mitior unda maris, quae iuxta flumina corpus
rettulit et miseram uisa expectasse parentem.
hine mei uultus? haec torui lumina patris?
hi crines undantis aui? tu nobile quondam
undarum nemorumque decus, quo sospite maior
diua et Nympharum longe regina ferebar.
heu ubinam ille frequens modo circa limina matris
ambitus orantesque tibi seruire Napaeae?
cur nunc te, melius saeuo mansura profundo,
amplexu misero tumulis, Crenaee, reporto
non mihi? nec tantae pudet heu miseretque ruinae,
dure parens? quae te alta et ineluctabilis imo
condidit amne palus, quo nec tam cruda nepotis
funera nec nostri ualeant perrumpere planctus?

---

365 nequiquam Pω : -qua- ↑ *l*ic Θ^c : -qua- ↑ i b^2 : -qua- *Klotz, Mozley per lapsum nempe calami* 366 *comma post* uestigat *expungit Mynors (apud Ker 8–9) interpretans: quamquam nequiquam, uestigat tamen plangitque; uide ad 1.480* 370 nec Pω : nunc *Markland ad Silu. 5.2.35* intrabat amaram ω : i. amara δ : intrauerat arma P, *unde* intrarat amaram *coniecit Klotz, sed* -u- *pro* -b- *et* -b- *pro* -u- *sescenties inuenitur in* P, *e.g. 1.205, 4.501, 5.429, 6.362, 7.239, 8.215* 375 ululantibus P 378 *habent* PDNt$\Theta\delta$O : *om.* ω : *add.* $\nu^2 b^1 T^2 r^r S^2$ heu misero Nt$\Theta\delta$O$\nu^2 r^r S^2$: unda maris ↑ heu misero D^1 : haec misero P, *edd. inde a Kohlmann* : unda maris *(e 379)* bT^2 alternaque tellus b 385 Heu PNtδLμrKS : Heu ↑ s Θ^1 : Heus *ex* Heu ν^2 : Heus ω, *uide ad 5.478* 387 mansure *Baehrens, sed cf.* Σ*:* 'mansura profundo*: melius fuerat in mari me tecum extingui'*, *Håkanson B 60–61* 391 nec tam P : nec iam Dtδ : iam nec ω

ecce furit iactatque tuo se in gurgite maior
Hippomedon, illum ripaeque undaeque tremescunt,
illius impulsu nostrum bibit unda cruorem:
tu piger et trucibus facilis seruire Pelasgis.
ad cineres saltem supremaque iusta tuorum
saeue ueni non hic solum accensure nepotem.'
his miscet planctus multumque indigna cruentat
pectora, caeruleae referunt lamenta sorores:
qualiter Isthmiaco nondum Nereida portu
Leucothean planxisse ferunt, dum pectore anhelo
frigidus in matrem saeuum mare respuit infans.
  at pater arcano residens Ismenos in antro,
unde aurae nubesque bibunt atque imbrifer arcus
pascitur et Tyrios melior uenit annus in agros,
ut lamenta procul, quamquam obstrepit ipse, nouosque
accepit natae gemitus, leuat aspera musco
colla grauemque gelu crinem, ceciditque soluta
pinus adulta manu dimissaque uoluitur urna.
illum per ripas annoso scrupea limo
ora exertantem siluae fluuiique minores
mirantur: tantus tumido de gurgite surgit,
spumosum attollens apicem lapsuque sonoro
pectora caeruleae riuis manantia barbae.
obuia cognatos gemitus casumque nepotis
Nympharum docet una patrem monstratque cruentum
auctorem dextramque premit: stetit arduus alto
amne, manuque genas et nexa uirentibus uluis
cornua concutiens sic turbidus ore profundo
incipit: 'huncne mihi, superum regnator, honorem
quod totiens hospesque tuis et conscius actis
(nec memorare timor) falsa nunc improba fronte
cornua, nunc uetitam currus disiungere Phoeben,
dotalesque rogos deceptaque fulmina uidi

---

397 iusta PωΣ : ịu- ↑ /busta $t^{\sigma}T^1r^1$: iu- ↑ b Θ^1 : busta ↑ iusta f^2 : busta DδOLCb, *uide ad 6.169*   397–98 *commata post* tuorum *et* saeue *et* ueni, *uel post* ueni *solum, ponunt edd., sed uide ad 2.102–03*   401 nereida ω : *in ras.* t^1 : nereia PNμνr : neregia L   407 obstrepit ωΣ : strepit PDδ, *sed* obstrepit *fortasse aptius, cf.* Σ: *'quamquam aquarum strepitus impediebat auditum, tamen auribus filiae lamenta percepit'*   419 manuque Pω : unaque *Damsté B 91–92 cl. 9.186, 10.300, 572, 844*   uluis ↑ /mis Θ^1 : uluis *ex* ulnis P^1 : ulnis δ : ulnis ↑ /mis t^1 : ulmis ω   424 disiungere ωΣ : deiungere P, *fortasse recte*

praecipuosque alui natorum? an uilis et illis
gratia? ad hunc certe repsit Tirynthius amnem,
hac tibi flagrantem Bromium restinximus unda.
aspice quas fluuio caedes, quae funera portem
continuus telis alioque adopertus aceruo.
omne uadum belli series tenet, omnis anhelat
unda nefas, subterque animae supraque recentes
errant et geminas iungunt caligine ripas.
ille ego clamatus sacris ululatibus amnis,
qui molles thyrsos Baccheaque cornua puro
fonte lauare feror, stipatus caedibus artas
in freta quaero uias; non Strymonos impia tanto
stagna cruore natant, non spumifer altius Hebrus
Gradiuo bellante rubet. nec te admonet altrix
unda tuasque manus, iam pridem oblite parentum
Liber? an Eous melius pacatur Hydaspes?
at tu, qui tumidus spoliis et sanguine gaudes
insontis pueri, non hoc ex amne potentem
Inachon aut saeuas uictor reuehere Mycenas,
ni mortalis ego et tibi ductus ab aethere sanguis.'
sic ait infrendens et sponte furentibus undis
signa dedit: mittit gelidus montana Cithaeron
auxilia antiquasque niues et pabula brumae
ire iubet; frater tacitas Asopos eunti
conciliat uires et hiulcis flumina uenis
suggerit. ipse cauae scrutatur uiscera terrae
stagnaque torpentesque lacus pigrasque paludes
excutit, atque auidos tollens ad sidera uultus
umentes nebulas exhaurit et aera siccat.
iamque super ripas utroque extantior ibat
aggere, iam medium modo qui superauerat amnem
Hippomedon, intactus aquis umerosque manusque,
miratur creuisse uadem seseque minorem.
hinc atque hinc tumidi fluctus animosaque surgit
tempestas instar pelagi, cum Pliadas haurit

---

429 portem † l(t)o D¹t¹ : porto NCr 430 alioque *(i.e. 'inusitato')* P : altoque *(ex alioque?)* tδ : *ex* ≡≡≡≡≡ Θ¹ : altoque ω, *fortasse recte cf. Damsté B 92 cl. 1.40, 9.263–64, 438; uide ad 4.308* 435 bac(c)heaque ω : bṛaççheaque Q¹ : bacchi qui *ex* bracchiaque P^c 436 lauare P^r ωT²r² : leḅare † u P^c : leuare μνT¹r¹ 440 iam pridem Pω : iamdudum N; *illud semel (Silu. 4.4.97) hoc uicies quater alibi apud Statium inuenitur* 454–903 *desunt in* K 456 medium *i.e. ubi amnis est altissimus, quod non intellegens* medius *coniecit Damsté B 92–93*

aut nigrum trepidis impingit Oriona nautis.
non secus aequoreo iactat Teumesius amnis
Hippomedonta salo, semperque umbone sinistro
tollitur et clipeum nigrante superuenit aestu
spumeus adsultans fractaque refunditur unda
et cumulo maiore redit; nec mole liquenti
contentus carpit putres seruantia ripas
arbusta annosasque trabes eiectaque fundo
saxa rotat. stat pugna impar amnisque uirique,
indignante deo; nec enim dat terga nec ullis
frangitur ille minis, uenientesque obuius undas
intrat et obiecta dispellit flumina parma.
stat terra fugiente gradus, et poplite tenso
lubrica saxa tenet, genibusque obnixus et haerens
subruta fallaci seruat uestigia limo,
sic etiam increpitans: 'unde haec, Ismene, repente
ira tibi? quoue has traxisti gurgite uires,
imbelli famulate deo solumque cruorem
femineis experte choris, cum Bacchica mugit
buxus et insanae maculant trieterida matres?'
dixerat; atque illi sese deus obtulit ultro
turbidus imbre genas et nube natantis harenae,
nec saeuit dictis, trunca sed pectora quercu
ter quater oppositi, quantum ira deusque ualebat,
impulit adsurgens: tandem uestigia flexit
excussumque manu tegimen, conuersaque lente
terga refert. instant undae sequiturque labantem
amnis ouans; nec non saxis et grandine ferri
desuper infestant Tyrii geminoque repellunt
aggere. quid faciat bellis obsessus et undis?
nec fuga iam misero, nec magnae copia mortis.

---

462 amnis ω : ignis P, *Vollmer 31 et Klotz interpretantes: 'amnis iratus', quod iure castigat Housman D 67–68* 464–559 *desunt in* b 470 *an* neque enim*? uide ad 8.5* 473 Stat P : Stat ↑ n Θ^1 : Stant ω, *edd. cf. 11.554; sed cum* stant, *subiecta ineleganter alternantur, cum* stat, *forma sententiae sensui commodior; si de* terra fugiente gradus *dubitas, cf. 9.325* 474 tenet PδQ : tenet ↑ /natant t^1 : natant ↑ /tenet Θ^1, ↑ /‾*s.* -e- *alterum* Θ^r : tenent fBS : natant ↑ /tenent $O^{\sigma}T^2$: natant Nμν : *in ras.* D^1L^1 : tegent ↑ natant M^2 480 maculant trieterida *recte interpretatur Håkanson B 61: 'maculosam trieterida celebrant', uide ad 2.663* 482 nube PNtδμν, B^1*mg.* Σ : nube ↑ /mole $D^1O^{\sigma}r^2$: mole ↑ /nube M^1 : mole ΘfQ, *sed* nube *respondet uocabulo* nimbo *(3.544)* 483 trunca...quercu PDtΘδO : -aṡ...-uṡ N : -aś...-us ν^2 : -as...-us̱ B^3 : -as...-us fMLμQ sed Pω : sed ↑ in ν^2 : in ↑ /sed M^1L^{σ} : in Q : in ↑ que f^1 : -que *in ras.* μ^2 484 oppositạs ↑ i Q^2 : -taṣ f^1 : -tas MC ualebat P : -ant ω

stabat gramineae producta crepidine ripae
undarum ac terrae dubio, sed amicior undis,
fraxinus ingentique uadum possederat umbra.
huius opem (nam qua terras inuaderet?) unca
arripuit dextra: nec pertulit illa trahentem,
sed maiore super, quam stabat, pondere uicta
soluitur et, qua stagna subit radice quibusque
arentem mordebat humum dimissa, superne
iniecit sese trepido ripamque, nec ultra
passa uirum subitae uallauit ponte ruinae.
huc undae coeunt, et ineluctabile caeno
uerticibusque cauis sidit crescitque barathrum.
iamque umeros, iam colla ducis sinuosa uorago
circumit: hic demum uictus suprema fateri
exclamat: 'fluuione (pudet!), Mars inclute, merges
hanc animam, segnesque lacus et stagna subibo
ceu pecoris custos, subiti torrentis iniquis
interceptus aquis? adeone occumbere ferro
non merui?' tandem precibus commota Tonantem
Iuno subit: 'quonam miseros, sator inclute diuum,
Inachidas, quonam usque premes? iam Pallas et odit
Tydea, iam rapto tacuerunt augure Delphi:
en meus Hippomedon, cui gentis origo Mycenae
Argolicique lares numenque ante omnia Iuno
(sic ego fida meis?), pelagi crudelibus ibit
praeda feris? certe tumulos supremaque uictis
busta dabas: ubi Cecropiae post proelia flammae,
Theseos ignis ubi est?' non spernit coniugis aequas
ille preces, leuiterque oculos ad moenia Cadmi
rettulit, et uiso sederunt flumina nutu.
illius exangues umeri et perfossa patescunt

---

493 ac Pω : an *Richards 102, sed cf. 12.560, Housman ad Man. 2.231* 499 dimissa Pδ : *ex* de- Q? : de- ω, *quod damnat Krumbholz 243 ut e* superne *natum*; superne *cum* dimissa *(uel* de-*) iungebant, sed sensus est: arbor, ima parte soluta, superne cadit* 500 sese trepido PDtδ : trepido sese ω, *fortasse recte, cf. Pearce 337* 501 passa uirum *Barth* : Passurum Pω : Pensurum ↑ /passurum M^1 : Pensurum f : *alii alia*; passa uirum *damnat Håkanson (B 62–63) ob 496,* passurum *interpretans: 'duraturum' cl. Sen. Thy. 470* ponte Pω : ponte ↑ penna δ^{σ} : ponte ↑ pena Θ^c : poena Nt : pena S^2; *de* ponte *dubitabant sed recte confertur Hom. Il. 21.245* 502 caeno P : -num ω 503 sidit P : sedit ω 506 merges ω : -ges ↑ i Θ^1 : -gi δ : -gis P, *fortasse recte* 518 Busta PωΣ : iusta *Heinsius, cf. 9.397, uide ad 6.169 sed recte cft Håkanson (B 63) Silu. 5.1.218 etc.* 519 T(h)eseos ω : -eus ↑ /os t^1 : -eus ↑ /o Θ^c : -eus PN, *quod metro uetatur, cf. 7.686*

pectora: ceu uentis alte cum elata resedit
tempestas, surgunt scopuli quaesitaque nautis
terra, et ab infestis descendunt aequora saxis.
quid ripas tenuisse iuuat? premit undique nimbo
telorum Phoenissa cohors, nec tegmina membris
ulla, omnisque patet leto; tunc uulnera manant,
quique sub amne diu stupuit cruor, aere nudo
soluitur et tenues uenarum laxat hiatus,
incertique labant undarum e frigore gressus.
procumbit, Getico qualis procumbit in Haemo
seu Boreae furiis putri seu robore quercus
caelo mixta comas, ingentemque aera laxat:
illam nutantem nemus et mons ipse tremescit
qua tellure cadat, quas obruat ordine siluas.
non tamen aut ensem galeamue audacia cuiquam
tangere; uix credunt oculis ingentiaque horrent
funera et astrictis accedunt comminus armis.
  tandem adiit Hypseus capulumque in morte tenenti
extrahit et toruos laxauit casside uultus;
itque per Aonios alte mucrone corusco
suspensam ostentans galeam et clamore superbit:
'hic ferus Hippomedon, hic formidabilis ultor
Tydeos infandi debellatorque cruenti
gurgitis!' agnouit longe pressitque dolorem
magnanimus Capaneus, telumque inmane lacerto
hortatur librans: 'ades o mihi, dextera, tantum
tu praesens bellis et ineuitabile numen,
te uoco, te solam superum contemptor adoro.'
sic ait, et uoti sese facit ipse potentem.
it tremibunda abies clipeum per et aerea texta
loricae tandemque animam sub pectore magno
deprendit: ruit haud alio quam celsa fragore

---

523 elata Ptδ : *ex* fl- $\Theta^1$$S^2$: fl- ω : *ex* flat≡ μ : *ex* -te L^1 : conflata *ex* ≡fl- O, *cf. 2.134*   530 tenues ω : teneros ↑ /tenues t^1 : teneros Pδ   531 e *Postgate* : ex *Baehrens 844* : et P : *om.* ω   539 astrictis...comminus armis *de clipeis non de ensibus agitur, cf. 537–38; sensus est: clipeis ad pectora pressis (Courtney) uel clipeis coniunctis, cf. 'uiso comminus armatorum agmine' (Tac. Hist. 1.41)*   540 adiit Hypseus *edd.* : adit h. ω : adit ipseus NS : hypseus adit PD : Hypseus adiit *Kohlmann, sed uide ad 5.397*   capulumque ω : caelumque P, *unde* telumque *coniecit Garrod*   544 hic ω : sic P   547 lacerto ω : receptum *ex* -to P^r : lacertum *Kohlmann*   549 lumen ↑ /numen P^r 551 ipsa P   552 texta *Gronouius cl. 5.354, 3.585* : terga Pω, *fortasse recte cf. Verg. Aen. 10.784*

turris, ubi innumeros penitus quassata per ictus
labitur effractamque aperit uictoribus urbem.
cui super adsistens, 'non infitiamur honorem
mortis' ait 'refer huc oculos, ego uulneris auctor;
laetus abi multumque aliis iactantior umbris!'
tunc ensem galeamque rapit clipeumque reuellit
Hypseos; exanimumque tenens super Hippomedonta,
'accipe' ait 'simul hostiles, dux magne, tuasque
exuuias, ueniet cineri decus et suus ordo
manibus; interea iustos dum reddimus ignes,
hoc ultor Capaneus operit tua membra sepulcro.'
sic anceps dura belli uice mutua Grais
Sidoniisque simul nectebat uulnera Mauors:
hic ferus Hippomedon, illic non segnior Hypseus
fletur, et alterni praebent solacia luctus.
  tristibus interea somnum turbata figuris
torua sagittiferi mater Tegeatis ephebi,
crine dato passim plantisque ex more solutis,
ante diem gelidas ibat Ladonis ad undas
purgatura malum fluuio uiuente soporem.
namque per attonitas curarum pondere noctes
saepe et delapsas adytis, quas ipsa dicarat,
exuuias, seque ignotis errare sepulcris
extorrem nemorum Dryadumque a plebe fugatam,
saepe nouos nati bello rediisse triumphos,
armaque et alipedem notum comitesque uidebat,
numquam ipsum, nunc ex umeris fluxisse pharetras,
effigiesque suas simulacraque nota cremari.
praecipuos sed enim illa metus portendere uisa est
nox miserae totoque erexit pectore matrem.
nota per Arcadias felici robore siluas
quercus erat, Triuiae quam desacrauerat ipsa
electam turba nemorum numenque colendo
fecerat: hic arcus et fessa reponere tela,
armaque curua suum et uacuorum terga leonum

---

561 Hypseos *Markland*: Ipseos *ex* Ipsius f[1?] : Ipsius Pω, *quod frustra defendunt Imhof, Håkanson B 63–64; ante* Hippomedonta *aliud nomen proprium desideratur* 567 uulnera Pω : funera *Markland ad Silu. 5.1.18, fortasse recte, uide ad 3.163* 578 nemorum PDδ : -ris ↑ ⌊rum t[1] : -ris ω; *cf. 12.262* 581 Numquam P : Nusquam ω, *edd. ante Kohlmann, fortasse recte (uide ad 9.183), sed post* saepe *(579)* numquam *aptius* 583 uisa est PDδO : uisa ÷ M[1]B[1] : uisa s.est f[2] : uisa ω

figere et ingentes aequantia cornua siluas.
uix ramis locus, agrestes adeo omnia cingunt
exuuiae, et uiridem ferri nitor impedit umbram.
hanc, ut forte iugis longo defessa redibat
uenatu, modo rapta ferox Erymanthidos ursae
ora ferens, multo proscissam uulnere cernit
deposuisse comam et rorantes sanguine ramos
expirare solo; quaerenti nympha cruentas
Maenadas atque hostem dixit saeuisse Lyaeum.
dum gemit et planctu circumdat pectus inani,
abrupere oculi noctem maestoque cubili
exilit et falsos quaerit per lumina fletus.
  ergo ut in amne nefas merso ter crine piauit
uerbaque sollicitas matrum solantia curas
addidit, armatae ruit ad delubra Dianae
rore sub Eoo, notasque ex ordine siluas
et quercum gauisa uidet. tunc limine diuae
astitit et tali nequiquam uoce precatur:
'uirgo potens nemorum, cuius non mollia signa
militiamque trucem sexum indignata frequento
more nihil Graio (nec te gens aspera ritu
Colchis Amazoniaeue magis coluere cateruae):
si mihi non umquam thiasi ludusue proteruae
noctis et, inuiso quamuis temerata cubili,
non tamen aut teretes thyrsos aut mollia gessi
pensa, sed in tetricis et post conubia lustris,
sic quoque uenatrix animumque innupta remansi,
nec mihi secretis culpam occultare sub antris
cura, sed ostendid prolem posuique trementem
ante tuos confessa pedes, nec degener ille
sanguinis inque meos reptauit protinus arcus,
tela puer lacrimis et prima uoce poposcit:

---

591 Vix radiis *coniecit uel in codice inuenit Barth* 596 rorantem P 597 Expirare Pδ : -asse *ex* -are $D^{?}$: -asse ↑ /rare t^{1} : -asse ω 604 armatae ω : ≡≡≡≡≡≡ P, armigere P^{r}*mg.*, *cf. 10.282* 606 limine ω : -na P, *Kohlmann et Klotz (C 409–10) cl. 3.299, ubi tamen sensus dissimillimus est;* limina *fortasse defendi potest cl. Val. Fl. 5.640, sed malo* limine *legere,* astitit *interpretans ut perfectum non uerbi 'adsistere' sed uerbi 'astare'; cf. Goodyear ad Aetna 425* 616 animumque ω : -moque *ex* -mumque $P^{r}r^{2}$: animoque *edd. uett. et Kohlmann perperam credens* -moque *in* P^{1}*legi* 617 culpam PDtΣ : *in ras.* μ^{1} : culpam ↑ /crimen δ^{1} : crimen ↑ /culpam $\Theta^{1}\nu^{2}$: cri~~ne~~m̄ *(i.e.* crimen*)* ↑ culpam f^{1} : crimen ω : crinem C 618 prolem Pδς : prolem ↑ /natum D^{1} : natum ω, *fortasse e* Σ*:* 'trementem*: mox natum'* 621 *om.* P, *damnauit Sandstroem 56*

hunc mihi (quid trepidae noctes somnusque minantur?),
hunc, precor, audaci qui nunc ad proelia uoto
heu nimium tibi fisus abit, da uisere belli
uictorem, uel, si ampla peto, da uisere tantum!
[si non uictorem des uictum cernere saltem!]
hic sudet tuaque arma ferat. preme dira malorum
signa; quid in nostris, nemoralis Delia, siluis
Maenades hostiles Thebanaque numina regnant?
ei mihi! cur penitus (simque augur cassa futuri!),
cur penitus magnoque interpretor omine quercum?
quod si uera sopor miserae praesagia mittit,
per te maternos, mitis Dictynna, labores
fraternumque decus, cunctis hunc fige sagittis
infelicem uterum; miserae sine funera matris
audiat ille prior!' dixit, fletuque soluto
aspicit et niueae saxum maduisse Dianae.
  illam diua ferox etiamnum in limine sacro
expositam et gelidas uerrentem crinibus aras
linquit, et in mediis frondentem Maenalon astris
exuperat gressu saltumque ad moenia Cadmi
destinat, interior caeli qua semita lucet
dis tantum, et cunctas iuxta uidet ardua terras.
iamque fere medium Parnasi frondea praeter
colla tenebat iter, cum fratrem in nube corusca
aspicit haud solito uisu: remeabat ab armis
maestus Echioniis, demersi funera lugens
auguris. inrubit caeli plaga sidere mixto,
occursuque sacro pariter iubar arsit utrimque,
et coiere arcus et respondere pharetrae.
ille prior: 'scio, Labdacias, germana, cohortes
et nimium fortes ausum petis Arcada pugnas.

622 minantur Ptδ : -atur DNΘfMLμνCQB, *fortasse recte* 625a *om.* Pω : *habet post 624* δ^1*mg.* : *post 625* S^2ς : da tantum cernere uictum ς : des uictum uisere saltem ς; *uersus fortasse natus est e* Σ: 'da uisere tantum: *si uictorem non possum, restitue, quaeso, diua, uel uictum'* 626 dira PD : dira ↑ /diua O^1 : diua ↑ /dira t^1 : diua ω, *edd. ante Kohlmann* 632–33 *sc.* oro, *cf. 11.367–69, 708–09, Verg. Aen. 10.369–71* 633 cunctis P : iustis ω, *edd. ante Kohlmann* 637–45 *om.* Q^1, *add. mg.* Q^2 640 saltu gressumque *Baehrens, sed ad summum montem gressu ascendit dea quo facilius ad urbem saliret* 641 lucet ωΣ : ducit ↑ /lucet t^1 : ducit P, *sed cf. 6.388, 9.365* 644 c(h)orusca Pω : -cum ↑ /ca Θ^σ : -cum Dδμντ 645 solito P : -tū $N^{1?}$: -tum ω : dubium C 648–49 *in mg.* t^1 : *om.* Pς : *exclusit Kohlmann* 650 labdacias POς : labdacidas (*uel* lapd-) ω : *ex* -itas B^1 : -ides b : lapdacadas *ν*

fida rogat genetrix: utinam indulgere precanti
fata darent! en ipse mei (pudet!) inritus arma
cultoris frondesque sacras ad inania uidi
Tartara et in memet uersos descendere uultus;
nec tenui currus terraeque abrupta coegi,
saeuus ego inmeritusque coli. lugentia cernis
antra, soror, mutasque domos: haec sola rependo
dona pio comiti; nec tu peritura mouere
auxilia et maestos in uanum perge labores.
finis adest iuueni, non hoc mutabile fatum,
nec te de dubiis fraterna oracula fallunt.'
'sed decus extremum misero,' confusa uicissim
uirgo refert, 'duraeque licet solacia morti
quaerere, nec fugiet poenas quicumque nefandam
insontis pueri scelerarit sanguine dextram
impius, et nostris fas sit saeuire sagittis.'
sic effata mouet gressus libandaque fratri
parcius ora tulit, Thebasque infesta petiuit.
    at pugna ereptis maior crudescit utrimque
regibus, alternosque ciet uindicta furores.
Hypseos hinc turmae desolatumque magistro
agmen, at hinc grauius fremit Hippomedontis adempti
orba cohors; praebent obnixi corpora ferro,
idem ardor rabidis externum haurire cruorem
ac fudisse suum, nec se uestigia mutant:
stat cuneo defixa acies, hostique cruento
dant animas et terga negant: cum lapsa per auras
uertice Dircaei uelox Latonia montis
astitit; agnoscunt colles notamque tremescit

---

654 ad Pδ : ad ↑ /et t[1] : et ↑ /ad Θ[c] : et ω   662 de POς : nunc ω   663 Sed PδO : At ω : Aḍ ↑ t ν[2] : A≡t μ : Heu *ex* t L[σ]   663 misero ω : certe ↑ misero δ : certe P, *fortasse recte, cf. 11.738–39*   664 duraeque ω : uereque P, *unde* ueraeque *edd. inde a Kohlmann interpretantes 'destinatae' (e.g. Mozley, Klinnert) quod recte damnat Håkanson B 64; interpretatur Σ: 'ordo...et sensus talis est: si mihi eum non licet de proelio liberare, certe extremum decus et solatia mortis ei concedam, ne inultus occumbat', sed utrum* certe *(uel etiam* uereque*) e Σ natum sit an ipsissimam Stati uocem citet Σ, et quomodo alterutrae uoces in alteras mutatae sint non mihi clarum est; fortasse post* nec...de dubiis...sed *librario* certe *uel* uere *necessarium uisum est*   669 ora ω : ira P   674 corpora Pδ : pectora ↑ /corpora t[1] : pectora ω, *edd. ante Kohlmann fortasse recte, uide ad 3.137*   676 nec se ↑ /sua nec D[1] : sua nec *etiam coniecit Schrader*   678 animos P   negant ω : natant ↑ o *s.* -a- *prius P[1], e* notamque*? (680)*   679 dirceo μνbT[1]r[1]

silua deam, saeuis ubi quondam exerta sagittis
fecundam lasso Nioben consumpserat arcu.
illum acies inter coepta iam caede superbum
nescius armorum et primas tunc passus habenas
uenator raptabat equus, quem discolor ambit
tigris et auratis aduerberat unguibus armos.
colla sedent nodis, et castigata iubarum
libertas, nemorisque notae sub pectore primo
iactantur niueo lunata monilia dente.
ipse bis Oebalio saturatam murice pallam
lucentesque auro tunicas (hoc neuerat unum
mater opus) tenui collectus in ilia uinclo,
cornipedis laeuo clipeum demiserat armo,
ense grauis nimio: tereti iuuat aurea morsu
fibula pendentis circum latera aspera cinctus,
uaginaeque sonum tremulumque audire pharetrae
murmur et a cono missas in terga catenas;
interdum cristas hilaris iactare comantes
et pictum gemmis galeae iubar. ast ubi pugna
cassis anhela calet, resoluto uertice nudus
exoritur: tunc dulce comae radiisque trementes
dulce nitent uisus et, quas dolet ipse morari,
nondum mutatae rosea lanugine malae.

---

682 lasso ω : lasso ↑ /laxo Θ^2 : laxo *ex* la≡o μ^2 : laeso P, *uide ad 5.606* 683 coepta *Kohlmann, cf. Garrod B 254–55* : -cepta O : coeptas P : medias ω, *fortasse recte; si de* acies inter *dubitas cf. 5.667, 10.347, Ach. 1.319, 825* 686 auratos P 687 *recte* Σ: 'colla sedent nodis: *plena sunt musculis' cl. Verg. G. 3.81, malim tamen conferre Theb. 1.134, 6.844; edd. plerique* nodis *cum uerbis sequentibus iuungunt, quod asperum uidetur* 693 dimiserat DOfMLμQBr, *uide ad 2.359* 694 iuuat ω : iubet P *(uide ad 1.205, 9.370)* : iuuat ↑ /ligat Θ^c : ligat *Gronouius* : leuat *Postgate, sed, uerbo* iuuat *excluso,* audire *fit infinitum historicum cum sensu ieiuno; si de* iactare *(698) uno solo infinito historico dubitas, uide ad 6.459* 695 pendentis *Garrod* : -tis ↑ e ν : -tes Pω, *sed* cinctus *nominatiuum uel accusatiuum dat dissolutionem intolerabilem* 696 *in mg.* δ^1 audire ↑ /lambire D^σ 698 hilaris *ex* -res M^1 : -res P 699 pugna ω : *ex* -n(a)e t^1O^σ : -nae P, *Klotz cl. Sil. 15.718, cf. Dilke ad Ach. 1.488 ubi in* P *solo genetiuum pendens ab* anhela *inuenitur* 700–01 uultus exeritur *coniecit Garrod cl. 10.455 ubi pro* exertos *in* P *apparet* exortos; *quod si* uultus exeritur *legitur, non liquet quo modo* uertice *interpretemur* 701 trementes DOfMLB[1] : trementes ↑ meantes Q^1 : meantes ↑ /trementes Θ^c : frementes Pδ : frementes ↑ meantes t^1, micantes t^c*mg.* : meantes/micantes b^1T^2 : meantes NμνCrS, B^1*mg.*, *uide ad 2.509, 5.78, cf. Håkanson A 75–76 cl. Silu. 2.6.38–45* 703 mutata roseae *Kohlmann, sed sensus est: malae nondum lanugine priuatae, i.e. nondum barba uirili ornatae, cf. Vollmer ad Silu. 4.8.24, uide ad 2.671–72*

nec formae sibi laude placet multumque seueris
asperat ora minis, sed frontis seruat honorem
ira decens. dat sponte locum Thebana iuuentus,
natorum memores, intentaque tela retorquent;
sed premit et saeuas miserantibus ingerit hastas.
illum et Sidoniae iuga per Teumesia Nymphae
bellantem atque ipso sudore et puluere gratum
laudant, et tacito ducunt suspiria uoto.
 talia cernenti mitis subit alta Dianae
corda dolor, fletuque genas uiolata, 'quod,' inquit
'nunc tibi, quod leti quaeram dea fida propinqui
effugium? haecne ultro properasti in proelia, saeue
ac miserande puer? cruda heu festinaque uirtus
suasit et hortatrix animosi gloria leti!
scilicet angustum iamdudum urguentibus annis
Maenalium tibi, parue, nemus, perque antra ferarum
uix tutae sine matre uiae, siluestria cuius
nondum tela procax arcumque implere ualebas.
et nunc illa meas ingentem plangit ad aras
inuidiam surdasque forest et limina lassat:
tu dulces lituos ululataque proelia gaudes
felix et miserae tantum moriture parenti.'
ne tamen extremo frustra morientis honori
adfuerit, uenit in medios caligine fulua
saepta globos, primumque leues furata sagittas
audacis tergo pueri caelestibus implet
goryton telis, quorum sine sanguine nullum

---

709 theumesi e uertice ↑ /iuga per theumesia t^1 : teumesi e uertice P, *sed cf. Garrod: 'ex 8.344 irrepsit'* 715 in PDδt : ad ω 725 moriture PDtδO : periture ↑ moriture B^2 : periture ω; *fortasse e* -um moriture *natum est* -um oriture *propter quod* periture *coniecerunt; '*moriture *natum uidetur ex uoce* morientis *infra scripta', Klotz, fortasse recte, sed uide ad 5.692* *de sensu disputatur, cf. Σ: 'matri tuae tantummodo peribis, cui soli morte tua ingeres luctum'; Mozley similiter interpretatur addens: 'quia tam fortiter peribis', quod damnat Håkanson (B 84) cl. 882 : 'matri solum, non coniugi' Klotz, quod, quamquam defendit Håkanson cl. 12.331–33, nec clarum nec aptum uidetur : olim recte interpretabantur (e.g. Nisard): matre sola praeuidente, cf. 885–87* 726 honore C 727 Adfuerit ↑ b f^{r}Q^{1}r^2 : Aff- *ex* A≡f- D$^\sigma$: Abf- *edd. uett., sed sensus est: ne frustra adfuerit* fulua Pω : uulua f : fulua ↑ r T^2 : furua bς, *Grotius, edd. inde a Kohlmann fortasse recte, uide ad 8.10; sed malo, cum edd. uett.,* fulua *defendere cl. Lucr. 6.461 (ubi tamen* furuae *coniecit Bentley, sed cf. Bailey); conferebant Verg. Aen. 12.792 quod parum simile est quia de Olympo agitur: uoce 'furuus' tamen uix umquam nisi de inferis utuntur* 730 goryton *scripsi* : Coryt(h)on *uel* Cori- Pω : Corinthum ↑ on *s.* -um δ^1 : Cariton ↑ o *s.* -a- ν^r, *uide ad 4.269*

decidit; ambrosio tunc spargit membra liquore,
spargit equum, ne quo uioletur uulnere corpus
ante necem, cantusque sacros et conscia miscet
murmura, secretis quae Colchidas ipsa sub antris
nocte docet monstratque feras quaerentibus herbas.
tunc uero exerto circumuolat igneus arcu
nec se mente regit, patriae matrisque suique
inmemor, et nimium caelestibus utitur armis:
ut leo, cui paruo mater Gaetula cruentos
suggerit ipsa cibos, cum primum crescere sensit
colla iubis toruusque nouos respexit ad ungues,
indignatur ali, tandemque effusus apertos
liber amat campos et nescit in antra reuerti.
quos, age, Parrhasio sternis, puer improbe, cornu?
prima Tanagraeum turbauit harundo Coroebum
extremo galeae primoque in margine parmae
angusta transmissa uia: stat faucibus unda
sanguinis, et sacri facies rubet igne ueneni.
saeuius Eurytion, cui luminis orbe sinistro
callida tergeminis acies se condidit uncis.
ille trahens oculo plenam labente sagittam
ibat in auctorem: sed diuum fortia quid non
tela queant? alio geminatum lumine uulnus
expleuit tenebras; sequitur tamen improbus hostem,
qua meminit, fusum donec prolapsus in Idan
decidit: hic saeui miser inter funera belli
palpitat et mortem sociosque hostesque precatur.
addit Abantiadas, insignem crinibus Argum
et male dilectum miserae Cydona sorori.

731 Decidit PDδB¹, Θ^c*mg.* : Decidit ↑ /Effugit t? : Effugit ↑ /decidit O^σQ? : Effugit ωΘ¹, B¹*mg.* : *an* deficit? decidit *malunt edd. uett. et edd. inde a Kohlmann, sed uereor ne e 756 natum sit:* effugit *defendi potest cf. Verg. Aen. 9.632, Theb. 9.283, 770 unde tamen huc irrepere potuit* tunc Pω : tum *edd. inde a Kohlmann, per lapsum calami ut uidetur* 732 uioletur Ptδ : temeretur ω, *edd. ante Kohlmann* 737 patria P, *Kohlmann inepte* 747 stat Pω : efflat *Damsté B 94* 749 eurytion *(uel* -ri-, -ci-*)* ω : erythion P : euricton ΘμνbTr¹, eurition r² : ericion *frg. Werd.* sinistro Pω : -tri *ex* -tro L^σ : -tri ΘDμνr, *edd. nonnulli fortasse recte* 750 Callida PBΣ : Aspera ↑ /callida Θ^c : Aspera ω : Pallida *Alton 184, quod non intellego* 751 labente Pω : -ban- Q : tabente *Alton 184, ieiune* 757 -que *(prius) om.* PδOν, *fortasse recte*

[illi perfossum telo patefecerat inguen]
. . . .
huic geminum obliqua traiecit harundine tempus,
exilit hac ferrum, uelox hac penna remansit;
fluxit utrimque cruor. nulli tela aspera mortis
dant ueniam, non forma Lamum, non infula Lygdum,
non pubescentes texerunt Aeolon anni:
figitur ora Lamus, flet saucius inguina Lygdus,
perfossus telo niueam gemis, Aeole, frontem.
te praeceps Euboea tulit, te candida Thisbe
miserat, hunc uirides non excipietis † Amyclae.
numquam cassa manus, nullum sine numine fugit
missile, nec requies dextrae, sonitumque priori
iungit harundo sequens. unum quis crederet arcum
aut unam saeuire manum? modo derigit ictus,
nunc latere alterno dubius conamina mutat,
nunc fugit instantes et solo respicit arcu.
   et iam mirantes indignantesque coibant
Labdacidae, primusque Iouis de sanguine claro
Amphion ignarus adhuc, quae funera campis
ille daret: 'quonam usque moram lucrabere fati,
o multum meritos puer orbature parentes?
quin etiam menti tumor atque audacia gliscit,
congressus dum nemo tuos pugnamque minorem
dignatur bellis, iramque relinqueris infra.
i, repete Arcadiam mixtusque aequalibus illic,
dum ferus hic uero desaeuit puluere Mauors,
proelia lude domi: quodsi te maesta sepulcri

760 *om.* Pω : *habent* Kς, *'quod ferri nequit propter plusquamperfectum' Klotz (cf. eundem C 361–62)* : *antea uersum, ut in* Pω *omissum, eici uoluerunt edd. multi inter quos Kohlmann lacunam statuit cl. Weber: 'si nothum dicamus, certe similis argumenti alius excidisse putandus est'*   762 Exilit Ptδ : Ex(s)titit ω, *edd. ante Kohlmann*   766 ora lamus ω : *ex* ≡≡≡ ≡≡mus B[1] : o. lanus C : ilia *(ex* ille*)* lamus P, *unde* ile *coniecit Garrod sed cf. Klotz: 'forte* ilia *uocis* inguina *glossema alienum locum occupauit'*   767 perfossus *Bentley* : -sam Pω   769 amyclae PωΣ *quod, ut oppidum Laconicum, iamdiu suspicantur* : Erythrae *Koestlin A 532* : Hyrides...amicae *Phillimore*   770 Nusquam C, *uide ad 9.183*   numine P : numine ↑ uulnere t[1]δ[1] : uulnere ω, *edd. ante Kohlmann, fortasse recte, cf. 730–31;* numine *defendit Vessey 300*   fugit Pω : figit ↑ u L[1]b[1] : fudit D   773 derigit Bς : di- Pω, *edd. ante Kohlmann, uide ad 5.396*   780 meritos Pω : meritos ↑/miseros Θ[c] : miseros ↑/meritos O[σ] : miseros *ex* meritos S[2] : miseros Ntδ, *cf. 631, 634, 725, 813, 885;* meritos *interpretatur Håkanson B 84: dignos qui orbentur*   783 iraque P, *Kohlmann etc., sed cf.* Σ: *'non dignus ira hostis, contemptibilis'*

fama mouet, dabimus leto moriare uirorum!'
iamdudum hunc contra stimulis grauioribus ardet
trux Atalantiades; necdum ille quierat, et infit:
'sera etiam in Thebas, quarum hic exercitus, arma
profero; quisnam adeo puer, ut bellare recuset
talibus? Arcadiae stirpem et fera semina gentis,
non Thebana uides: non me sub nocte silenti
Thyias Echionio genetrix famulata Lyaeo
edidit, haud umquam deformes uertice mitras
induimus turpemque manu iactauimus hastam.
protinus astrictos didici reptare per amnes
horrendasque domos magnarum intrare ferarum
et —— quid plura loquar? ferrum mea semper et arcus
mater habet, uestri feriunt caua tympana patres.'
non tulit Amphion uultumque et in ora loquentis
telum inmane rotat; sed ferri lumine diro
turbatus sonipes sese dominumque retorsit
in latus atque auidam transmisit deuius hastam.
acrior hoc iuuenem stricto mucrone petebat
Amphion, cum se medio Latonia campo
iecit et ante oculos omni stetit obuia uultu.
haerebat iuueni deuinctus amore pudico
Maenalius Dorceus, cui bella suumque timorem
mater et audaces pueri mandauerat annos.
huius tum uultu dea dissimulata profatur:
'hactenus Ogygias satis infestasse cateruas,
Parthenopaee, satis; miserae iam parce parenti,
parce deis, quicumque fauent.' nec territus ille:

---

787 moriare *Housman, cf. Verg. Aen. 4.683–84, 6.883–84* : moriere Pω 789 quierat et P : quierat et ↑ ue *s.* -er- δ^1 : quierat et ↑ /euerat t^1 : quieuerat ω *interpunxit Housman D 68 cl. 3.42–44, 12.609–10* : necdum...quierat *uel* quieuerat *in parenthesi ponunt edd., cf. 7.90–93, 12.473–74* 794 Thyias MQ : Thy≡as B : Thias ↑ i *s.* -a- f^1 : Thyas *uel* Thias Pω, *uide ad 5.92* 796 turpemque O, *Cruceus, Jortin I 186 cl. Ach. 1.261* : -pique ↑ /em δ^c : -pique Pω : -pesque ς, *Barth* manu*s̶* Q : -nū $M^{1?}$ hastam Pω : -tas fς, *Barth* : -ta M 798 domus Pδ, *uide ad 2.155* 800 uestri...patres P : -tri...patres ↑ /ma M^σ : -tre *(*↑ /i*)*...p. δ^1 : -trae...matres DNtΘOμνbTr 802 rotat PδOfν : rotat ↑ /parat t^1 : parat ↑ /rotat D^1 : ~~portat~~ ↑ rotat Q^1 : ferens ↑ /parat/rotat Θ^c : <u>iecit</u> ↑ rotat M^1 : parat Nb : *ex* portat $B^3T^2r^2$: ferens μν diro ω : duro ↑ /di t^1 : duro Pδ 807 Iecit et ante Pδ : Iecit et ante ↑ /Inicit ante t^1 : Inicit a. ↑ /Iecit et Θ^c : Ini*e̸*cit a. M^1 : -i≡c- a. Q : Inicit a. ω : Enicit a. B omni ωΣ : -ni≡ fM : -ni^s L^σ : -nes *ex* -nis P^c : -nes *edd. inde a Kohlmann; perperam interpretatur* Σ*:* 'omni stetit*: nihil de uiuo uultu mutauit in conspectu rectissimo' quibus contradicit 811;* uultu *est datiuum* obuia ω : omnia P 811 uultu Pδ : -tū $D^\sigma N^r r^2$: -tum tΘOfML^σμν, *quod recte damnauit Gronouius*

'hunc sine me (non plura petam), fidissime Dorceu,
sternere humi, qui tela meis gerit aemula telis
et similes cultus et frena sonantia iactat.
frena regam, cultus Triuiae pendebitis alto
limine, captiuis matrem donabo pharetris.'
audiit et mixto risit Latonia fletu.
  uiderat hanc caeli iamdudum in parte remota
Gradiuum complexa Venus, dumque anxia Thebas
commemorat Cadmumque uiro caraeque nepotes
Harmoniae, pressum tacito sub corde dolorem
tempestiua mouet: 'nonne hanc, Gradiue, proteruam
uirginitate uides mediam se ferre uirorum
coetibus, utque acies audax et Martia signa
temperet? en etiam donat praebetque necandos
tot nostra de gente uiros. huic tradita uirtus,
huic furor? agrestes superest tibi figere dammas.'
desiluit iustis commotus in arma querelis
Bellipotens, cui sola uagum per inane ruenti
Ira comes, reliqui sudant ad bella Furores.
nec mora, cum maestam monitu Letoida duro
increpat adsistens: 'non haec tibi proelia diuum
dat pater; armiferum ni protinus improba campum
deseris, huic aequam nosces nec Pallada dextrae.'
quid faciat contra? premit hinc Mauortia cuspis,
hinc plenae tibi, parue, colus, Iouis inde seueri
uultus: abit solo post haec euicta pudore.
  at pater Ogygias Mauors circumspicit alas
horrendumque Dryanta mouet, cui sanguinis auctor
turbidus Orion, comitesque odisse Dianae
(inde furit) patrium. hic turbatos arripit ense
Arcadas exarmatque ducem; cadit agmine longo
Cyllenes populus Tegeesque habitator opacae

---

815 *om.* P   nec plura Cς, *edd. ante Kohlmann*   819 Limine Pω : culmine *Markland ad Silu 4.3.137, cf. 9.194, uide ad 2.479, sed cf. Klotz D 408, OLD s.u. 'limen' 1c, Verg. Aen. 7.183–86*   827–28 coetibus?...temperet? *edd., sed uide ad 5.68*   831 Dissiluit Ptδ, *uide ad 3.293*   834 letoida Q, *edd.* : laetoida f : lat- *ex* let- B[3] : *ex* loet- ν : latoia *(*↑ d *s.* -ia*) ex* let- P[c] : latoida DNtΘOMμ : latoida ↑ n *s.* -oi- δ[1] : latonia C, *uide ad 1.663*   843–44 Dianae (inde furit) patrium. hic *Alton 184 cl. 11.32–33, cf. etiam Val. Fl. 2.156–57* : dianae Inde furit primum hic ω : dianae...hic ↑ n OQ[1] : dianae...hic *ex* hinc S[2] : dianae...hinc PB : Dianae. inde furit primum. hic *edd. uett.* : Dianae inde furit. primum hic *Barth* : Dianae inde furit. primum hinc *Kohlmann, sed* hinc *nempe ob* inde *natum est*

Aepytiique duces Telphusiacaeque phalanges.
ipsum autem et lassa fidit prosternere dextra,
nec seruat uires: etenim huc iam fessus et illuc
mutabat turmas; urguent praesagia mille
funeris, et nigrae praecedunt nubila mortis.
iamque miser raros comites uerumque uidebat
Dorcea, iam uires paulatim abscedere sensit,
sentit et exhaustas umero leuiore pharetras;
iam minus atque minus fert ira, puerque uidetur
et sibi, cum torua clipei metuendus obarsit
luce Dryas: tremor ora repens ac uiscera torsit
Arcados; utque feri uectorem fulminis albus
cum supra respexit olor, cupit hiscere ripam
Strymonos et trepidas in pectora contrahit alas:
sic iuuenem saeui conspecta mole Dryantis
iam non ira subit, sed leti nuntius horror.
arma tamen, fristra superos Triuiamque precatus,
molitur pallens et surdos expedit arcus.
iamque instat telis dextramque obliquus in ulnam
cornua contingit mucrone et pectora neruo,
cum ducis Aonii magno cita turbine cuspis
fertur in aduersum neruique obliqua sonori
uincla secat: pereunt ictus, manibusque remissis
uana supinato ciciderunt spicula cornu.
tunc miser et frenos turbatus et arma remisit,

---

847 Telphusiacaeque *Kohlmann* : delphusiacaeque ↑ que *s.* -usi- P^c : telphusiaeque QB : atelphasiaeque ν^2 : delphus tegeaeque ↑ /iacaeque t^1 : delphus tegee^{que} δ^1 : delphus tegeaeque N : tegeeque $\mu^1\nu^1$C : tegeae aeque ↑ /telephae T^2 : tegeaeque *ex* tegeae aeque r, pereunt *s.l.* r^2 : pereunt *(in ras.)* ≡ tegeaeque Θ^c : tereae eque S^1 : clephus ↑ l *s.* -ep- S^2, *mg.* thelephee $S^3\mu^2$: t(h)elephe(a)eque DO : tal- L : Thelphusaeaeque *Gronouius, fortasse recte* 848–51 *ieiunos et spurios iudicat Alton 184* 852 raro P comites uerumque $\omega\Sigma$: uerum comitesque C : comites superumque P 853–54 sensit Sentit PS^1, *Klotz punctum post* sensit *et comma post* pharetras *ponens* : sensit Sensit δS^2, *edd. alii inde a Kohlmann* : sensit *(*↑ /tit*)* Sensit t^1 : sentit Sentit ω, *edd. ante Kohlmann fortasse recte sed uide ad 1.340, 4.645* 855 ira *Alton 184 cl. 1.428, 7.399* : arma Pω, *sed cf. 862–63, 871–73* 861 dryantis *(uel* dri-*)* ω : *ex* -tos P^c : -tos *Klotz, fortasse recte* 865 dextramque *Damsté B 94–95: 'sinistro bracchio plene extento arcum tenet, dextrum uero, quo sagittam cum neruo retrahit, incuruat atque ita caput dextrorsum declinat, i.e. obliquus est in dextram ulnam, ut oculo dextro sagittam sequente bene telum in scopum dirigat'* : et utramque Pω oblitus *('i.e.* oblicus', *Housman F 37)* in urnam P

uulneris impatiens umeri quod tegmine dextri
intrarat facilemque cutem; subit altera cuspis
cornipedisque fugam succiso poplite sistit.
tum cadit ipse Dryas (mirum!) nec uulneris umquam
conscius: olim auctor teli causaeque patebant.
at puer infusus sociis in deuia campi
tollitur (heu simplex aetas!) moriensque iacentem
flebat equum; cecidit laxata casside uultus,
aegraque per trepidos expirat gratia uisus,
et prensis concussa comis ter colla quaterque
stare negant, ipsisque nefas lacrimabile Thebis,
ibat purpureus niueo de pectore sanguis.
tandem haec singultu uerba incidente profatur:
'labimur, i, miseram, Dorceu, solare parentem.
illa quidem, si uera ferunt praesagia curae,
aut somno iam triste nefas aut omine uidit.
tu tamen arte pia trepidam suspende diuque
decipito; neu tu subitus neue arma tenenti
ueneris, et tandem, cum iam cogere fateri,
dic: "merui, genetrix, poenas; inuita capesse:
arma puer rapui, nec te retinente quieui,
nec tibi sollicitae saltem inter bella peperci.

---

872 quod PO : quod ↑ /qua D^{σ} : qua *ex* quod δ^1 : qua ↑ /quod $t^1\Theta^c$: qua ω   tegmine PCQBr : -na *ex* -ne L^{σ} *frg. Werd.*[2] : -ne ↑ /na T^2 : -na ↑ ne t^1 : -na ↑ /e b^1 : -na ω, *fortasse recte; ablatiuum defendit Williams B 144 cl. 11.639–40 etc., sed* tegmine...intrarat facilemque cutem *nonnihil displicet; olim distinguebant non post* cutem *sed post* intrarat, *quod absurdum est et cf.* Σ*:* 'facilem*: mollem...ut pueri scilicet'*   875 Tum *frg. Werd.* : Tunc Pω, *uide ad 1.112*   umquam PDδ : -umquam ↑ s $L^{\sigma}B^1$: usquam ω, *uide ad 9.183*   876 patebant ω : -bat L : -bunt P, *quod etiam coniecerunt Bernartius et Barth, sed recte interpretatus est* Σ*: 'a Diana intellegitur Dryas occisus', cl. 667* : latebant *Grotius, quod fortasse non spernendum est*   879 laxata casside ω : laxata casside ↑ /lassata cuspide t^1 : lassata *(*↑ x*)* casside δ^1 : lassata *(*↑ /x*)* casside ν^2 : laxata casside *(ex* cuspide*) frg. Werd.*[2] : lassata cuspide P, *uide ad 5.606* *'fort.* laxatus*', Bentley*   881 prensis ωΣ : pressis ↑ n μ^2 : pressis P *frg. Werd., uide ad 4.219*   891 inuisa *ex* -ita S^2 capesse PωΣ : -essens Θ : -esce N : -essi *ex* -ess≡≡≡ *frg. Werd.*[2] : -esse≡ ↑ e *s.* -≡ f : -esscens S : -essens ς   *interpunxi interpretans: coacta cognosce; alii aliter interpungunt, legunt, coniciunt, interpretantur:* Σ*: 'dic meae matri ex mea persona: merui occidi, quia te reuocantem me ab intentione belli non sum secutus. et merito poenas dedi.' recte; addit tamen:* 'capesse*: quia te contempsi', cf. Gronouium interpungentem:* dic: merui, genetrix; poenas inuita capesse. arma... *quod absurdum est nam filium suum punire nec uult nec potest Atalanta; addit denique* Σ*: 'aut* orbata, *quia filio priuaueris'* : poenas; inuisa capessi *Barth, 892 eiciens* : poenas, inuita capessens...arma *edd. uett.*   893 saltem *(uel* -tim*)* ω : saltim ↑ /tandem D^1 : tandem Ptδ, *fortasse e 890 uel 884, cf. Håkanson B 64 cl. 8.113, 11.287*

uiue igitur potiusque animis irascere notris
et iam pone metus. frustra de colle Lycaei
anxia prospectas, si quis per nubila longe
aut sonus aut nostro sublatus ab agmine puluis:
frigidus et nuda iaceo tellure, nec usquam
tu prope, quae uultus efflantiaque ora teneres.
hunc tamen, orba parens, crinem," ' dextraque secandum
praebuit, ' "hunc toto capies pro corpore crinem,
comere quem frustra me dedignante solebas.
huic dabis exequias, atque inter iusta memento
ne quis inexpertis hebetet mea tela lacertis
dilectosque canes ullis agat amplius antris.
haec autem primis arma infelicia castris
ure, uel ingratae crimen suspende Dianae." '

---

898 et P : in ω, *edd. ante Kohlmann* 903–05 *om.* P 903 iusta ω : iusta ↑ /b(usta) $O^{\sigma}T^2r^2$: iusta ↑ b f^1 : busta DCb, *uide ad 6.169* 907 munus<u>crimen</u> B^3, *unde* crimen *uindicauit Imhof* : munus ↑ /crimen t^{σ} : munus≡≡≡≡≡≡≡ Q : crinem P : munus ω *post 907 in* P *duo uersus erasi sunt qui legi non possunt*

LIBER DECIMVS

Obruit Hesperia Phoebum nox umida porta,
imperiis properata Iouis; nec castra Pelasgum
aut Tyrias miseratus opes, sed triste tot extra
agmina et inmeritas ferro decrescere gentes.
panditur inmenso deformis sanguine campus:
illic arma et equos, ibant quibus ante superbi,
funeraque orba rogis neglectaque membra relinquunt.
tunc inhonora cohors laceris insignibus aegras
secernunt acies, portaeque, ineuntibus arma
angustae populis, latae cepere reuersos.
par utrimque dolor; sed dant solacia Thebis
quattuor errantes Danaum sine praeside turmae:
ceu mare per tumidum uiduae moderantibus alni,
quas deus et casus tempestatesque gubernant.
inde animus Tyriis non iam sua castra, sed ultro
hostilem seruare fugam, ne forte Mycenas,
contenti rediisse, petant: dat tessera signum
excubiis, positaeque uices; dux noctis opertae
sorte Meges ultroque Lycus. iamque ordine iusso
arma, dapes ignemque ferunt; rex firmat euntes:
'uictores Danaum (neque enim lux crastina longe,
nec quae pro timidis intercessere tenebrae
semper erunt), augete animos et digna secundis
pectora ferte deis. iacet omnis gloria Lernae
praecipuaeque manus: subiit ultricia Tydeus
Tartara, Mors subitam integri stupet auguris umbram,

---

3 miserantis opes et, 'triste *pro aduerbio accipiens' Garrod, omni interpunctione in 2–3 deleta, sed sensus est: triste fuit ei ..., cf.* Σ: *'miseratus est Iuppiter triste esse perire illos qui nec Thebani fuerant nec Argiui'* 4 et inmeritas ω : ~~et~~ iam meritas P, *unde* tam inmeritas *Garrod* 10 latae fLμQ, *Bentley* : -te Pω 16 ne Pω : ni ↑ /ne Θ[c] : ne *ex* ni M[σ]L[2]Q[1]B[3]b[1] : ni δν 19 meges ω : mages b : megens Pδ : reges ↑ n *s.* -es f[1] 20 firmat ω : armat ↑ /firmat t[1]δ[1] : armat P *(ex initio uersus)* 21 neque PtδO : nec ω, *uide ad 8.5* 25 subiit[que] ν[2]Q[2] : subiitque ΘO, *uide ad 5.397* 26 subita P integri *Garrod B 262 cl. Prop. 3.5.24 ubi* integras *pro* et nigras *legitur in codd. plerisque* : nigri Pω, *quod damnat Garrod cl. 8.6, 10.204* : uiui *Jortin I 187 (cl. Ou. A.A. 3.14), Håkanson B 64–65 (cl. 8.52–53, 325)* : rapti *(cl. 9.513, 10.200, 12.42) uel* Grai *(cl. 10.514, 12.55) Damsté B 97* : ignari *Alton 184 cl. 8.225–26* : magni *Meurig-Davies 31 cl. 9.205, 12.103, 127, Ach. 1.264 atque etiam 2.127 ubi* magno *pro* nigro *in codd. plerisque legitur* : aurigae *Ker 180*

Ismenos raptis tumet Hippomedontis opimis,
Arcada belligeris pudet adnumerare tropaeis.
in manibus merces, nusquam capita ardua belli
monstrataeque ducum septena per agmina cristae;
scilicet Adrasti senium fraterque iuuenta
peior et insanis Capaneus metuendus in armis.
ite age et obsessis uigilem circumdate flammam!
nulli ex hoste metus: praedam adseruatis opesque
iam uestras.' sic ille truces hortatibus implet
Labdacidas, iuuat exhaustos iterare labores:
sicut erant (puluis sudorque cruorque per artus
mixtus adhuc) uertere gradum; uix obuia passi
conloquia, amplexus etiam dextrasque suorum
excussere umeris. tunc frontem auersaque terga
partiti laterumque sinus, uallum undique cingunt
ignibus infestis. rabidi sic agmine multo
sub noctem coiere lupi, quos omnibus agris
nil non ausa fames longo tenuauit hiatu:
iam stabula ipsa premunt, torquet spes inrita fauces
balatusque tremens pinguesque ab ouilibus aurae;
quod superest, duris adfrangunt postibus ungues
pectoraque, et siccos minuunt in limine dentes.
  at procul Argolici supplex in margine templi
coetus et ad patrias fusae Pelopeides aras
sceptriferae Iunonis opem reditumque suorum
exposcunt, pictasque fores et frigida uultu
saxa terunt paruosque docent procumbere natos.
condiderant iam uota diem; nox addita curas

---

31 iuuenta Pω : -taẹ Q^1 : -ta↑⌡iuuentae Θ^1 : -tae ↑ a $M^{1/2}$: -tae fB   33 agite obsessis...circumdare *Menke cl. 11.478 quod recte damnat Williams cl. 5.137, 7.612 etc.*   obsessis uigilem...flammam Pω : -sis uigiles...flammas D, *edd. ante Queck* : -sis uigiles...flammịs ↑ a r^2 : -sis uigiles...flammis *μν* : -sis *(*↑ ⌡sos*)* uigiles...flammis *(*↑ ⌡ma*)* ⌡obsessis uigilem circumdate flammam Θ^c 37 erant *Markland ad Silu. 2.3.33 (leuiter post* labores, *fortiter post* erant *et* adhuc *interpungens)* : erant *receipiens, punctum post* labores *et* puluis...adhuc *in parenthesi posuit Dubner* : erat Pω, *edd. uett. punctum post* labores, *commata post* puluis, sudorque, adhuc *ponentes*   40 tunc Pω : tum *edd. plerique inde a Kohlmann*   42 infestis PD : -ti^s $O^2\mu^2$: -ti ↑ ⌡stis t^1 : -ti ω   multo P : multo ↑ ⌡x *s.* -ul- δ^1 : multo ↑ ⌡mixto t^1 : mixto ω : muto *Dilke ad Ach. 1.704–08 cl. Ou. Met. 14.778, Stat. Ach. 1.747;* multo *defendit Williams cl. 7.93, 8.235, 349, 9.595, 10.265, 817 etc.*   45 *post 46 in* P   46 aurae ω : aurae ↑ ⌡agnae $P^r\nu^2T^2$: agne ↑ ⌡aure D^1 : agnae δC, *edd. uett., fortasse e Verg. Aen. 9.61–62*   47–48 *recte interpunxit Walker* : ungues, pectoraque, et *edd. uett.* : ungues, pectoraque et *edd. plerique inde a Weber, cf. Housman D 68*

iungit, et ingestis uigilant altaria flammis.
peplum etiam dono, cuius mirabile textum
nulla manu sterilis nec dissociata marito
uersarat, calathis castae uelamina diuae
haud spernenda ferunt, uariis ubi plurima floret
purpura picta modis mixtoque incenditur auro.
ipsa illic magni thalamo desponsa Tonantis,
expers conubii et timide positura sororem,
lumine demisso pueri Iouis oscula libat
simplex et nondum furtis offensa mariti.
hoc tunc Argolicae sanctum uelamine matres
induerant ebur, et lacrimis questuque rogabant:
'aspice sacrilegas Cadmeae paelicis arces,
siderei regina poli, tumulumque rebellem
disice et in Thebas aliud (potes) excute fulmen.'
quid faciat? scit Fata suis contraria Grais
auersumque Iouem, sed nec periisse precatus
tantaque dona uelit; tempus tamen obuia magni
fors dedit auxilii. uidet alto ex aethere clausa
moenia et insomni uallum statione teneri:
horruit irarum stimulis motaque uerendum
turbauit diadema coma: non saeuius arsit
Herculeae cum matris onus geminosque Tonantis
secubitus uacuis indignaretur in astris.
ergo intempesta somni dulcedine captos
destinat Aonios leto praebere, suamque
orbibus accingi solitis iubet Irin et omne
mandat opus. paret iussis dea clara polumque
linquit et in terras longo suspenditur arcu.
    stat super occiduae nebulosa cubilia Noctis
Aethiopasque alios, nulli penetrabilis astro,
lucus iners, subterque cauis graue rupibus antrum
it uacuum in montem, qua desidis atria Somni
securumque larem segnis Natura locauit.
limen opaca Quies et pigra Obliuio seruant

55 ingestis Pδ : inge- ↑ /ag t^{1} : agge- *uel* adge- ω 57 manu P : -nus ω, *edd. ante Kohlmann* 58 Versarat ω : -sarat ↑ /sabat t^{1} : -seret r : Vertebat P 62 sororem Pω : furorem *ex* sororem B^{3} : sororem ↑ pudorem f^{2} : pudorem DO, *edd. uett., quod olim damnauit Bernartius et nuper Williams cl. 11.659–60, 668 etc.* 65 *an* Argolides? *uide ad 4.207* 78 Secubitus P : Concubitus ω, *edd. ante Kohlmann* 89 obliuio L^{1}, *Lindenbrogius* : -ia Pω, *cf. Williams, uide ad 8.669*

et numquam uigili torpens Ignauia uultu.
Otia uestibulo pressisque Silentia pennis
muta sedent abiguntque truces a culmine uentos
et ramos errare uetant et murmura demunt
alitibus. non hic pelagi, licet omnia clament
litora, non ullus caeli fragor; ipse profundis
uallibus effugiens speluncae proximus amnis
saxa inter scopulosque tacet: nigrantia circum
armenta omne solo recubat pecus, et noua marcent
germina, terrarumque inclinat spiritus herbas.
mille intus simulacra dei caelauerat ardens
Mulciber: hic haeret lateri redimita Voluptas,
hic comes in requiem uergens Labor, est ubi Baccho,
est ubi Martigenae socium puluinar Amori
obtinet. interius tecti in penetralibus altis
et cum Morte iacet, nullique ea tristis imago
cernitur. hae species. ipse autem umentia subter
antra soporifero stipatos flore tapetas
incubat; exhalant uestes et corpore pigro
strata calent, supraque torum niger efflat anhelo
ore uapor; manus haec fusos a tempore laeuo
sustentat crines, haec cornu oblita remisit.
adsunt innumero circum uaga Somnia uultu,
uera simul falsis permixtaque † flumina flammis†

---

95 ullus PDδ, *Bentley* : illic ↑ /ullus t^1 : illic ω, *ob* hic *(94)*, *cf.* hic O 97 tacet ω : tatecet ν^2 : tacet ↑ /iacet Θ^c : iacet P, *uide ad 3.696* circum PDδO : -cum ↑ /ca t^1 : -ca ω 98 *comma post* armenta *ponunt edd. omnes praeter Klotz*, sunt *uel* recubant *(Williams) subaudientes; sed illud ieiunum et hoc uix uerisimile est: de miris enim agitur et, si recubant boues, haud mirum est; oues autem recubant multo rarius* 99 Germina Pω : Germina ↑ /gra(mina) $t^{\sigma}r^r$: gramina ς, *edd. uett.*, *quod natum est ob* herbas 100–05 *habent* PtΘδ : *om.* ω : 100–03 *habet* O, *add.* r^r 100 dei PtΘδ : deo O : deum r^r 101 Mulgiber P, *uide ad 5.51* 102–03 ubi...ubi Ptδ : ibi *ex* ubi *bis* Θ : ibi...ubi r^r : ibi...ibi O 103 martigenae Θδ : -gerae P : -gero tOr^r 104 tecti in Pt : tectum Θδ 106 cernitur. hae *(*haec *Klotz)* species. ipse autem *Vollmer 31–32* : Cernitur haec species autem Ptδ : Cernitur haec autem species Θ : Ipse autem uacuus curis ω : Ipse autem uacuus curis humentia subter est *add. mg.* t^1 107 stipatos P, *Gronouius* : -tọs ↑ u D^1 : -tus ω : stipatus ↑ /stipantes Θ^c : -tis O flore tapetas ω : *ex* floret apertos P^1 : flore tapetis *ex* -tas $D^{\sigma}Q^1$: -tis ↑ /tas Θ^c : -tas *ex* -tis r^2 : -tis δOνLC, r^r*mg.*, *edd. uett. sed cf. 2.91*, Σ*Valenc.*: ‘tapetas*: accusatiuus graecus est a graeca declinatione*’ 110 haec fusos Pω : effusos ↑ /haec *s.* ef- t^1 : haec fusus δ : h(a)ec fessos NO 111 cornum B^1 : -um PQ 112–17 *habent* PtΘδ : *om.* ω 113 flumina flammis PtΘδ, *e 117* : tristia blandis *edd. plerique* : tristia laetis *Weyman 142* : prospera *(uel* non bona*)* maestis *Brakman 260*

Noctis opaca cohors, trabibusque ac postibus haerent,
aut tellure iacent. tenuis, qui circuit aulam,
inualidusque nitor, primosque hortantia somnos
languida succiduis expirant lumina flammis.
  huc se caeruleo librauit ab aethere uirgo
discolor: effulgent siluae, tenebrosaque tempe
arrisere deae, et zonis lucentibus icta
euigilat domus; ipse autem nec lampade clara
nec sonitu nec uoce deae perculsus eodem
more iacet, donec radios Thaumantias omnes
impulit inque oculos penitus descendit inertes.
tunc sic orsa loqui nimborum fulua creatrix:
'Sidonios te Iuno duces, mitissime diuum
Somne, iubet populumque trucis defigere Cadmi,
qui nunc euentu belli tumefactus Achaeum
peruigil adseruat uallum et tua iura recusat.
da precibus tantis; rara est hoc posse facultas
placatumque Iouem dextra Iunone mereri.'
dixit, et increpitans languentia pectora dextra,
ne pereant uoces, iterumque iterumque monebat.
ille deae iussis uultu, quo nutat, eodem
adnuit; excedit grauior nigrantibus antris

---

114 ac Θ, *Williams* : aut Ptδ 115 qui Θδ, *Williams* : quoque t, qui ÷ ↑ s t^1*mg.* : qua P 117 lumina Θδ, *edd.* : flu- Pt 122 percussus DNOμC, *uide ad 4.260* 127 populumque trucis ω : -lumque *(*↑ /os*)* truces P : -umque trucis *ex* -ces r$^{2?}$: -losque truces ↑ i t^1 128 ach(a)eum PtδOμνCQB^{1}br : acheuum NL : achiuum ↑ /acheum D^{1}Θ^{c}M^1 : achiuum fB^{2}K 129 iura PDΘfLCBK : iura ↑ /iussa t^{1}M$^\sigma$: iussa NδOμνQbrS 130 est hoc Pω : *om.* B^1 : haec *(*↑ est*)* hoc N^1 : hoc est ΘfMLQB^3 rara...facultas *in parenthesi posuerunt edd. omnes ante Klotz quamuis de uersibus sequentibus discordes* 131 -que *explicatiuum (cf. 2.266 et Mulder) non intellegentes uarie emendant librarii editoresque* *ante 131 habet* D *uersum:* Iunonemque tibi placatam coniuge dextro *quod addunt in mg. etiam* b^{2}T^2 *et, post 131,* N^r : *post 131 habet* δ^c *uersum:* Iunonemque tibi placatam numine dextro : *ante 131 uel in mg. habent* ς *uersum:* Placatamque tibi iunonem coniuge dextro *uel* Placatamque simul i. c. d. *quod recipi uoluit Gronouius, sed hic uersus est Ouidiano non Statiano more scriptus, cf. Williams cl. Ou. Met. 5.605–06* mereri ω, *edd. uett., Klotz qui tamen recte interpunxit* : uereri P, *uide ad 2.247* : mereris b : -ris *ex* -re T^2 : -ri ↑ /re M^1 : -re ς, *edd. plerique inde a Gronouio; sed haec quoque e particula* -que *non intellecta nata sunt* 134 uultu quo nutat eodem Pδ, dubium mixtumque sonori *add.* δ^1*mg.* : uultu quo nutat eodem ↑ /dubium mixtumque sopori t^1 : dubium mixtumque sopori/uultu quo nutat eodem Θ^1 : dubium *(*dubiumque r*)* mixtumque sopori *(ex* pudori b^1*)* ω, *edd. plerique ante Kohlmann*

Iris et obtusum multo iubar excitat imbri.
   ipse quoque et uolucrem gressum et uentosa citauit
tempora, et obscuri sinuatam frigore caeli
impleuit chlamydem, tacitoque per aethera cursu
fertur et Aoniis longe grauis inminet aruis.
illius aura solo uolucres pecudesque ferasque
explicat, et penitus, quemcumque superuolat orbem,
languida de scopulis sidunt freta, pigrius haerent
nubila, demittunt extrema cacumina siluae,
pluraque laxato ciciderunt sidera caelo.
primus adesse deum subita caligine sensit
campus, et innumerae uoces fremitusque uirorum
summisere sonum; cum uero umentibus alis
incubuit piceaque haud umquam densior umbra
castra subit, errare oculi resolutaque colla,
et medio adfatu uerba imperfecta relinqui.
mox et fulgentes clipeos et saeua remittunt
pila manu, lassique cadunt in pectora uultus.
et iam cuncta silent: ipsi iam stare recusant
cornipedes, ipsos subitus cinis abstulit ignes.
   at non et trepidis eadem Sopor otia Grais
suadet, et adiunctis arcet sua nubila castris
noctiuagi uis blanda dei: stant undique in armis
foedam indignantes noctem uigilesque superbos.
ecce repens superis animum lymphantibus horror
Thiodamanta subit formidandoque tumultu
pandere fata iubet, siue hanc Saturnia mentem,
siue nouum comitem bonus instigabat Apollo.

---

136 *cum* obtusum *coniungunt* multo...imbri *edd. plerique, sed cf. Dubner: 'secundum ueterem philosophiam ignibus caelestibus alimenta erant ex imbribus' cl. Ach. 1.180–81; Damsté B 98 cft Ach. 1.220, Theb. 9.405–06*   imbre b : *in ras.* O^1, *uide ad 5.362*   139 aethera ω : aequora P : equora ↑ /litora δ^1 142 quemcumque *(*quecumque δ*)*...orbem PDδ : quamcunque *(*↑ quem*)*...urbem *(*↑ or*)* t^1 : quamcumque *(*quacumque OCb*)*...urbem ω, *edd. uett, sed cf. Gronouium: 'itane tantum urbes superuolauit, et ibi scopuli, freta, siluae? lege:* quacumque...orbem*', fortasse recte, sed non ita* N, *errat enim Garrod; utrum in* C urbem *(sic Klotz per silentium) legatur an* orbem *(sic Weber 47 per silentium) non liquet;* quemcumque...orbem *defendit Klotz: 'intellego: quamcumque partem orbis, ad similitudinem pronominis* uterque *6.13, 675'*   156 Sopor *est idem ac* Somnus, *cf. 5.197–99, 12.308, 450, Verg. Aen. 6.278; perperam scribunt edd. plerique* sopor   157 adiunctis PtδO : a≡iunc- L : abiunc- D : aiunc- NνB : aịunc- ↑ c *s.* -i- Q^1 : a cunc- ↑ /iunc Θ^c : a cunc- MμC : accinc- *(an* accunc-?*)* f   160 repens P : recens ↑ /(re)p(ens) t^{1}O$^\sigma$B^1 : recens ω, *uide ad 7.360*

prosilit in medios, uisu audituque tremendus
impatiensque dei, fragili quem mente receptum
non capit: exundant stimuli, nudusque per ora
stat furor, et trepidas incerto sanguine tendit
exhauritque genas; acies huc errat et illuc,
sertaque mixta comis sparsa ceruice flagellat.
sic Phryga terrificis genetrix Idaea cruentum
elicit ex adytis consumptaque bracchia ferro
scire uetat; quatit ille sacras in pectora pinus
sanguineosque rotat crines et uulnera cursu
exanimat: pauet omnis ager, respersaque cultrix
arbor, et attoniti currum erexere leones.
  uentum ad consilii penetrale domumque uerendam
signorum, magnis ubi dudum cladibus aeger,
rerum extrema mouens, frustra consultat Adrastus.
stant circum subiti proceres, ut quisque perempto
proximus, et magnis loca desolata tuentur
regibus, haud laeti seque huc creuisse dolentes.
non secus amisso medium cum praeside puppis
fregit iter, subit ad uidui moderamina claui
aut laterum custos aut quem penes obuia ponto
prora fuit: stupet ipsa ratis tardeque sequuntur
arma, nec accedit domino tutela minori.
ergo alacer trepidos sic erigit augur Achiuos:
'magna deum mandata, duces, monitusque uerendos
aduehimus: non hae nostro de pectore uoces:
ille canit, cui me famulari et sumere uittas
uestra fides, ipso non discordante, subegit.
nox fecunda operum pulchraeque accommoda fraudi
panditur augurio diuum; uocat obuia Virtus,

---

164 medios P : -i^{os} *(sic)* Q^{c} : -ium ΘfMK : -io ω   167 tendit PBK : tendit ↑ /red(dit) D^{1}t^{1} : reddit ↑ /tendit Θ^{c}f^{2}M$^{\sigma}$Q^{2} : reddit ω, *quod maluerunt Gronouius, Barth, Bentley, sed recte dubitat Williams num quid significare possit* furor reddit exhauritque genas   168 Exausitque PL   facies *Bentley*   *uersum recte interpungebant ante Queck (cf. Williams) : nil interpunctionis, nisi comma post* genas, *posuit Queck : alii uel inter commata uel in parenthesi* acies...illuc *posuerunt*   172 pectora ω : -rae f^{1} : -re PtδC   173 rotat ω : quatit ↑ /rotat δ^{1} : quatit P, *e 172*   174 cultrix PNtO : -is *ex* -ix D$^{\sigma}$Q^{1} : -is ω, *cf.* Σ*174:* 'respersaque*: polluta sanguine' et* Σ*175:* 'arbor*: pinus quae colitur in sacris Matris deum' quae aptiora uidentur si* cultrix *legitur; cf. 12.302*   183 uidui ω : uidui↑ /dubii t^{1} : dubii P, *uide ad 9.370*

et poscit Fortuna manus. stupet obruta somno
Aonidum legio: tempus nunc funera regum
ulcisci miserumque diem; rapite arma morasque
frangite portarum: sociis hoc subdere flammas,
hoc tumulare suos. equidem haec et Marte diurno,
dum res infractae pulsique in terga redimus,
(per tripodas iuro et rapti noua fata magistri)
uidi, et me uolucres circum plausere secundae.
sed nunc certa fides. modo me sub nocte silenti
ipse, ipse adsurgens iterum tellure soluta,
qualis erat (solos infecerat umbra iugales),
Amphiaraus adit: non uanae monstra quietis,
nec somno comperta loquor. "tune," inquit, "inertes
Inachidas (redde haec Parnasia serta meosque
redde deos) tantam patiere amittere noctem,
degener? haec egomet caeli secreta uagosque
edocui lapsus? uade heia, ulciscere ferro
nos saltem!" dixit, meque haec ad limina uisus
cuspide sublata totoque impellere curru.
quare agite, utendum superis; non comminus hostes
sternendi: bellum iacet, et saeuire potestas.
ecqui aderunt, quos ingenti se attollere fama
non pigeat, dum fata sinunt? iterum ecce benignae
noctis aues; sequor, et comitum licet agmina cessent,
solus eo! atque adeo uenit ille et quassat habenas.'
   talia uociferans noctem exturbabat, euntque
non secus accensi proceres quam si omnibus idem
corde deus: flagrant comitari et iungere casus.

---

194 Et *(↑ l ex)* poscit t^2 : Et po- *ex* Expo- f^1 stupet *om.* N^1, *add.* iacet N^r : stupet ↑ l iacet t^2 : iacet O, *edd. uett.* *an* Somno? *uide ad 156* 198 haec PδL^1 : hoc ωL^{σ}, *e* hoc...Hoc *(197–98)* 210 uade Ptδ : ꞩuade B^1 : suade ω 212 curru ω : cursu PδO, *uide ad 3.427* 215 Ecqui ω : *ex* Haecqui $P^rQ^1B^1$: Haecqui NδLνbr : En qui f : Et qui C : Ecce μ, *uide ad 7.490* 218 atque adeo PΘδfCQB : atque adeo ↑ l solus $D^1M^1L^{\sigma}$: atque ideo ↑ iterum K : solus ↑ l atque adeo O^{σ} : solus ω, *Gronouius: 'in optimis pluribusque uideo:* solus eo, solus. uenit ille. *neque aliter scribendum. sic supra:* sacrum amnem, sacrum *(9.342). alterum condiderunt quibus abruptum uidebatur* uenit ille, *atque istam commissuram interposuere'; sed de* atque adeo *olim dubitauerunt librarii:* adeo *tricies semel in Thebaide inuenitur sed permutationem nullam inuenimus nisi* atque *antecedit, cf. 1.15, 219, 8.69, 11.108.* atque adeo *semel modo (5.111) sine permutatione apparet* 219 euntque ω : eumque PD, *Kohlmann, comma modo post* deus *(221) ponens; uox 'is', praeter formas* ĭs, eă, ĭd, *non in poematis Stati inuenitur, sed cf. Hollis ad Ou. Met. 8.16* 221 *incipit* V

ter denos numero, turmarum robora, iussus
ipse legit; circa fremit indignata iuuentus
cetera, cur maneant castris ignauaque seruent
otia: pars sublime genus, pars facta suorum,
pars sua, sortem alii clamant, sortem undique poscunt.
gaudet in aduersis animoque adsurgit Adrastus.
uertice sic Pholoes uolucrum nutritor equorum,
cum fetura gregem pecoroso uere nouauit,
laetatur cernens hos montis in ardua niti,
hos innare uadis, certare parentibus illos;
tunc uacuo sub corde mouet, qui molle domandi
ferre iugum, qui terga boni, quis in arma tubasque
natus, ad Eleas melior quis surgere palmas:
talis erat turmae ductor longaeuus Achiuae.
nec deest coeptis: 'unde haec tam sera repente
numina? qui fractos superi rediistis ad Argos?
estne hic infelix uirtus, gentique superstes
sanguis, et in miseris animorum semina durant?
laudo equidem, egregii iuuenes, pulchraque meorum
seditione fruor; sed fraudem et operta paramus
proelia, celandi motus: numquam apta latenti
turba dolo. seruate animos, uenit ultor in hostes
ecce dies; tunc arma palam, tunc ibimus omnes.'
his tandem uirtus iuuenum frenata quieuit:
non aliter moto quam si pater Aeolus antro
portam iterum saxo premat imperiosus et omne
claudat iter, iam iam sperantibus aequora uentis.
  insuper Herculeum sibi iungit Agyllea uates
Actoraque: hic aptus suadere, hic robore iactat
non cessisse patri; comites tribus ordine deni,
horrendum Aoniis et contra stantibus agmen.
ipse noui gradiens furta ad Mauortia belli
ponit adoratas, Phoebea insignia, frondes,
longaeuique ducis gremio commendat honorem
frontis, et oblatam Polynicis munere grato
loricam galeamque subit. ferus Actora magno

224 maneat NtOfMLBb, *uide ad 4.112* seruent Pω : fer- b : seruet NO, *uide ad 4.112* 229 Cum PDtδ : Cui ω : Qui C 236 Non deest O : Neque deest br; *de* deest *spondiaco dubitantes alii aliter coniciunt, sed uide ad 2.551* 246 *explicit* V 248 sperantibus ω : *ex* spir- f¹M¹ : sper- ↑ /i t¹Θᶜ : spir- *in ras.* O¹ : spir- PLQB, *uide ad 1.18* 250 robore Pt : -ra ω 255 *incipit* V

ense grauat Capaneus, ipse haud dignatus in hostem
ire dolo superosque sequi. permutat Agylleus
arma trucis Nomii: quid enim fallentibus umbris
arcus et Herculeae iuuissent bella sagittae?
inde per abruptas castrorum ex aggere pinnas,
ne grauis exclamet portae mugitus aenae,
praecipitant saltu; nec longum, et protinus ingens
praeda solo ceu iam exanimes multoque peracti
ense iacent. 'ite, o socii, quacumque uoluptas
caedis inexhaustae, superisque fauentibus, oro,
sufficite!' hortatur clara iam uoce sacerdos,
'cernitis expositas turpi marcore cohortes?
pro pudor! Argolicas hinc ausi obsidere portas,
hi seruare uiros?' sic fatus, et exuit ensem
fulmineum rapidaque manu morientia transit
agmina. quis numeret caedes, aut nomine turbam
exanimem signare queat? subit ordine nullo
tergaque pectoraque et galeis inclusa relinquit
murmura permiscetque uagos in sanguine manes:
hunc temere explicitum stratis, hunc sero remissis
gressibus inlapsum clipeo et male tela tenentem,
coetibus hos mediis uina inter et arma iacentes,
adclines clipeis alios, ut quemque ligatum
infelix tellure sopor supremaque nubes
obruerat. nec numen abest, armataque Iuno
lunarem quatiens exerta lampada dextra
pandit iter firmatque animos et corpora monstrat.
sentit adesse deam, tacitus sed gaudia celat
Thiodamas; iam tarda manus, iam debile ferrum
et caligantes nimiis successibus irae.
Caspia non aliter magnorum in strage iuuencum
tigris, ubi inmenso rabies placata cruore
lassauitque genas et crasso sordida tabo
confudit maculas, spectat sua facta doletque
defecisse famem: uictus sic augur inerrat

---

258 hostes Dtδ 262 pinnas ω : portas ↑ /pinnas t[1] : portas Pδ, *e* portas *(263)* 271 fatur *ex* -tus Θ[1] : -tur Ntδ 274 subit ω : subiit μ : fodit ↑ /subit D$^{\sigma}$: fodit νb, T[2]*mg.* : subito P 275 relinquit Pω : -iquit ↑ n Θ[c] : -iquit OfMμνCQB : -iquid L 281 *explicit* V 285 *ante Klotz* deam tacitus, sed *perperam distinguebant* 289 placata ω : pac- ↑ l L$^{\sigma}$: pac- Pt, *uide ad 7.92* 291 Confudit ω : -fịd- ↑ u f[1] : -fu≡d- Q : -fund- PDtδ, *uide ad 1.451*

caedibus Aoniis; optet nunc bracchia centum
centenasque in bella manus; iam taedet inanes
exhaurire animas, hostemque adsurgere mallet.
  parte alia segnes magno satus Hercule uastat
Sidonios Actorque alia, sua quemque cruento
limite turba subit: stagnant nigrantia tabo
gramina, sanguineis nutant tentoria riuis;
fumat humus, somnique et mortis anhelitus una
uoluitur; haud quisquam uisus aut ora iacentum
erexit: tali miseris deus aliger umbra
incubat et tantum morientia lumina soluit.
traxerat insomnis cithara ludoque suprema
sidera iam nullos uisurus Ialmenus ortus,
Sidonium paeana canens; huic languida ceruix
in laeuum cogente deo, mediaque iacebant
colla relicta lyra: ferrum per pectus Agylleus
exigit aptatamque caua testudine dextram
percutit et digitos inter sua fila trementes.
proturbat mensas dirus liquor: undique manant
sanguine permixti latices, et Bacchus in altos
crateras paterasque redit. ferus occupat Actor
implicitum fratri Thamyrin, Tagus haurit Echecli
terga coronati, Danaus caput amputat Hebri:
nescius heu rapitur fatis, hilarisque sub umbras

---

295 animas *Damsté B 99 cl. 7.205–06, 12.736–37 etc.* : minas Pω : manus ↑ /minas Θ^{c}; minas *defendit Williams, sed non minatur Thiodamas et, si minetur, non inanes minas iactet* mallet PDtδLQB : malit/mallet Θ^{1} : malit ω, *fortasse recte, uide ad 3.28, 7.95* 299 nutant Pω : -que natant *Guyet, Markland ad Silu. 2.1.17* : fluitant *Bentley* : undant *Clausen 146 cl. 1.449, Ach. 1.87;* nutant *defendit Damsté B 100 cl. 10.311* 305 Ialmenus *Gronouius cl. Hom. Il. 2.512* : ialminus ↑ proprium P^{c} : almenus δS : almenus ↑ /ale t^{1} : almenus ↑ e *s.* -lm- N^{1} : palmenus *ex* alm- Θ^{c} : palmenus Q : almenius M : alemnius fμ : alimenus Oνb : alinenus DTr 308 relicta Pω : relicta ↑ pro relapsa Θ^{1} : relapsa NtO : replicta *Heinsius 4.12.628* : reclina *Gronouius cl. Ou. Met. 10.558, Man. 5.554: 'neque enim causa est cur non et* reclinus *dicatur'* : recepta *Bury 303 cl. 3.397, 4.433; sed* relicta *recte defendunt et Imhof, docens Ialmenum pronum non supinum cecidisse, et Williams cl. 10.937, Luc. 8.59–60* 310 Percutit ω : -ulit Pδ, *uide ad 4.260* 312 in altos *'corruptionem suspicor' Garrod* : in atros *Postgate, sed* in altos *recte defendit Williams* 314 thamyrum *(uel* -mir-*)* tOLμB, *edd. ante Kohlmann praeter Walker, fortasse recte, nam hic non idem est ac ille Thamyris, cf. 4.183, Hom. Il. 2.595* Echecli *Walker, cf. Hom. Il. 16.694* : ethecli ω, *edd. plerique* : eccechli P : ecthechli δ : ethaecli S : eclecli Q : ehecli N : ethecli ↑ /ethechli t^{1} : echeli Θ : echedi O : Echetli *Wilkins*

uita fugit mortisque ferae lucrata dolores.
stratus humo gelida subter iuga fida rotasque
Calpetus Aonios gramen gentile metentes
proflatu terrebat equos: madida ora redundant
accensusque mero sopor aestuat; ecce iacentis
Inachius uates iugulum fodit, expulit ingens
uina cruor fractumque perit in sanguine murmur.
fors illi praesaga quies, nigrasque grauatus
per somnum Thebas et Thiodamanta uidebat.
   quarta soporiferae superabant tempora nocti,
cum uacuae nubes et honor non omnibus astris,
adflatusque fugit curru maiore Bootes.
iamque ipsum defecit opus, cum prouidus Actor
Thiodamanta uocat: 'satis haec inopina Pelasgis
gaudia: uix ullos tanto reor agmine saeuam
effugisse necem, ni quos deformis in alto
sanguine degeneres occultat uita; secundis
pone modum; sunt et diris sua numina Thebis.
forsitan et nobis modo quae fauere recedunt.'
paruit, et madidas tollens ad sidera palmas:
'Phoebe, tibi exuuias monstratae praemia noctis
nondum ablutus aquis (tibi enim haec ego sacra litaui)
trado ferus miles tripodum fidusque sacerdos.
si non deducui tua iussa tulique prementem,
saepe ueni, saepe hanc dignare inrumpere mentem.
nunc tibi crudus honos, trunca arma cruorque uirorum:
at patrias si quando domos optataque, Paean,
templa, Lycie, dabis, tot ditia dona sacratis
postibus et totidem uoti memor exige tauros.'
dixerat, et laetis socios reuocabat ab armis.
   uenerat hos inter fato Calydonius Hopleus
Maenaliusque Dymas, dilecti regibus ambo,
regum ambo comites, quorum post funera maesti

317 lucrata *'uix ferendum' Garrod, sed olim recte interpretebantur: 'nec sentit cruciatus acerbi leti', cf. Cooke B 145 cl. Apul. Met. 8.12, OLD s.u. 'lucror' 3, uide ad 4.532*   318 gelida ω : -das P : -do L   319 Calpetus P *frg. Werd.* : Pal- ω, *edd. ante Kohlmann* : Palpitus f : Palpetas r   aonios ω : -ias † o Q^1 : -ius Pμ   321 iacentis ω : *ex* -tes L^{σ} : iacentis † Ita N^1t^1 : tac- Pδ, *uide ad 3.696*   326 noctis NtC   335 recedant Jortin *I 190, quod recte damnant Klotz, Williams cl. 10.447, 12.398–400, Silu. 2.6.101, 5.3.185–86*   339 miles, tripodum *Klotz perperam* : tripodum miles μ   343 domos Pω, *Prisc. GL 2.41.20* : -mus δ, *Prisc. GL 2.72.8, uide ad 2.155*

uitam indignantur. prior Arcada concitat Hopleus:
'nullane post manes regis tibi cura perempti,
care Dyma, teneant quem iam fortasse uolucres
Thebanique canes? patriae quid deinde feretis,
Arcades? en reduces contra uenit aspera mater:
funus ubi? at nostro semper sub pectore Tydeus
saeuit inops tumuli, quamuis patientior artus
ille nec abruptis adeo lacrimabilis annis.
ire tamen saeuumque libet nullo ordine passim
scrutari campum, mediasue inrumpere Thebas.'
excipit orsa Dymas: 'per ego haec uaga sidera iuro,
per ducis errantes instar mihi numinis umbras,
idem animus misero; comitem circumspicit olim
mens humili luctu, sed nunc prior ibo' —— uiamque
incohat et maesto conuersus ad aethera uultu
sic ait: 'arcanae moderatrix Cynthia noctis,
si te tergeminis perhibent uariare figuris
numen et in siluas alio descendere uultu,
ille comes nuper nemorumque insignis alumnus,
ille tuus, Diana, puer (nunc respice saltem)
quaeritur.' intendit pronis dea curribus almum
sidus et admoto monstrauit funera cornu.
apparent campi Thebaequae altusque Cithaeron:
sic ubi nocturnum tonitru malus aethera frangit
Iuppiter, absiliunt nubes et fulgure claro
astra patent, subitusque oculis ostenditur orbis.
accepit radios et eadem percitus Hopleus
Tydea luce uidet; longe dant signa per umbras
mutua laetantes, et amicum pondus uterque,
ceu reduces uitae saeuaque a morte remissos,
subiecta ceruice leuant; nec uerba, nec ausi

---

352 Care ω : Care ↑ /cla N^1t^1 : Clare P teneant Pω : temerant *Baehrens, sed cf. OLD s.u. 'fortasse' b, uide ad 335* 359 -ue PD : -que ω 362 animus Pδ : animus ↑ /ardor D^1 : ardor ↑ /animus $N^?t^1$: ardor ωΣ 370 intendit *Barth* : incendit Pω 371 funera ω : sidera P, *e* sidus cornu ω : cornu ↑ /curru $N^1t^1\Theta^1$: curru ↑ /cornu D^1 : curru *(e* curribus*)* Pδ *(in ras.* O^1*), unde coniecit Markland ad Silu. 1.2.45* incendit...cornibus...funera curru, *cl. 12.305–08* 374 absiliunt ω : *ex* ads- *(uel* ass-) t^1L^σ : ads- *uel* ass- PNδμQB : ass- ↑ dis C^2 375 patent ω : pẹt- ↑ a P^1 : latent *Garrod, cf. 12.305–08, sed recte interpretatus est* Σ*:* 'astra *pro caelo. nam dissilientibus nubibus caelum patet', cf. 10.78;* 'orbis *est terra, non luna' Klotz, sed ne Garrod quidem dissentiat* 376 'accepit radios *id est Dymas'* Σ *recte, sed post* radios *aliquid fortasse excidit ubi de Dymante Parthenopaeum inueniente agitur, cf. app., Williams.*

flere diu: prope saeua dies indexque minatur
ortus. eunt taciti per maesta silentia magnis
passibus exhaustasque dolent pallere tenebras.
   inuida fata piis et fors ingentibus ausis
rara comes. iam castra uident animisque propinquant,
et decrescit onus, subiti cum pulueris umbra
et sonus a tergo. monitu ducis acer agebat
Amphion equites, noctem uigilataque castra
explorare datus, primusque per auia campi
usque procul (necdum totas lux soluerat umbras)
nescio quid uisu dubium incertumque moueri
corporaque ire uidet; subitus mox fraude reperta
exclamat, 'cohibete gradum quicumque!' sed hostes
esse patet: miseri pergunt anteire timentque
non sibi; tunc mortem trepidis minitatur et hastam
expulit, ac uanos alte leuat eminus ictus,
adfectans errare manum. stetit illa Dymantis
ante oculos, qui forte prior, gressumque repressit.
at non magnanimus curauit perdere iactus
Aepytus, et fixo transuerberat Hoplea tergo
pendentisque etiam perstrinxit Tydeos armos.
labitur egregii nondum ducis inmemor Hopleus,
expiratque tenens (felix, si corpus ademptum
nesciat), et saeuas talis descendit ad umbras.
   uiderat hoc retro conuersus et agmina sentit
iuncta Dymas, dubius precibusne subiret an armis
instantes: arma ira dabat, fortuna precari
non audere iubet; neutri fiducia coepto:
distulit ira preces; ponit miserabile corpus
ante pedes, tergoque graues quas forte gerebat
tigridis exuuias in laeuam torquet et obstat

386 subiti *ex* -ta N$^{?}$: -ta DOfLMμQ 387 Et Pω : Et ↑]fit Θ^c : Fit *ex* Et Q^1 : Fit NtδOν : It b : Est μ 396 ac Pω : at *Damsté B 100* 397 manum PDtδ : -nūs N : -nus ω 398 *comma post* prior *perperam sustulerunt edd. inde a Queck praeter Williams* 401 Pendentisque ω : -tesque ↑]i t^1 : -tesque Pδ 402 nondum ducis PD$\Theta\delta$fM : non ducis ↑ dum $\mu^2Q^2B^1$: sed non (↑]nondum) d. N^1t^1 : d. nondum b : non (↑ sed) d. ν^2S^2 : -que d. non OTr, *Bentley* : non iam d. C 404 et PDδ : ac ↑]et t^1 : ac ω descendit POμSK : -dạt ↑ i Θ^1 : -dat ω, *edd. ante Kohlmann fortiter post* tenens *distinguentes et commata post* felix *et* nesciat *ponentes* 410 gerebat DNOC : gere- ↑]fe t^1 : rege- ↑]gere $f^2M^1b^2K^2$: rege- $\Theta\mu$QBS : tege- ν : fere- Pδ, *sed cf. Quint. 12.10.29, Williams cl. 2.266, 4.206; uide ad 6.117* 411 l(a)euam PC : leuum ↑]uam Θ^1 : laeuam *ex* -uom $B^{1?}$: leua δ : l(a)euum ω : *ex* -uom L^{σ} : *ex* -u≡≡ ν^2

exertum obiectans mucronem, inque omnia tela
uersus et ad caedem iuxta mortemque paratus:
ut lea, quam saeuo fetam pressere cubili
uenantes Numidae, natos erecta superstat,
mente sub incerta toruum ac miserabile frendens;
illa quidem turbare globos et frangere morsu
tela queat, sed prolis amor crudelia uincit
pectora, et a media catulos circumspicit ira.
et iam laeua uiro, quamuis saeuire uetaret
Amphion, erepta manus, puerique trahuntur
ora supina comis. serus tunc denique supplex
demisso mucrone rogat: 'moderatius, oro,
ducite, fulminei per uos cunabula Bacchi
Inoamque fugam uestrique Palaemonis annos!
si cui forte domi natorum gaudia, si quis
hic pater, angusti puero date pulueris haustus
exiguamque facem! rogat, en rogat ipse iacentis
uultus: ego infandas potior satiare uolucres,
me praebete feris, ego bella audere coegi.'
'immo,' ait Amphion, 'regem si tanta cupido
condere, quae timidis belli mens, ede, Pelasgis,
quid fracti exanguesque parent; cuncta ocius effer,
et uita tumuloque ducis donatus abito.'
horruit et tot praecordia protinus Arcas
impleuit capulo. 'summumne hoc cladibus,' inquit,
'deerat ut adflictos turparem ego proditor Argos?
nil emimus tanti, nec sic uelit ipse cremari.'
sic ait, et magno proscissum uulnere pectus
iniecit puero, supremaque murmura uoluens:

415–16 *comma post* incerta *non post* superstat *ponunt edd. praeter Klotz et Williams* 416 sub Pω : sui *Heinsius 2.3.229–30 cl. 5.524, 10.670, sed cf. Garrod: 'dubitandum est an Statius umquam elisionem in iambico uerbo nisi ante monosyllabon sibi permiserit' et Williams cl. 471 etc.* 418 prolis ω : pronus Ptδ 424 per uos ω : per *(*↑ b*)* uos *(*↑ a*)* t^1 : uos per δ : pạruos ↑ e Q^1 : paruos P 428 iacentis ωΣ : -tes P : tacentis *Markland ad Silu. 1.3.36 fortasse recte, uide ad 3.696, sed cf.* Σ: 'iancentis uultus*: quia dixerat illum superius supinum trahi, quemadmodum solent iacentes supplicare'* 431 cupido est ΘM 433 parent PDΘδ : -ent ↑ a L^{σ} : -ant ↑ /e N^1t^1 : -ant ω 437 turparem ω : turpa ↑ /b ν^2 : turba- ↑ /p Θ^1 : turba- PDNtOCSK, *uide ad 3.680* 438 sic ω : *ex* si $\mu^2Q^1K^2$: si POBg ipse ω : igne ↑ /ipse O^{σ} : iste PDδ

'hoc tamen interea †et tu potiare sepulcro.'
tales optatis regum in complexibus ambo,
par insigne animis, Aetolus et inclutus Arcas,
egregias efflant animas letoque fruuntur.
uos quoque sacrati, quamuis mea carmina surgant
inferiore lyra, memores superabitis annos.
forsitan et comites non aspernabitur umbras
Euryalus Phrygiique admittet gloria Nisi.
at ferus Amphion, regi qui facta reportent
edoceantque dolum captiuaque corpora reddant,
mittit ouans; clausis ipse insultare Pelasgis
tendit et abscisos sociorum ostendere uultus.
interea reducem murorum e culmine Grai
Thiodamanta uident nec iam erumpentia celant
gaudia. ut exertos enses et caede recenti
arma rubere notant, nouus adsilit aethera magnum
clamor, et e summo pendent cupida agmina uallo
noscere quisque suos. uolucrum sic turba recentum,
cum reducem longo prospexit in aere matrem,
ire cupit contra summique e margine nidi
extat hians, iam iamque cadat, ni pectore toto
obstet aperta parens et amantibus increpat alis.
dumque opus arcanum et taciti compendia Martis
enumerant laetisque suos complexibus implent
Hopleaque exquirunt tardumque Dymanta queruntur:
ecce et Dircaeae iuxta dux concitus alae
uenerat Amphion; non longum caede recenti
laetatus uidet innumeris feruere cateruis

---

441 et tu P, *quod ob hiatum (uide ad 8.36) admitti non potest* : claro et tu δ : claro ω : caro *edd. multi* : sed tu Vollmer 32 : mecum *Garrod* : uetito *Damsté B 100 cl. 7.777, 12.56* : saltem *Klotz* : certe *Brakman 260–61 cl. 11.85, 392, 738* : dedero *Alton 184 cl. Housman ad 9.787* : hac...nece tu *Delz A 42–43 quocum tamen non concinit* interea, *et cf. 9.565* potiare ω : -iọre ↑ a P¹ : -iore ↑ e ν¹ : -iere D *post 441 lacunam statuit Klotz* 442–81 *in* D *paene extincti* 442 in *om.* NtO¹, *edd. s.l.* O^σ 456 nouus ω : tunc ↑ /nouus t¹ : ṭụṇc̣ ↑ nouus δ² : tunc P, *quod defendit Garrod B 255 ut ob* -tant *omissum; sed* nouus *uindicauit Klotz interpunctione mutata (antea ita interpungebant ut* ut exertos...notant *cum uocibus praecedentibus coniungeretur);* nouus *omissum est fortasse ob* NOtant 459 aere PDδ : aere ↑ /aethere t¹ : aethere *(ex* -ra b¹*)* ω, *fortasse e 456, uide ad 1.340* 460 summique Pt : -oque ν : -ạque ↑ o Θ¹ : -aque ω, *edd. ante Kohlmann, sed uox 'margo' masculina est apud Statium, cf. 2.183, 3.407, 6.392, 723–24, 9.324, 746, 10.524* 466 et PNtΘδOC : *add. s.l.* ν¹B¹ : *om.* ω : -que L : ad D : *add s.l.* Q² : ibi *add. s.l.* f^r μ² dirc(h)(a)e(a)e...alae Pω : -as...-as *ex* -ae...-ae Q²b² : -as...-as DO

tellurem atque una gentem expirare ruina.
qui tremor inicitur caeli de lampade tactis,
hic fixit iuuenem, pariterque horrore sub uno
uox, acies sanguisque perit, gemitusque parantem
ipse ultro conuertit equus; fugit ala retorto
puluere. nondum illi Thebarum claustra subibant,
et iam Argiua cohors nocturno freta triumpho
prosilit in campos; per et arma et membra iacentum
taetraque congerie sola semianimumque cruorem
cornipedes ipsique ruunt: grauis exterit artus
ungala, sanguineus lauat imber et impedit axes.
dulce uiris hac ire uia, ceu tecta superbi
Sidonia atque ipsas calcent in sanguine Thebas.
hortatur Capaneus: 'satis occultata, Pelasgi,
delituit uirtus: nunc, nunc mihi uincere pulchrum
teste die; mecum clamore et puluere aperto
ite palam, iuuenes: sunt et mihi prouida dextrae
omina et horrendi stricto mucrone furores.'
sic ait; ardentes alacer succendit Adrastus
Argolicusque gener, sequitur iam tristior augur.
iamque premunt muros (et adhuc noua funera narrat
Amphion) miseramque intrarant protinus urbem,
ni Megareus specula citus exclamasset ab alta:
'claude, uigil, subeunt hostes, claude undique portas!'
   est ubi dat uires nimius timor: ocius omnis
porta coit; solas dum tardius artat Echion
Ogygias, audax animis Spartana iuuentus
inrupit, caesique ruunt in limine primo
incola Taygeti Panopeus rigidique natator
Oebalus Eurotae; turque, o spectate palaestris

---

469 ruinam P   470 inicitur *Garrod* : inlicita Pω, *cf.* Σ: *'a longinquo epitheton traxit, eo quod non liceat tangi loca ubi iaceant fulminati'* : elicita ς, *Peyraredus* : ilicibus *Phillimore* : iniecta *Klotz (Addenda)*   tactis PCB : -tis ↑ o L^{σ} : -tos ω : tectos ↑ a *s.* -e- b^1 478 exterit Ptδ : exerit ↑ /te Θ^1 : exerit ↑ pro terit C^2 : exerit ω : a/extrahit B^1*mg.*   479 lauat ω : -uạt ↑ i f^1 : -uat ↑ /b t^1 N^r : libat P, *uide ad 9.370*   481 in sanguine PDδ : in sanguine ↑ /in puluere t^c : in puluere ↑ /sanguine Θ^1 : in puluere ω, *quod natum est e 484*   483 nunc nunc ω : nunc nunc ↑ /est *s.* n. *alterum* t^1 : nunc est Pδ   486 Omina ω : *ex* Omnia μ^2 : Omina ↑ /Omnia T^1 : Omnia ↑ /Omnia *(sic)* r^1 : Omnia PΘδ : numina *Menke cl. 3.615*; *uide ad 2.196*   490–528 *in* D *paene extincti*   490 intrarant t : -aḅant ↑ r P^c : intrant δ : intrabant ↑ rent f^r : intrabant ω, *edd. ante Klotz, cf. 500*   493 Est Pω : Ast ↑ /Est Θ^c : Ast δL   495 animi L, *Gronouius*

omnibus et nuper Nemeaeo in puluere felix,
Alcidama, primis quem caestibus ipse ligarat
Tyndarides, nitidi moriens conuexa magistri
respicis: auerso pariter deus occidit astro.
te nemus Oebalium, te lubrica ripa Lacaenae
uirginis et falso gurges cantatus olori
flebit, Amyclaeis Triuiae lugebere Nymphis,
et quae te leges praeceptaque fortia belli
erudiit genetrix, nimium didicisse queretur.
talis Echionio Mauors in limine saeuit.
  tandem umeris obnixus Acron et pectore toto
pronus Ialmenides aeratae robora portae
torserunt: quanta pariter ceruice gementes
profringunt inarata diu Pangaea iuuenci.
par operis iactura lucro, quippe hoste retento
exclusere suos; cadit intra moenia Graius
Ormenus, et pronas tendentis Amyntoris ulnas
fundentisque preces penitus ceruice remissa
uerba solo uultusque cadunt, colloque decorus
torquis in hostiles cecidit per uulnus harenas.
soluitur interea uallum, primaeque recusant
stare morae; iam se peditum iunxere cateruae
moenibus: at patulas saltu transmittere fossas
horror equis: haerent trepidi atque inmane pauentes
abruptum mirantur agi; nunc impetus ire
margine ab extremo, nunc sponte in frena recedunt.
hi praefixa solo uellunt munimina, at illi

---

499 nemeaeo P : nemeo NtδO : ≡≡≡≡nemeo ν : iam nemo ↑ /nemeo Θ^c : iam nemeo ω, *uide ad 1.575* 500 ligabat P, *cf. 479* 504 oliri ↑ o *s.* -i- P^c : olore ω, *edd. ante Kohlmann* 505 Flebit *edd.* : Fleuit PωN, *uide ad 9.370* 510 Pronus ialmenides (yal-) fMνB : P. ˡaliɟmenides C^2 : P. ẹṭ (↑ /i) almenides Θ^1 : ≡≡≡≡≡ ealmenides D : P. almenides LrS : P. almenides ↑ ≡ *s.* -l- b : P. alimenides O : P. almeides N : P. et almenides δ : Almenides pronus μ : Proṭịnus ialmenides ν^2 : Protinus almenides P : Protinus almeides t, *cf. 305 et Gronouium ad loc.* aeratae ↑ /fer(rate) $t^1\delta^1$: e̲rratae P^c : ferratae ↑ /eratae N^r : ferratae ω, *edd. ante Klotz qui cft Verg. Aen. 2.481, Ou. F. 2.785, Met. 8.41* 512 Profringunt Pω : Profi- ↑ r M^1 : Profi- μ : Profringunt ↑ /(pro)scindunt $D^1\delta^1$: Prosindunt ↑ c ν^1, *Bentley* : Profingunt ↑ d *s.* -g- T^2 : Profindunt b : Prostringunt C : Pronfingunt r : perfringunt *Ker 180 cl. Silu. 3.1.113* 515 Ormenus ω : -nas P : Ornemus ↑ /menas t^1 : Ornemus NOK : Armenas δ : Ormeus f 516 remissa Pδ : recisa ↑ /remissa t^1 : recisa ω : rịc- ↑ e L^σ 518 Torquis Pω : -es *ex* -is μ : -es δ 523 agi ωΣ : iter ↑ /agi t^σ : ịṭẹṛ ↑ agi δ^1 : iter P, *Garrod B 255 ut ob* miranTVR *omissum, Håkanson B 65 cl. 4.137, 434, 5.398, 7.584, sed cf. Williams (cl. 3.262, 9.656 etc.), 2.13–14 etc.*, Σ: *'agi se mirabantur equi a sedentibus per abrupta'*

portarum obiectus minuunt et ferrea sudant
claustra remoliri, trabibusque artata sonoro
pellunt saxa loco; pars ad fastigia missas
exultant haesisse faces, pars ima lacessunt
scrutanturque cauas caeca testudine turres.
  at Tyrii, quae sola salus, caput omne coronant
murorum, nigrasque sudes et lucida ferro
spicula et arsuras caeli per inania glandes
saxaque in aduersos ipsis auulsa rotabant
moenibus: exundant saeuo fastigia nimbo,
armataeque uomunt stridentia tela fenestrae.
qualiter aut Malean aut alta Ceraunia supra
cessantes in nube sedent nigrisque leguntur
collibus et subitae saliunt in uela procellae:
talis Agenoreis Argiuum exercitus armis
obruitur; non ora uirum, non pectora flectit
imber atrox, rectosque tenent in moenia uultus
inmemores leti et tantum sua tela uidentes.
Anthea falcato lustrantem moenia curru
desuper Ogygiae pepulit grauis impetus hastae;
lora excussa manu, retroque in terga uolutus
semianimos artus ocreis retinentibus haeret;
mirandum uisu belli scelus: arma trahuntur,
fumantesque rotae tellurem et tertius hastae
sulcus arat; longo sequitur uaga puluere ceruix,
et resupinarum patet orbita lata comarum.
  at tuba luctificis pulsat clangoribus urbem
obsaeptasque fores sonitu perfringit amaro.
diuisere aditus, omnique in limine saeuus

527 -que *s.l.* P^1 : *om.* N   artata ω : artata ↑ /ariete Θ^c : ẹṭ ariete P^1, *quod tamen natum est e glossemate (uide ad 2.492) ut olim intellexit Barth; sensus autem est: 'saxa trabibus uincta, ut murum fortius contineant' (Dowden 225–26 cft 10.866) quod iniuste damnauit Barth; alii,* trabibus *'arietibus' interpretantes, alia frustra coniciunt, e.g.* sonoris *Barth, sed cf. 1.10, 2.454–55, 10.874*   528 loco Pω : sono *ex* loco r^2 : loco ↑ /sono t^1 : sono ↑ /loco N^1 532 nigrasque Pω : *'an* igniferasque *(uel* ignitasque*)?' Garrod, sed uide ad 5.386*   536 fenestrae P : fenestrae ↑ /pharetrae D^{1}t^1 : pharetrae ↑ /fenestrae N^1 : pharetrae ω : -trē QK   538 leguntur ω : legun- ↑ /loquuntur N^1 : loquun- ↑ /legun t^1 : legun- *ex* loquun- r^2 : locun- P : tegun- ↑ /le D^1 : tegun- δ : legan- *ex* legun- S^c : locantur *Bury 303 cl. 3.497, sed cf. Williams cl. Lucr. 6.124–25*   539–640 *in* D *uix legi possunt*   546 uolutus ω : uol- ↑ /so N^{1}t^{1}Θ^{1}T^{1}r^1 : sol- Pδ   549 tertius ω : territus ↑ /tius t^1 : territus Pδ : *cf.* Σ*Valenc.:* 'et tertius*: quia duae rotae currus geminum sulcum faciebant, tertium autem sulcum hasta faciebat'*

signifer; ante omnes sua damna et gaudia portas.
dira intus facies, uix Mauors ipse uidendo
gaudeat; insanis lymphatam horroribus urbem
scindunt dissensu uario Luctusque Furorque
et Pauor et caecis Fuga circumfusa tenebris.
Bellum intrasse putes: feruent discursibus arces,
miscentur clamore uiae, ferrum undique et ignes
mente uident, saeuas mente accepere catenas.
consumpsit uentura timor: iam tecta replerant
templaque, et ingratae uallantur planctibus arae.
una omnes eademque subit formido per annos:
poscunt fata senes, ardet palletque iuuentus,
atria femineis trepidant ululata querelis.
flent pueri et flendi nequeunt cognoscere causas
attoniti et tantum matrum lamenta trementes.
illas cogit amor, nec habent extrema pudorem:
ipsae tela uiris, ipsae iram animosque ministrant,
hortanturque unaque ruunt, nec auita gementes
limina nec paruos cessant ostendere natos.
sic ubi pumiceo pastor rapturus ab antro
armatas erexit apes, fremit aspera nubes,
inque uicem sese stridore hortantur et omnes
hostis in ora uolant, mox deficientibus alis
amplexae flauamque domum captiuaque plangunt
mella laboratasque premunt ad pectora ceras.
    nec non ancipitis pugnat sententia uulgi
discordesque serit motus: hi reddere fratrem
(nec mussant, sed uoce palam claroque tumultu),
reddere regna iubent; periit reuerentia regis

555 portas *Zander, cf. Håkanson B 66–67* : -tat ω : -tans P 557 insanis PD : insanis ↑ ↓incertis t^2 : incertis ω, *edd. ante Kohlmann fortasse recte* 558 *om.* f, *add. mg.* Miscentur clamore uiae ferrum undique et ignes f^1 563 replerant ω : -at O : replorant P : replerunt Mς, *edd. inde a Klotz nescioqua re; si plusquamperfectum cum praesenti historico coniunctum displicet cf. e.g. 2.134–40* 569 trementes P : trem- ↑ ↓ti t^1 : tim- ω : tim- ↑ uidentes r^2 : tim- ↑ sequentes K^2 : tuentes *Bentley* 581 fratrem Pω : -tri *Sandstroem 57*; fratrem *alii aliter intellegunt: alii, e.g. Beraldus: 'hi...dicunt fratrem (i.e. Eteoclem) debere regnum restituere', alii, e.g. Williams: hi hortantur ut frater (i.e. Eteocles) reddatur, ut regnum (sc. Polynici) reddatur, quod ueri similius uidetur; Courtney 308 interpretatur: hi imperant ut hic (i.e. Eteocles) illi (i.e. Polynici) illius fratrem reddat, i.e. fraterno modo se gerat, cl. 11.394 quod uix satis simile uidetur* 582 *uersum in parenthesi posuit Kohlmann*

sollicitis: 'ueniat pactumque hic computet annum,
Cadmeosque lares exul patriasque salutet
infelix tenebras; cur autem ego sanguine fraudes
et periura luam regalis crimina noxae?'
inde alii: 'sera ista fides, iam uincere mauult.'
Tiresian alii lacrimis et supplice coetu
orant, quodque unum rebus solamen in artis,
nosse futura rogant. tenet ille inclusa premitque
fata deum: 'quiane ante duci bene credita nostro
consilia et monitus, cum perfida bella uetarem?
te tamen, infelix,' inquit, 'perituraque Thebe,
si taceam, nequeo miser exaudire cadentem
Argolicumque oculis haurire uacantibus ignem.
uincamur, Pietas; pone heia altaria, uirgo,
quaeramus superos.' facit illa, acieque sagaci
sanguineos flammarum apices geminumque per aras
ignem et clara tamen mediae fastigia lucis
orta docet; tunc in speciem serpentis inanem
ancipiti gyro uolui frangique rubore
demonstrat dubio, patriasque inluminat umbras.
ille coronatos iamdudum amplectitur ignes,
fatidicum sorbens uultu flagrante uaporem.
stant tristes horrore comae, uittasque trementes
caesaries insana leuat: diducta putares
lumina consumptumque genis rediisse nitorem.
tandem exundanti permisit uerba furori:
'audite, o sontes, extrema litamina diuum,
Labdacidae: uenit alma salus, sed limite duro.
Martius inferias et saeua efflagitat anguis
sacra: cadat generis quicumque nouissimus extat
uiperei, datur hoc tantum uictoria pacto.
felix qui tanta lucem mercede relinquet.'
stabat fatidici prope saeua altaria uatis
maestus, adhuc patriae tantum communia lugens
fata, Creon: grandem subiti cum fulminis ictum,

---

584 Sollicitis ω : -ti P   586 ego *om.* PD   592 nostro Ptδ : -ra ω : '*an* uestro?' *Klotz*   602 rubore *Barth* : -rem Pω, *edd., cf.* Σ*603:* 'dubio*: Tiresiae, id est ignaro', quod tamen ieiunum uidetur*   606 trementes ω : pre- Pδ, *edd. inde a Kohlmann, sed cf. 4.580–81, Håkanson B 57 cl. 8.389; uide ad 5.78*   617 patriae tantum...lugens ω : tantum patriae...l. ΘfLB : patriae et tantum...l. Ntδ, *edd. inde a Kohlmann praeter Williams* : patriae et tantum...iungens P

non secus ac torta traiectus cuspide pectus,
accipit exanimis sentitque Menoecea posci.
monstrat enim suadetque timor; stupet anxius alto
corda metu glaciante pater: Trinacria qualis
ora repercussum Libyco mare sumit ab aestu.
mox plenum Phoebo uatem et celerare iubentem,
nunc humilis genua amplectens, nunc ora canentis,
nequiquam reticere rogat; iam Fama sacratam
uocem amplexa uolat, clamantque oracula Thebae.
  nunc age, quis stimulos et pulchrae gaudia mortis
addiderit iuueni (neque enim haec absentibus umquam
mens homini transmissa deis), memor incipe Clio,
saecula te quoniam penes et digesta uetustas.
  diua Iouis solio iuxta comes, unde per orbem
rara dari terrisque solet contingere, Virtus,
seu pater omnipotens tribuit, siue ipsa capaces
elegit penetrare uiros, caelestibus ut tunc
desiluit gauisa plagis! dant clara meanti
astra locum quosque ipsa polis adfixerat ignes.
iamque premit terras, nec uultus ab aethere longe;
sed placuit mutare genas, fit prouida Manto,
responsis ut plana fides, et fraude priores
exuitur uultus. abiit horrorque uigorque
ex oculis, paulum decoris permansit honosque
mollior, et posito uatum gestamina ferro
subdita; descendunt uestes, toruisque ligatur
uitta comis (nam laurus erat); tamen aspera produnt
ora deam nimiique gradus. sic Lydia coniunx
Amphitryoniaden exutum horrentia terga
perdere Sidonios umeris ridebat amictus
et turbare colus et tympana rumpere dextra.
  sed neque te indecorem sacris dignumque iuberi

624–26 *sensus est: Creon uatem, qui Phoebo plenus erat et celerare iubebat, reticere frustra rogabat, nunc genua, nunc ora amplectens, cf. Beraldum, Williams (cl. Eur. Ph. 923–25); edd. ante Williams ita interpungebant ut quidam (e.g. Nisard, Mozley) crederent* ora *non cum* amplectens *sed cum* reticere rogat *coniungendum esse*   626 Fama *Klotz (Corrigenda)* : fama *edd. plerique*   628 quis PDOCb : *ex* qui $f^1\nu^1$: qui ω   stimulos ω : *ex* ≡≡≡mulos L[1] : tumulos P   631 et...uetustas ω : et...uetustas ↑ luolup(tas) N[1]t[1] : est...uoluptas P   635 tunc Pω : tunc ↑ n B[1]b : nunc Dfν   636–755 *folio inserto suppleuit* Q[r]   637 polis ω : -lus C : potens ↑ lis t[1] : potens P   640 plana NtδOfMμbTr : plana ↑ e $\Theta^1\nu^2$: plena P(Q), *edd. nonnulli sed cf. 2.393; uide ad 5.709*

talia Dircaea stantem pro turre, Menoeceu,
inuenit; inmensae reserato limine portae
sternebas Danaos, pariter Mauortius Haemon.
sed consanguinei quamuis atque omnia fratres,
tu prior: exanimes circum cumulantur acerui;
omne sedet telum, nulli sine caedibus ictus
(necdum aderat Virtus); non mens, non dextra quiescit,
non auida arma uacant, ipsa insanire uidetur
Sphinx galeae custos, uisoque animata cruore
emicat effigies et sparsa orichalca reneident:
cum dea pugnantis capulum dextramque repressit:
'magnanime o iuuenis, quo non agnouerit ullum
certius armifero Cadmi de semine Mauors,
linque humiles pugnas, non haec tibi debita uirtus:
astra uocant, caeloque animam, plus concipe, mittes.
iamdudum hoc hilares genitor bacchatur ad aras,
hoc ignes fibraeque uolunt, hoc urguet Apollo:
terrigenam cuncto patriae pro sanguine poscunt.
Fama canit monitus, gaudet Cadmeia plebes
certa tui; rape mente deos, rape nobile fatum.
i, precor, accelera, ne proximus occupet Haemon.'
sic ait, et magna cunctantis pectora dextra
permulsit tacite seseque in corde reliquit.
fulminis haud citius radiis adflata cupressus
combibit infestas et stirpe et uertice flammas,
quam iuuenis multo possessus numine pectus
erexit sensus letique inuasit amorem.
ut uero auersae gressumque habitumque notauit
et subitam a terris in nubila crescere Manto,
obstipuit. 'sequimur, diuum quaecumque uocasti,
nec tarde paremus,' ait; iam iamque recedens
instantem uallo Pylium tamen Agrea fixit.
armigeri fessum excipiunt; tum uulgus euntem
auctorem pacis seruatoremque deumque
conclamat gaudens atque ignibus implet honestis.
  iamque iter ad muros cursu festinus anhelo
obtinet et miseros gaudet uitasse parentes,

---

651 menoecaeum B : -ceum Pb   665 mittis ↑ e *s.* -i- *alterum* L^{σ} : -is PB   669 audet P : cadit O   670 Certa tui ω : Certatim Ptδ   678 auersae ω : *ex* adu- $P^{r}L^{1}$: adu- brS, *sed recte cft Williams Verg. Aen. 1.402; uide ad 4.250*   679 a *om.* Pδ   683 tum ω : tunc PDδO

cum genitor —— steterunt ambo et uox haesit utrique,
deiectaeque genae. tandem pater ante profatus:
'quis nouus inceptis rapuit te casus ab armis?
quae bello grauiora paras? dic, nate, precanti,
cur tibi torua acies? cur hic truculentus in ore
pallor, et ad patrios non stant tua lumina uultus?
audisti responsa, palam est. per ego oro tuosque,
nate, meosque annos miseraeque per ubera matris,
ne uati, ne crede, puer! superine profanum
dignantur stimulare senem, cui uultus inanis
extinctique orbes et poena simillima diro
Oedipodae? quid si insidiis et fraude dolosa
rex agit, extrema cui nostra in sorte timori
nobilitas tuaque ante duces notissima uirtus?
illius haec forsan, remur quae uerba deorum;
ille monet! ne frena animo permitte calenti,
da spatium tenuemque moram, male cuncta ministrat
impetus; hoc, oro, munus concede parenti.
sic tua maturis signentur tempora canis,
et sis ipse parens et ad hunc, animose, timorem
peruenias: ne perge meos orbare penates.
externi te nempe patres alienaque tangunt
pignora? si pudor est, primum miserere tuorum.
haec pietas, hic uerus honos; ibi gloria tantum
uentosumque decus titulique in morte latentes.
nec timidus te flecto parens: i, proelia misce,
i Danaas acies mediosque per obuius enses:
non teneo; liceat misero tremibunda lauare
uulnera et undantem lacrimis siccare cruorem,
teque iterum saeuis iterumque remittere bellis.
hoc malunt Thebae.' sic colla manusque tenebat

688 *quod aposiopesis nisi in oratione alibi apud Statium non inuenitur, Ker (180–81) uoluit uel* en genitor *legi uel lacunam post* genitor *statui, quorum neutrum placet* steterunt *Menke* : -ruṇt ↑ a, que M^1 : -rant fμ : -runtque Pω : -rantque ΘδC(Q); -que *post aposiopesin est otiosum et fortasse natum est e Verg. Aen. 2.774, 3.48; uide ad Theb. 3.302* utrique CK : -imque Pω, *fortasse recte* 689 profatus Pω : *ex* -tur B^1 : -tur ΘOf, /tus Θ^1*mg.* 692 hic Pω : hic ↑ /o Θ^{c}T^2 : hoc ↑ /hic D^1 : hoc B 700 extrema cui nostra *Williams* : extrema est cui nostra ω, *fortasse recte* : cui nostra extrema Pδ 702–03 *recte interpunxit Bentley, cf.* Σ: *'forte regis haec uerba sunt, quae nos responsa credimus numinum'; ante Bentley interpungebant:* illius...remur, quae...monet: ne 714 I Pω : In *ex* I O^2 : Per ν, *sed uide ad 4.643*

implicitus; sed nec lacrimae nec uerba mouebant
dis uotum iuuenem; quin et monstrantibus illis
fraude patrem tacita subit auertitque timorem:
'falleris heu uerosque metus, pater optime, nescis.
non me ulli monitus, nec uatum exorsa furentum
sollicitant uanisque mouent (sibi callidus ista
Tiresias nataeque canat) non si ipse reclusis
comminus ex adytis in me insaniret Apollo.
sed grauis unanimi casus me fratris ad urbem
sponte refert: gemit Inachia mihi saucius Haemon
cuspide; uix illum medio de puluere belli
inter utrasque acies, iam iamque tenentibus Argis ——
sed moror. i, refoue dubium turbaeque ferenti
dic, parcant leuiterque uehant; ego uulnera doctum
iungere supremique fugam reuocare cruoris
Aëtiona petam.' sic imperfecta locutus
effugit; illi atra mersum caligine pectus
confudit sensus; pietas incerta uagatur
discordantque metus, impellunt credere Parcae.
   turbidus interea ruptis uenientia portis
agmina belligeri Capaneus agit aequore campi,
cornua nunc equitum, cuneos nunc ille pedestres,
et proculcantes moderantum funera currus;
idem altas turres saxis et turbine crebro
laxat, agit turmas idem atque in sanguine fumat.
nunc spargit torquens uolucri noua uulnera plumbo,
nunc iaculum excusso rotat in sublime lacerto,
nullaque tectorum subit ad fastigia, quae non
deferat hasta uirum perfusaque caede recurrat.
nec iam aut Oeniden aut Hippomedonta peremptos
aut uatem Pelopea Phalanx aut Arcada credunt;
quin socium coiisse animas et corpore in uno

---

724 uanisque P : manesque ω, *edd. ante Kohlmann cl. 613–14 inepte* ista ω : istic P 724–25 sibi...canat *in parenthesi posuit Courtney* 727 grauis ω : magis ↑ /grauis D¹t^σ : magis P 731 -que ω : -ue ↑ /que D¹ : -ue P, *fortasse e* refoVE 733 ungere *Phillimore, quod recte damnant Klotz: 'sed haec parua laus in medico' et Williams cl. Ach. 2.160–61* 734 Aetiona *edd.* : Aeth- PMr : Aeth- ↑ c Θ¹ : Aech- δ : Aec- ν : Act- NtOfμ : Acc- D : Pet- K : Alcionea (Q), *uide ad 6.465* 736 Confundit δf, *sed uide ad 1.340, 4.645, 1.451* 740 cuneos ω : cunctos P, *uide ad 7.372* 743 turmas Pω : furias *Damsté B 101: 'si quid umquam languide inepteque repetitum est, uerba illa* agit turmas *profecto uel maxime languent post* cornua nunc equitum...*' quod redarguit Williams*

stare omnes, ita cuncta replet. non ullius aetas,
non cultus, non forma mouet; pugnantibus idem
supplicibusque furit; non quisquam obsistere contra,
non belli temptare uices: procul arma furentis
terribilesque iubas et frontem cassidis horrent.
  at pius electa murorum in parte Menoeceus
iam sacer aspectu solitoque augustior ore,
ceu subito in terras supero demissus ab axe,
constitit, exempta manifestus casside nosci,
despexitque acies hominum et clamore profundo
conuertit campum iussitque silentia bello.
'armorum superi, tuque o qui funere tanto
indulges mihi, Phoebe, mori, date gaudia Thebis
quae pepigi et toto quae sanguine prodigus emi.
ferte retro bellum captaeque impingite Lernae
reliquias turpes, confixaque terga fouentes
Inachus indecores pater auersetur alumnos.
at Tyriis templa, arua, domos, conubia, natos
reddite morte mea: si uos placita hostia iuui,
si non attonitis uatis consulta recepi
auribus et Thebis nondum credentibus hausi,
haec Amphioniis pro me persoluite terris
ac mihi deceptum, precor, exorate parentem.'
sic ait, insignemque animam mucrone corusco
dedignantem artus pridem maestamque teneri
arripit atque uno quaesitam uulnere rumpit.
sanguine tunc spargit turres et moenia lustrat,
seque super medias acies, nondum ense remisso,
iecit et in saeuos cadere est conatus Achiuos.
ast illum amplexae Pietas Virtusque ferebant
leniter ad terras corpus; nam spiritus olim

---

756 erecta *Schrader, sed recte cft Williams Eur. Ph. 931–32, 1009–10, 1315* 757 Iam ω : Tam P 759 exempta PωΣ : -to r : et dempta *Barth, sed cf. Ach. 1.300* 764 et toto Pω : *ex* -ta L^{σ} : tanto ↑ et toto Θ^{c} : et uoto *Valckenaer, quod recte redarguit Damsté A 363 cl. 2.561, Ach. 1.642, 857, Silu. 1.2.170* 767 *an* Inachos? *uide ad 1.357* 769 placita Qs, *Gronouius ad 7.190 cl. Sil. 1.11, 12.680, Verg. Aen. 10.15, G. 2.425 ubi similis permutatio* : placida PωΣ, *fortasse recte cf.* Σ: 'placida hostia: *quae non repugnaui'; uide ad 3.67* 772 tectis *Schrader, edd. inde a Kohlmann fortasse recte, nam urbs lyra Amphionis aedificata est;* terras *tamen seruaui ob* arua *(768)* 773 Ac ω : *ex* At Θ : At PD 779 Iecit ω : Iectit P^{1} : Iecit ↑ /flectit $D^{1}L^{\sigma}$: Flectit ↑ /iecit ν^{2} : Flectit μTr

ante Iouem et summis apicem sibi poscit in astris.
  iamque intra muros nullo sudore receptum
gaudentes heroa ferunt: abscesserat ultro
Tantalidum uenerata cohors; subit agmine longo
colla inter iuuenum, laetisque fauoribus omni
concinitur uulgo Cadmum atque Amphiona supra
conditor; hi sertis, hi ueris honore soluto
accumulant artus patriaque in sede reponunt
corpus adoratum. repetunt mox bella peractis
laudibus; hic uicta genitor lacrimabilis ira
congemit, et tandem matri data flere potestas:
'lustralemne feris ego te, puer inclute, Thebis
deuotumque caput uilis ceu mater alebam?
quod molita nefas? cui tantum inuisa deorum?
non ego monstrifero coitu reuoluta notaui
pignora, nec nato peperi funesta nepotes.
quid refert? habet ecce suos Iocasta ducesque
regnantesque uidet: nos saeua piacula bello
demus, ut alterni (placet hoc tibi, fulminis auctor?)
Oedipodionii mutent diademata fratres?
quid superos hominesue queror? tu, saeue Menoeceu,
tu miseram ante omnes properasti extinguere matrem.
unde hic mortis amor? quae sacra insania menti?
quosue ego conceptus aut quae male pignora fudi
tam diuersa mihi? nimirum Martius anguis,
quaeque nouis proauum tellus effloruit armis ——
hinc animi tristes nimiusque in pectore Mauors,

788 Conditor ω : -tur *ex* -tor $M^1Q^2r^2S^1$: -tor ↑ /u Θ^1 : -tur PNtOμC, *e* ConcinitVR *(787)* soluto ωΣ : solito ↑ u P^1 : solutos ς, *Peyraredus, edd. inde a Queck praeter Williams; sed* soluto *bene intellexit Beraldus: 'in serta non ligato', cf. Wiman 21, Cooke 147–149 cl. Ou. F. 2.539, Apul. Met. 4.29, 10.32, 2.16* 796 notaui ω : nat- P : notaui ↑ /u(aui) $t^1\Theta^1\nu^2$: notaui ↑ u T^2 : nouaui ↑ /ta D^1 : nouaui δOQb, *edd. plerique inde ab Aldino sed sensus est: non filium meum ad me reuenientem (cf. 1.235) coitu monstrifero maculaui; si* nouaui *legitur* pignora *fiunt ei qui post* coitum monstriferum *nati sunt, et uox* reuoluta *intellegi non potest; cf.* Σ: *'quoniam filii coitus in matrem rediit'* 798 habet ecce suos ω : habet ecce ↑ suos S^2 : potitur natis Pδ, *quod recte damnat Håkanson B 67 cl. 5.32, 7.65, 12.773* 799 *ante 798 in* P bellis B 800 alterni ω : -niṣ P^1 : -nis D fulminis auctor *i.e. Iuppiter fulminator; Alton (176) interpretatus est: calamitatis subitae (uide ad 9.218) auctor, Tiresias (cl. 10.618); Mozley interpretatus est: calamitatis subitae auctor, Iuppiter; sed cf. Williams cl. i.a. 10.889, 920, 11.1–3* 800–01 *notas interrogationis posuit Ker 9* 805 male ω : -lạ ↑ e Θ^1 : -la PDδOμQ

et de matre nihil. sponte en ultroque peremptus
inrumpis maestas Fatis nolentibus umbras.
ast egomet Danaos Capaneaque tela uerebar:
haec erat, haec metuenda manus ferrumque quod amens
ipsa dedi. uiden ut iugulo consumpserit ensem?
altius haud quisquam Danaum mucrone subisset.'
  diceret infelix etiamnum et cuncta repleret
questibus: abducunt comites famulaeque perosam
solantes thalamoque tenent, sedet eruta multo
ungue genas; non illa diem, non uerba precantum
respicit aut uisus flectit tellure relictos,
iam uocis, iam mentis inops. sic aspera tigris
fetibus abreptis Scythico deserta sub antro
accubat et tepidi lambit uestigia saxi;
nusquam irae, sedit rabidi feritasque famesque
oris, eunt praeter secura armenta gregesque:
aspicit illa iacens; ubi enim quibus ubera pascat
aut quos ingenti premat expectata rapina?
  hactenus arma, tubae, ferrumque et uulnera: sed nunc
comminus astrigeros Capaneus tollendus in axes.
non mihi iam solito uatum de more canendum;
maior ab Aoniis poscenda amentia lucis:
mecum omnes audete deae! siue ille profunda
missus nocte furor, Capaneaque signa secutae
arma Iouem contra Stygiae rapuere sorores,
seu uirtus egressa modum, seu gloria praeceps,
sey magnae data fama neci, seu laeta malorum
principia et blandae superum mortalibus irae.
  iam sordent terrena uiro taedetque profundae
caedis, et exhaustis olim Graiumque suisque
missilibus lassa respexit in aethera dextra.
ardua mox toruo metitur culmina uisu,

---

811 Ast ω : *om.* K : At Pδ, *unde* atque *coniecit Damsté B 102*   814 danaum Pδν : -naum ↑/o D^1 : -nao ω   quisquam d. Pω : d. quisquam Θf   823 sedit Pω : cedit Q   rabidi *Vollmer 33* : rapidi P : rabies ω   *inter 822 et 823 in* B *leguntur haec:* a/ et rapidi feritas iraeque famesque : *in* f *823 legitur:* Nusquam irae et rabies feritas iraeque famesque   830 sumenda poscenda P^1 : poscenda ↑ /sumenda $δ^1O^σ$: sumenda ↑ /poscenda N^1t^c : sum(m)enda ω, *Seru. ad Verg. Aen. 12.500* : sumenta L   amentia PDOKΣ, /audacia *mg.* D^1 : amentia ↑ audacia $δ^1$: audacia ↑ (/)amentia $t^cL^σT^1W^1r^1$: audatia ↑ /amencia N^1 : audacia *(uel* -atia*)* ω, a/amentia *mg.* B^1 : dementia *Seru. l.c., recte* Σ: 'amentia: *furor poeticus'*   831 audete ω : -dite ↑ e $Θ^1$: -dite PNt : -diti M, *uide ad 5.169*   835 fama Dς, *edd. plerique* : fata Pω : *'an* fata necis?' *Klotz inepte, cf. Williams, cl. 9.491*

innumerosque gradus gemina latus arbore clausos
aerium sibi portat iter, longeque timendus
multifidam quercum flagranti lumine uibrat;
arma rubent una clipeoque incenditur ignis.
'hac' ait 'in Thebas, hac me iubet ardua uirtus
ire, Menoeceo qua lubrica sanguine turris.
experiar quid sacra iuuent, an falsus Apollo.'
dicit, et alterno captiua in moenia gressu
surgit ouans: quales mediis in nubibus aether
uidit Aloidas, cum cresceret impia tellus
despectura deos nec adhuc inmane ueniret
Pelion et trepidum iam tangeret Ossa Tonantem.
  tunc uero attoniti fatorum in cardine summo,
ceu suprema lues urbi facibusque cruentis
aequatura solo turres Bellona subiret,
omnibus e tectis certatim ingentia saxa
roboraque et ualidas fundae Balearis habenas,
nam iaculis caeloque uagis spes unde sagittis?——
uerum auidi et tormenta rotant et molibus urguent.
ille nec ingestis nec terga sequentibus umquam
detrahitur telis, uacuoque sub aere pendens
plana uelut terra certus uestigia figat,
tendit et ingenti subit occurrente ruina:
amnis ut incumbens longaeui robora pontis
adsiduis oppugnat aquis; iam saxa fatiscunt
emotaeque trabes: tanto uiolentior ille
(sentit enim) maiore salo quassatque trahitque
molem aegram, nexus donec celer alueus omnes
abscidit et cursu uictor respirat aperto.
utque petita diu celsus fastigia supra
eminuit trepidamque adsurgens desuper urbem
uidit et ingenti Thebas exterruit umbra,

841 clusos δ : cl(a)usus Pω : clausos *coniecit Wernsdorf 115, cf. Vollmer 34;* clausus *frustra defendit Imhof interpretans: scalam bracchio interposito portans* 843 lumine ω : fulmine Pδ 847 falsus ω : fallus f : fallis ↑]falsus P[r] 854 lues Pω : luces L : dies *Bentley, sed conferunt edd. 11.274, Luc. 2.200* urbi P *(sc. esset)* : -bem ω, *edd. ante Kohlmann (sc. subiret), ineleganter* 857 ualidas Pδ : ualidas ↑]grauidas D[1] : grauidas ↑]uali(das) N[1]t[c] : grauidas ω, *uide ad 6.700* 857–59 *interpunxit Courtney; antea 858 in parenthesi ponebant* 859 et *(prius) om.* PD 867 Sentit P : Saeuit ω, *edd. ante Kohlmann,* saeuit...salo *in parenthesi ponentes*

increpat attonitos: †'humilesne Amphionis arces,
pro pudor, hi faciles, carmenque imbelle secuti,
hi, mentita diu Thebarum fabula, muri?†
et quid tam egregium prosternere moenia molli
structa lyra?' simul insultans gressuque manuque
molibus obstantes cuneos tabulataque saeuus
restruit: absiliunt pontes, tectique trementis
saxea frena labant, dissaeptoque aggere rursus
utitur et truncas rupes in templa domosque
praecipitat frangitque suis iam moenibus urbem.
  iamque Iouem circa studiis diuersa fremebant
Argolici Tyriique dei; pater, aequus utrisque,
aspicit ingentes ardentum comminus iras
seque obstare uidet. gemit inseruante nouerca
Liber et obliquo respectans lumine patrem:
'nunc ubi saeua manus, meaque heu cunabula flammae?
fulmen, io ubi fulmen?' ait. gemit auctor Apollo
quas dedit ipse domos; Lernam Thebasque rependit
maestus et intento dubitat Tirynthius arcu;
maternos plangit uolucer Danaeius Argos;
flet Venus Harmoniae populos metuensque mariti
stat procul et tacita Gradiuum respicit ira.
increpat Aonios audax Tritonia diuos,

873–75 *locus multum temptatus sed non sanatus; nec* -que *(874) nec* mentita...fabula *satis explicate sunt* 873 humilesne Pω : -que S : humilesne ↑ hae r^1 : haene illae *coniecit uel in codice inuenit Barth, Walker aliisque sequentibus fortasse recte* artes *coniecit Peyraredus cf. Housman (D 69) interpretantem: 'hine muri qui faciles secuti sunt Amphionis humiles artes carmenque inbelle?', sed non possum quin credam uocem* humiles *(si uera est) de moenibus non de Amphionis carminibus agere* 874 -que *om.* L^1, *add. s.l.* L^{σ} 875 Hi PK : Et ω : *in ras.* O : E- f 873–75 *notas interrogationis post* arces *et* muri, *notam exclamationis post* pudor, *comma post* secuti, *omnibus aliis distinctionis notis deletis, ponunt Garrod (*haene illae*), Williams (*humilesne*)* : *multi* mentita...fabula *in parenthesi uel inter commata ponunt, alii comma post* fabula *modo ponunt; fortasse conferre debemus 10.269–71; interpunxi cum edd. plerisque* 876 Et quid tam *Bentley ad. Hor. Sat. 2.3.283* : Et quidnam Pω, *fortasse recte, sed cf. Verg. Aen. 11.705* : Equidnam ↑ t *s.* Eq- f^2 : Et quid iam O : Ecquidnam *Baehrens* 879 Restruit QbTS : De- *ex* Re- $P^1B^1r^2$: De- DΘδOfMνCK : *ex* Destrait μ^1 : Detrahit ↑ /destruit t^1 : Detrahit N; restruit *defendunt Vollmer 29 cl. 4.550, Garrod cl. 10.527, Klotz cl. 'refigere', sed* destruit *uix spernendum est* tectique trementis *(*-tes L*)* ω : tectique trementis ↑ /lectique prementes t^1 : lectique prementes P, *unde* tectique prementis *legunt edd. inde a Kohlmann fortasse recte, sed uide ad 5.78* 886 inseruante PNtbC : *in ras.* L^1 : -er≡ante ↑ u B^1, infestante B^3*mg.* : inseruante ↑ /infestante $M^{\sigma}\nu^2$: inseruante ↑ infestare r^r : infestante *ex* inseruante μ^1 : infestante ΘδOfQK, /inseruante Θ^1*mg.* : infestare D nouercam D

Iunonem tacitam furibunda silentia torquent.
non tamen haec turbant pacem Iouis, ecce quierant
iurgia cum mediis Capaneus auditus in astris,
'nullane pro trepidis,' clamabat, 'numina Thebis
statis? ubi infandae segnes telluris alumni,
Bacchus et Alcides? piget instigare minores:
tu potius uenias (quis enim concurrere nobis
dignior?); en cineres Semelaeaque busta tenentur!
nunc age, nunc totis in me conitere flammis,
Iuppiter! an pauidas tonitru turbare puellas
fortior et soceri turres excindere Cadmi?'
 ingemuit dictis superum dolor; ipse furentem
risit et incussa santarum mole comarum,
'quaenam spes hominum tumidae post proelia Phlegrae?
tune etiam feriendus?' ait. premit undique lentum
turba deum frendens et tela ultricia poscit,
nec iam audet fatis turbata obsistere coniunx.
ipsa dato nondum caelestis regia signo
sponte tonat, coeunt ipsae sine flamine nubes
accurruntque imbres: Stygias rupisse catenas
Iapetum aut uictam supera ad conuexa leuari
Inarimen Aetnamue putes. pudet ista timere
caelicolas; sed cum in media uertigine mundi
stare uirum insanasque uident deposcere pugnas,

---

897 quierant PDδC : querant ↑ i *s.* -er- B^1 : quierant ↑ /queruntur L^{σ} : quierant ↑ ue *s.* -er- Θ^c : queruntur ↑ /quierant $\nu^2T^1W^1r^1$, quierunt r^r, queruntur Ntμb : queruntur ↑ ierunt Q^2 : silescunt *in ras.* O? : quierunt *Gronouius, Klotz, Williams qui interpretatur: tum quierunt dei quia auditus est Capaneus; sed sensus est: non tamen haec Iouem turbauerunt atque etiam alii dei quierant cum auditus est Capaneus; postea fremitus deorum redintegratus est (907), cf. Housman D 69–70, uide ad 5.420* 898 auditur NtC 901 piget ω : piget ↑ /pudet Θ^c : pudet PDtOς, *sed cf. Håkanson B67–68; sensus est: piget instigare minores quam te; si* pudet *legatur sensus sit: pudet instigare minores quam me; uide ad 9.275* 903 Semelaeaque *Housman C 75* : -leaque Pω, *edd.* 904 conitere ω : -icere bTW : conicere ↑ conuertere r^r : continere P : committere δ : conuertere O 906 Fortius PO 909 Quaenam ω : *ex* Quae non $L^{\sigma}B^3$: Quaenam ↑ /non N^1 : Quae non ↑ /nam t^1 : Quae non P, *Klotz sed cum* non *sensus claudicat* 916 aut uictam ωΣ : *ex* -tum L^{σ} : *ex* -t≡m t^1 : a. uiṭtam ↑ c B^3 : aut uinctam *ex* aut uictam K^2 : aut uictum *ex* -t≡≡ S^2 : aut uictum PΘδTr : aut supera uictam O : aut uinctam *(cf.* K^2*) Peyraredus, sed Gigantes, non montes, uincti sunt* : uictum aut *Kohlmann* : aut iterum *Damsté B 102; sed sensus est: putes montes, Gigantum carceres, a captiuis uictas esse; cf.* Σ: 'uictam: *superatam', Imhof, Williams, Håkanson B 68–69*

mirantur taciti et dubio pro fulmine pallent.
coeperat Ogygiae supra fastigia turris
arcanum mugire polus caelumque tenebris
auferri: tenet ille tamen, quas non uidet, arces,
fulguraque attritis quotiens micuere procellis,
'his' ait 'in Thebas, his iam decet ignibus uti,
hinc renouare faces lassamque accendere quercum.'
talia dicentem toto Ioue fulmen adactum
corripuit: primae fugere in nubila cristae,
et clipei niger umbo cadit, iamque omnia lucent
membra uiri. cedunt acies, et terror utrimque,
quo ruat, ardenti feriat quas corpore turmas.
[intra se stridere facem galeamque comasque
quaerit, et urentem thoraca repellere dextra
conatus ferri cinerem sub pectore tractat.]
stat tamen, extremumque in sidera uersus anhelat,
pectoraque inuisis obicit fumantia muris;
nec caderet, sed membra uirum terrena relinquunt,
exuiturque animus; paulum si tardius artus
cessissent, potuit fulmen sperare secundum.

---

920 tacite P dubio Pω : -ia ↑ o M^1 : -io ↑ i t^r : dubii *etiam coniecit Bentley sed cf. Williams cl. 2.445, Silu. 4.3.46* pallent Pδ : pendent ↑ /pallent N$^{1?}$t$^1\Theta^c$: pendent $\omega\Sigma$, *uide ad 7.222* 924 attristi...procellae P 932–34 *om.* Pω, *add. mg.* B^{3}r^{r}S^r : *habent in situ* DδOς; *spurios iudicauit Barth, multis consentientibus* 932 Intra *(*Inter δO*)* se stridere *codd* : intrantem ridere *Wiman 21 cl. 11.91* comasque DOς : -amque δ 933 Quaerit *codd.* : sentit *Imhof* : saeuit *Klotz* : questus *Garrod* : maeret *Brakman 261* repellere DOς : appe- ↑ re δ^1 934 ferri cinerem DOς : cinerem ferri δ 935 anhelat ω : anhelat ↑ /adhesit N^{1}t^1 : adhaesit P 936–11.46 *suppleuit* Q^r 937 Nec ω : Neç P^1(Q)^{1}r : Nec ↑ /ne Θ^1 : Ne O, *edd. (praeter Williams) comma post* muris, *punctum fortius post* caderet *ponentes; sed* nec *uindicauit Williams C 16–17 (A 1353) cl. i.a.* Σ*:* 'sed *pro nisi'*, *cf. Huxley 253–54* 938 paulum si Pω : -ūṣ si δ^1 : -um̸ ϕ si L : -um o si fMBC : -o si D 939 sperare PDδ : sperare ↑ /meruisse t^1 : meruisse ↑ /sperare N$^{1?}$: meruisse ω

LIBER VNDECIMVS

Postquam magnanimus furias uirtutis iniquae
consumpsit Capaneus expirauitque receptum
fulmen, et ad terras longe comitata cadentem
signauit muros ultricis semita flammae,
componit dextra uictor concussa plagarum
Iuppiter et uultu caelumque diemque reducit.
gratantur superi, Phlegrae ceu fessus anhelet
proelia et Encelado fumantem impresserit Aetnen.
ille iacet lacerae complexus fragmina turris,
toruus adhuc uisu memorandaque facta relinquens
gentibus atque ipsi non inlaudata Tonanti.
quantus Apollineae temerator matris Auerno
tenditur; ipsae horrent, si quando pectore ab alto
emergunt uolucres inmensaque membra iacentis
spectant, dum miserae crescunt in pabula fibrae:
sic grauat iniectus terras hostiliaque urit
arua et anhelantem caelesti sulphure campum.
respirant Thebae, templisque iacentia surgunt
agmina; iam finis uotis finisque supremis
planctibus, et natos ausae deponere matres.
at uaga pallentes campo fuga uoluit Achiuos.
nec iam hostes turmae aut ferrum mortale timetur:
omnibus ante oculos irae Iouis, omnibus ardent
arma metu galeaeque tonant, uisusque pauentes
ipse sequi et profugis opponere Iuppiter ignes.

---

8 fumanti *Håkanson B 68 cl. 12.414–15, Sil. 12.149, Claud. Rapt. Pros. 3.350* aetnen fμνBbr : aethẹnẹn ↑ a *s.* -e- *tertium* Θ[c] : etnē ↑ ethnam P[r] : (a)et(h)nam ω, *cf. Klotz: 'alia ratio est 10.917* aetnamue *(ante labialem)', Ach. 1.490 ubi similis permutatio; nominatiuus* Aetne *(Silu. 3.1.130), genetiuus* Aetnae *Ach. 1.824), ablatiuus* Aetna *(Theb. 1.458, 5.50, 6.716); uide ad 5.44* 21 pallentes P(Q) : palantes *ex* pallen- S[1] : palantes ω, *fortasse recte sed* pallentes *defendit Venini cl. 12.735–36, Ach. 1.484–85 (cf. Dilke ad loc.) etc.* 22 hostes Pς : hostiles ↑ /hostes D[1] : hostiles ↑ hostes B[1] : host≡≡es f : hostịḷes Θ[?] : hostiles ω Nec turmae hostiles ferrum aut mortale timetur *in ras.* t[r], *Barth* : Nec iam aut hostiles turmae ferrumue timetur *edd. uett.* : Nec iam hostes curae, aut ferrum mortale timetur *Walker, cf. Alton 185 cl. 9.159; de* hostes turmae *multum dubito* 25 et *om.* PD

instat Agenoreus miles caelique tumultu
utitur: indomitos ut cum Massyla per arua
armenti reges magno leo fregit hiatu
et contentus abit; rauci tunc comminus ursi,
tunc auidi uenere lupi, rabieque remissa
lambunt degeneres alienae uulnera praedae.
hinc premit Eurymedon, cui rusticus horror in armis,
rustica tela manu, patriumque agitare tumultus
(Pan illi genitor); tener hinc conatibus annos
egreditur iuuenemque patrem puer aequat Alatreus:
felices ambo, sed fortunatior ille,
quem genuisse iuuat; nec iam dinoscere promptum
quae magis arma sonent, quo plus eat hasta lacerto.
   artatur denso fugientum examine uallum.
quas uoluis, Gradiue, uices! modo moenia Cadmi
scandebant, sua nunc defendunt tecta Pelasgi.
ceu redeunt nubes, ceu circumflantibus Austris
alternus procumbit ager, ceu gurgite cano
nunc retegit bibulas, nunc induit aestus harenas.
expirat late pubes Tirynthia, alumni
exuuias imitata dei; trux maeret ab astris
Amphitryoniades Nemeaea in sanguine terga
et similes ramos similesque uidere pharetras.
stabat in Argolicae ferrato culmine turris
egregius lituo dextri Mauortis Enyeus
hortator; sed tunc miseris dabat utile signum
suadebatque fugam et tutos in castra receptus,
cum subitum obliquo descendit ab aere uulnus,
urguentisque sonum laeua manus aure retenta est,
sicut erat; fugit in uacuas iam spiritus auras,
iam gelida ora tacent, carmen tuba sola peregit.

---

27 indomitus LC   33 patriumque *(↑ e)* agitare *(↑ tabat)* P^r tumultus P : -tūs Θ^1 : -tus *ex* -tum δ^1 : -tum ↑ /tus N^1t^1 : -tum ω : ^{tu}multum r^2 40 *ante Venini notam interrogationis post* uices *ponebant*   44 induit P : induit ↑ /obruit δ^c : obruit ↑ /induit N^1t^1 : obruit ω, *fortasse recte*   45 Ex(s)pirat Pδ : Ex(s)pirat ↑ /Procumbit D^1t^1 : Proexpirat ↑ cumbit B^1 : Procumbit ω   46 imitata Pω : mutata *Alton 185 cl. 2.672, sed cf.* Σ *cl. 4.154–56*   ab astris PDδ : ab astris/ab alto t^1 : ab alto ↑ /astris Θ^1 : ab alto ωN   47 Nemeaea *Gronouius* : -mea P : -mea *uel* -m(a)e(a)e ω : -mee^{que} δ^1, *uide ad 1.575*   49 culmine PDδ : margine ↑ /culmine $N^1t^1\Theta^c$: margine ω   50 enyeus P : enipeus ω : enippeus DS : enipeus ↑ uri *s.* -nip- N^1 : euripeus ↑ /eru t^1 : euripeus δ   51 tunc PDtδ : tum ω   54 *om.* P   55 *in ras.* L^1 56 *post 91 in* L : *om.* δ, *add. mg.* δ^1L^1

iamque potens scelerum geminaeque exercita gentis
sanguine Tisiphone fraterna claudere quaerit
bell tuba: nec se tanta in certamina fidit
sufficere, inferna comitem ni sede Megaeram
et consanguineos in proelia suscitet angues.
ergo procul uacua concedit ualle solumque
ense fodit Stygio terraeque inmurmurat absens
nomen et (Elysiis signum indubitabile regnis)
crinalem attollit longo stridore cerasten:
caeruleae dux ille comae, quo protinus omnis
horruit audito tellus pontusque polusque,
et pater Aetnaeos iterum respexit ad ignes.
accipit illa sonum; stabat tunc forte parenti
proxima, dum coetu Capaneus laudatur ab omni
Ditis et insignem Stygiis fouet amnibus umbram.
protinus abrupta terrarum mole sub astris
constitit, exultant manes, quantumque profundae
rarescunt tenebrae, tantum de luce recessit.
excipit atra soror dextraeque innexa profatur:
'hac, germana, tenus Stygii metuenda parentis
imperia et iussos potui tolerare furores
sola super terras hostilique obuia mundo,
dum uos Elysium et faciles compescitis umbras.
nec pretium deforme morae cassique labores:
hoc quodcumque madent campi, quod sanguine fumant
stagna, quod innumero Lethaea examine gaudet
ripa, meae uires laeta insignia. sed quid
haec ego? Mars habeat, uulgataque iactet Enyo.
uidistis (Stygiis certe manifestus in umbris)

57–58 *et ante 92 et post 139 et hic mg.* L^1 57 exercita ω : exterrita P 59 tuba *recte defendunt Barth (cl. Iuu. 1.169), Garrod (cl. Claud. Rapt. Pros. 1.65), Damsté B 103 (cl. 8.345 inepte, cf. Håkanson B 69–70), cf. Σ: 'fratrum congressu Furia bella finire festinat' : defendit Venini interpretans: fraterni proelii fine, cl. 8.154 uix ueri similiter : Kohlmann, multis approbantibus: 'corruptum puto et repetitum ex u. 56', sed uide ad 5.692 : emendatorum alii credunt agi de proelii fraterni initio, e.g.* manu *Imhof* : acie *Baehrens 844 (cf. 1.1, 184), alii de fratrum mortibus, e.g.* fraterno...rogo *Sandstroem 53*. fraterno...obitu *Miedel 31 (cf. Håkanson B 69–70 cl. 2.118)* : pyra *Postgate* fidir P : *ex* figit δ^1 : fidit ↑ /retur $D^{?}$: retur ↑ /fidit N^1t^1 : retur ω 62 concedit PNtfMLQBr : conse- *ex* conce- $O^{\sigma}\mu^{?}\nu^{2}$: conse- DΘδ, *edd. ante Klotz: 'perfectum ferri nequit', cf. Williams B 143–44 cl. i.a. Ou. Met. 11.183–85* 68 respexit PDNtO : pro- ω 69 tunc PDtδB : tum ωN 81 madet P 85 Vidisti Pς, *edd. inde a Kohlmann fortasse recte sed cf. 79, 89*

sanguine foedatum rictus atroque madentem
ora ducem tabo: miserum insatiabilis edit
me tradente caput. modo nempe horrendus ab astris
descendit uos usque fragor: me sacra premebat
tempestas, ego mixta uiri furialibus armis
bella deum et magnas ridebam fulminis iras.
sed iam (effabor enim) longo sudore fatiscunt
corda, soror, tardaeque manus; hebet infera caelo
taxus et insuetos angues nimia astra soporant.
tu, cui totus adhuc furor exultantque recentes
Cocyti de fonte comae, da iungere uires.
non solitas acies nec Martia bella paramus,
sed fratrum (licet alma Fides Pietasque repugnent,
uincentur), fratrum stringendi comminus enses.
grande opus! ipsae odiis, ipsae discordibus armis
aptemur. quid lenta uenis? agedum elige cuius
signa feras. ambo faciles nostrique; sed anceps
uulgus et adfatus matris blandamque precatu
Antigonen timeo, paulum ne nostra retardent
consilia. ipse etiam, qui nos lassare precando
suetus et ultrices oculorum exposcere Diras,
iam pater est: coetu fertur iam solus ab omni
flere sibi. atque adeo moror ipsa inrumpere Thebas
adsuetumque larem. tibi pareat impius exul,
Argolicumque impelle nefas; neu mitis Adrastus
praeualeat plebesque, caue, Lernaea moretur.
uade, et in alternas inimica reuertere pugnas.'
   talia partitae diuersum abiere sorores:
ut Notus et Boreas gemino de cardine mundi,
hic niue Rhipaea, Libycis hic pastus harenis,
bella cient: clamant amnes, freta, nubila, siluae,
iamque patent strages; plangunt sua damna coloni
et tamen oppressos miserantur in aequore nautas.

---

87 miserum ω : -ris P, *unde* miseri *coniecit Vollmer 33 fortasse recte* : *'haud scio an* miser *legendum sit' Klinnert*   89 me P, *Schrader* : mea ω   90 uiri *(i.e. Capanei)* ω : -is *ex* -i B² : -is P   *post 91 in* L *leguntur 56–58*   98 *ante Walker* fides, pietasque *scribebant. sed cf Beraldum interpretantem: 'licet alma Fides et Pietas obstent'*   104 timeo paulum, ne *Jortin I 236*   retardent PDt : -det ω; *citant edd* Σ *11 383: 'dixerat Furia:* blandamque...retardet consilia'. *sed. uocibus* sed...matris *omissis. non mirum est* retardet *pro* retardent *legi*   117 plangunt Pω : deflent *Seru ad Aen 12 452*   118 aequore ω, *Seru* : -re *ex* -ra f²M$^{\sigma}$$\nu^1$: -ra PNtμr

illas ut summo uidit pater altus Olympo
incestare diem trepidumque Hyperionis orbem
suffundi maculis, toruo sic incohat ore:
'uidimus armiferos, quo fas erat usque, furores,
caelicolae, licitasque acies, etsi impia bella
unus init ausus que mea procumbere dextra.
nunc par infandum miserisque incognita terris
pugna subest: auferte oculos! absentibus ausint
ista deis lateantque Iouem; sat funera mensae
Tantaleae et sontes uidisse Lycaonis aras
et festina polo ducentes astra Mycenas.
nunc etiam turbanda dies: mala nubila, tellus,
accipe, secedantque poli: stat parcere mundo
caelitibusque meis; saltem ne uirginis almae
sidera, Ledaei uideant neu talia fratres.'
sic pater omnipotens, uisusque nocentibus aruis
abstulit, et dulci terrae caruere sereno.
  iamque per Argolicas Erebo sata uirgo cohortes
uestigat Polynicis iter portisque sub ipsis
inuenit, incertum leto tot iniqua fugane
exeat, et dubios turbabant omina sensus.
uiderat, obscura uallum dum nocte pererrat
aeger consilii curisque nouissima uoluens,
coniugis Argiae laceram cum lampade maesta
effigiem (sunt monstra deum: sic ire parabat,
has latura uiro taedas erat!): ergo roganti,
quae uia quisue dolor, cur maesta insignia, tantum
fleuerat atque manu tacitos auerterat ignes.
scit mentem uidisse nefas; etenim unde Mycenis
adforet et uallum coniunx inopina subiret?

---

124 aususque PδO : aususque ↑ /dignus(que) D^{1}L$^\sigma$: dignusque ↑ /ausus Θ^1 : dignusque *ω*   mea procumbere dextra P*ω* : meā procumbere dextrā B^1, *add.* contempnere B^1*mg.* : mea procumbere dextra ↑ /meam/contempnere dextram Θ^1 : meam contempnere dextram O : *ex* mea c. d. δ^c : meam contenpnere dextram ↑ mea procumbere dextra D^1 126 ausint *ω* : *ex* absint P^c : a≡sit δ^1, ausint δ^r*mg.* : absint *ex* ausint D$^?$: an sint C   131 mundo Pt, /soli *(ex* caelo*?)* t^1*mg.* : caelo DΘδf : *ex* ≡≡≡≡≡ ν^1 : caelo ↑ /soli O$^\sigma$S^2 : soli ↑ (/)caelo N^{1}M$^\sigma$: soli μbTr : *in* L *uersus bis scriptus, priore loco ultima uoce omissa,* soli/celo *add.* L$^\sigma$, *posteriore* celo *scriptum; alter uersus deletus a* L$^\sigma$ 132 Caelitibusque P*ω* : Caelitibusque ↑ /sideribus Θ^1 : Syderibusque ↑ /caelestibus D^{1}O$^\sigma$: Sideribusque δB   133 *om.* P   138 *post 139 in* P   139 turbarant P, *edd. inde a Kohlmann, sed uereor ne* turbarant *ob* uiderat *(140) ortum sit*   *post* 139 *in* L *leguntur 57–58, del.* L^1 142 laceram...maesta P : -ra...-tam *ω*   145 Quae P*ω* : quo *Schrader*   146 tacitos PO : timidos ↑ /tacitos t^{1}Θ^1 : timidos *ω*

sed fati monitus uicinaque funera sentit,
ac sentire timet. cum uero Acherontis aperti
Dira ter admoto tetigit thoraca flagello,
ardet inops animi, nec tam considere regno
quam scelus et caedem et perfossi in sanguine fratris
expirare cupit, subitusque adfatur Adrastum:
'sera quidem, extremus socium gentisque superstes
Argolicae, consulta, pater, iam rebus in artis
adgredior; tunc tempus erat, cum sanguis Achiuum
integer, ire ultro propriamque capessere pugnam,
non plebis Danaae florem regumque uerendas
obiectare animas, ut lamentabile tantis
urbibus induerem capiti decus. ast ea quando
praeteriit uirtus, nunc saltem exoluere fas sit
quae merui. scis namque, socer, licet alta recondas
uulnera et adflictum generi uereare pudorem:
ille ego sum qui te pacem et pia iura regentem
(infelix utinamque aliis datus urbibus hospes!)
extorrem patria regnoque —— sed exige tandem
supplicium: fratrem suprema in bella (quid horres?
decretum est fixumque) uoco; desiste morari,
nec poteris. non si atra parens miseraeque sorores
in media arma cadant, non si ipse ad bella ruenti
obstet et extinctos galeae pater ingerat orbes,
deficiam. anne bibam superest quodcumque cruoris
Inachii et uestris etiamnum mortibus utar?
uidi ego me propter ruptos telluris hiatus,
nec subii; uidi exanimum fecique nocentem
Tydea; me Tegee regem indefensa reposcit,
orbaque Parrhasiis ululat mihi mater in antris.

150–51 aperti Dira P : operti Diua ω, *uide ad 6.567* 153 perfossi in ω : *om.* in PtδCb : perfossum *(om.* in*)* r : percussum *(om.* in*)* b : perfossi ↑/fusus *(om.* in*)* D^{σ} : perfusus *etiam coniecit Housman apud Wilkins et F 37* -ne fratris ↑ u /fratrum D^{σ} : -ne fratrem r 158 propriamque PtδOB : propriamque ↑ /primam D^{σ} : propriam primamque L^1 : primamque ↑/propriam Θ^c : priamque f : primamque ω : *om.* -que N : -mumque ↑ a r^2 : priuamque ς, *Burmann* 161 ast ea DδOB : aspera ↑ /ast ea $\Theta^1T^1r^1$: aspera Pω, *edd. sed cf. Håkanson B 70–71*; *uide ad 4.761* 162 Praeteriit PδO : Praecepit ω 165 tegentem *Garrod* 167 extorris *Schrader, sed recte* Σ: *'extra fines patrios te coegi bella suscipere'* 170–71 non...non ω : nec...non P : nec...nec ς 175 me PDOνCb : *ex* -met QBKg : -met ω : me' δ^1 : *om.* μ, *add. s.l. post* propter μ^1 177 tegee Pω : -eae tΘOC : -ea *Klotz, fortasse recte, uide ad 4.287, 5.44, cf. Dilke ad Ach. 1.415* indefensa PQ : -essa ↑ n t^1 : -essa ω

ipse nec Ismeni ripas, dum stagna cruentat
Hippomedon, Tyrias potui nec scandere turres,
dum tonat, et tecum, Capaneu, miscere furores.
quis tantus pro luce timor? sed digna rependam.
conueniant ubi quaeque nurus matresque Pelasgae
longaeuique patres, quorum tot gaudi carpsi
orbauique domos: fratri concurro, quid ultra est?
spectent et uotis uictorem Eteoclea poscant.
iamque uale, coniunx, dulcesque ualete Mycenae!
at tu, care socer, (nec enim omnis culpa malorum
me penes, et superi mecum Parcaeque nocentes)
sis lenis cineri, meque haec post proelia raptum
alitibus fratrique tegas urnamque reportes,
hoc tantum, et natae melius conubia iungas.'
  ibant in lacrimas, ueluti cum uere reuerso
Bistoniae tepuere niues, summittitur ingens
Haemus et angustos Rhodope descendit in amnes.
coeperat et leni senior mulcere furentem
adloquio: scidit orsa nouo terrore cruenta
Eumenis, alipedemque citum fataliaque arma
protinus, Inachii uultus expressa Pherecli,
obtulit ac fidas exclusit casside uoces.
ac super haec: 'abrumpe moras, celeremus! et illum
aduentare ferunt portis.' sic omnia uicit,
correptumque iniecit equo; uolat aequore aperto
pallidus instantemque deae circumspicit umbram.
  sacra Ioui merito Tyrius pro fulmine ductor
nequiquam Danaos ratus exarmasse ferebat.
nec pater aetherius diuumque has ullus ad aras,
sed mala Tisiphone trepidis inserta ministris
astat et inferno praeuertit uota Tonanti.
'summe deum, tibi namque meae primordia Thebae

---

183 ubi quaeque *Weber (Heinsius secundum Kohlmann) cl. Verg. Aen. 7.400 'ubi etiam nonnulli codd. habent* ubicumque' : ubicumque Pω; *Klotz cft 12.23*   186 *habent* Pω : *om.* N[1]fM[1]LQ[1]br[1], *add.* N[1?]M[?]Q[2]r[r]   188 nec enim Pω : non *(om.* enim*)* δ : *an* neque enim*? uide ad 8.5*   191 tegas Pω : tegas ↑ /negas Q[2] : tegas ↑ /neges N[1]t[1] : neges δ, *add.* /tegas δ[1]*mg.*   urnamque ↑ a *s.* -am- Q[2] : -naque νC   reportes Pω : reportes ↑ /reponas Θ[1]O[σ] : reponas ↑ (/)reportes D[1]Q[1] : reponas ↑ /reportas L[σ] : reportas f : reponas νCbTr   195 r(h)odope PtδO : -es ω   197 orsa Pω : ossa f : ipsa *Prisc. 2.516.23*   199 pherecli P : pherichi O : *in ras.* B : perichi ↑ h *s.* pe- N[1]t[1] : perichi ω : pericli f, *edd. uett.* : -la ↑ i δ[1] : pherali Q : Perinthi *edd. plerique inde a Gronouio*   200 exclusit ω : -cussit r : -cludit ↑ s t[1] : -cludit Pδ, *fortasse recte, uide ad 1.340, 4.645*

(liueat infandum licet Argos et aspera Iuno)
debent, Sidonios ex quo per litora raptor
turbasti thiasos, dignatus uirgine nostra
terga premi et placidas falsum mugire per undas.
nec te uana fides iterum Cadmeia adeptum
conubia et Tyrios nimium inrupisse penates:
tandem, inquam, soceros dilectaque moenia gratus
respicis adsertorque tonas; ceu regia caeli
attemptata tui, sic te pro turribus altis
uidimus urguentem nubes, laetique benignum
fulmen et auditos proauis agnouimus ignes.
accipe nunc pecudes et magni turis aceruos
uotiuumque marem; dignas sed pendere grates
haud mortale opus est; certent tibi reddere Bacchus
noster et Alcides, illis haec moenia seruas.'
dixerat: ast illi niger ignis in ora genasque
prosiluit raptumque comis diadema cremauit.
tunc ferus ante ictum spumis delubra cruentat
taurus et obstantum mediis e coetibus exit
turbidus insanoque ferens altaria cornu.
diffugiunt famuli, et regem solatur haruspex.
ipse instaurari sacrum male fortis agique
imperat, et magnos ficto premit ore timores.
qualis ubi implicitum Tirynthius ossibus ignem
sensit et Oetaeas membris accedere uestes,
uota incepta tamen libataque tura ferebat
durus adhuc patiensque mali; mox grande coactus
ingemuit, uictorque furit per uiscera Nessus.
nuntius exanimi suspensus pectora cursu
Aepytus ad regem portae statione relicta
tendit et haec trepido uix intellectus anhelat:
'rumpe pios cultus intempestiuaque, rector,
sacra deum: frater muris circum omnibus instat
portarumque moras frenis adsultat et hastis,
nomine te crebro, te solum in proelia poscens.

---

215 adeptum ω : -e≡p- B : -demp- Pν^1C : deptum L 217 inquam ω : umquam ↑ /in t^1 : umquam P : in qua O dilectaque ω : dil- ↑ e Θ^1 : del- B : deiectaque P 221 a(d)gnouimus ωΣ : agnoscimus P, *fortasse recte sed cf.* Σ: 'agnouimus ignes: *fulmina...didicimus'* 222 *'an* magnos?' *Wilkins sed cft Venini Luc. 10.540* 225 seruas P : -ua ω 230 -que ferens PBς : ≡ferens ↑ i *s.* -re- $L^{\sigma}Q^1$: feriens ↑ /que ferens Θ^c : feriens ω 235 Sentit P accendere Θ : -cend- P 236 t(h)ura Pω : tura ↑ /iura Θ^1 : iura NtfMμνB : *ex* uira Q^1, *cf. 6.377*

flent maesti retro comites, et uterque loquenti
aggemit et pulsis exercitus obstrepit armis.
ille uocat. nunc tempus erat, sator optime diuum!
quid meruit Capaneus?' turbatus inhorruit altis
rex odiis, mediaque tamen gauisus in ira est.
sic ubi regnator post exulis otia tauri
mugitum hostilem summa tulit aure iuuencus
agnouitque minas, magna stat feruidus ira
ante gregem spumisque animos ardentibus efflat,
nunc pede toruus humum, nunc cornibus aera findens;
horret ager, trepidaeque expectant proelia ualles.
  nec desunt regni comites: 'sine moenia pulset
inritus.' 'ille autem fractis huc audeat usque
uiribus?' 'hic miseris furor est instare periclo,
nec librare metus et tuta odisse.' 'resiste
hic fretus solio, nos propulsabimus hostem,
nos bellare iube.' sic proxima turba, sed ardens
ecce aderat luctu dicturusque omnia belli
libertate Creon: urit fera corda Menoeceus;
nulla patri requies, illum quaeritque tenetque;
illum sanguineos proflantem pectore riuos

246–49 *quod olim bene intellegebant (cf. e.g. Beraldum interpretantem: 'moesti eius comites plorant pone, et utraque acies clamanti adgemit, et obstrepit percussis clypeis. frater fratrem prouocet! nunc tempus esset, genitor optime Deorum, mittendi fulminis. quid Capaneus atrocius commisit?', Σ, apud Weber laudatum: 'tam hostis quam amicus obstrepit clamanti et prouocanti te Polynici; ille tamen non cessat'), id nunc perturbant edd. aliique,* uocat *(i.e. in proelium prouocat, cf. Verg. Aen. 11.375, 442) non intellegentes. Kohlmann,* rumpe...Capaneus *(242–49) Aepyto recte attribuens, ita interpunxit ut sensus fieret: ille (Polynices, recte) uocat: 'nunc...Capaneus?' : Wilkins,* flent...uocat *(246–48) Statio narratori non Aepyto attribuens,* ille...Capaneus *(248–49) intellegere uidetur: ille (Eteocles) uocat: 'nunc...Capaneus?' : item Mozley,* et uterque...armis *(246–47) mirabiliter interpretans : Damsté B 104–05,* ille...Capaneus *(248–49) non aliter ac Wilkins interpretans,* rumpe...armis *(242–47) Aepyto attribuit : Alton 185* interque loquenti *(246) coniecit cl. Verg. G. 2.349, 366, sed de uu. sqq. nil docuit* 248 nunc PDOfMμB : tunc *ex* nunc $\delta^r L^\sigma$: nunc ↑ /tunc t^1 : tunc ↑ n Q^2 : tunc NνCbTrK, *e 157?* 253 ira̲e̲ P^1, *unde 'an* magnae...irae*?' Klotz* 254 efflat PδO : efflat ↑ /offert t^1 : offert ↑ /efflat N^1 : offert *(*↑ /efflat*)* /effert Θ^c : offert ω 256 ualles Pω : uaccae ↑ /ualles $D^1\nu$: uaccae δO, *edd. uett.;* ualles *defendit Gronouius cl. Hor. Epod. 2.13–14, Ou. Met. 5.164–65, Verg. G. 3.471–73 et Seru. ad loc.: 'loca pro animantibus posuit', Theb. 2.323–24, Mart. 3.58.10* 257 regni Pω : regni ↑ /regi N^1t^1 : regi ↑ n Θ^c : regi DδOμνC, *edd. ante Kohlmann fortasse recte, cf. 10.349* 261 Hic PfCQK : Hoc *ex* Hic B^3 : Hoc ω 263 omnia ω : omina *ex* omnia $P^r f^r$: omina DδO, *uide ad 2.196*

aspicit et saeua semper de turre cadentem.
ut dubium et pugnas cunctantem Eteoclea uidit,
'ibis' ait 'neque te ulterius fratremque ducemque,
pessime, funeribus patriae lacrimisque potentem,
Eumenidum bellique reum, patiemur inulti.
sat tua non aequis luimus periuria diuis.
urbem armis opibusque grauem et modo ciuibus artam,
ceu caelo deiecta lues inimicaue tellus,
hausisti, uacuamque tamen sublimis obumbras?
deest seruitio plebes: hos ignis egentes
fert humus, hos pelago patrius iam detulit amnis;
hi quaerunt artus, illi anxia uulnera curant.
redde agedum miseris fratres natosque patresque,
redde aruis domibusque uiros! ubi maximus Hypseus
finitimusque Dryas? ubi Phocidos arma sonorae
Euboicique duces? illos tamen aequa duelli
fors tulit ad manes: at tu (pudet), hostia regni,
hostia, nate, iaces, ceu mutus et e grege sanguis
(ei mihi) primitiis ararum et rite nefasto
libatus iussusque mori: et cunctabitur ultra
iste nec, aduerso nunc saltem Marte uocatus,
stabit? an in pugnas alium iubet ire profanus
Tiresias iterumque meos oracula nectit
in gemitus? quid enim misero super unicus Haemon?
ille iube subeat, tuque hinc spectator ab alta
turre sede! quid saeua fremis famulamque cohortem
respectas? hi te ire uolunt, hi pendere poenas;
ipsa etiam genetrix ipsaeque odere sorores.
in te ardens frater ferrum mortemque minatur

---

268 et Pω : *s.l.* N^1 : *om.* ΘfMCQB 269 fratremque ducemque P : -rumque ducumque ω : *ex* -rumque tuumque Q^1 270 potentem Pω : potẹntum ↑ itum Q^2 : potentem/potitum $\Theta^1 O^\sigma$: potitum ↑ /tentem D^σ : potitum NtM$\mu\nu$CbTr 274 deiecta PδO : deiecta ↑ /demissa D^1t^1 : demissa ω : dimissa Θf : diuersa ↑ mis Q^2 tellus P$\omega\Sigma$: labes *Schrader* : pestis *Baehrens* : *'an* tabes?' *Klotz qui tamen recte* tellus *defendit in Addendis cl.* Σ*:* 'inimicaue tellus*: quae negando fruges sterilitate homines afficit', cf. Housman D 70 cl. Luc. 5.109–11* : Tethys *Alton 185* 276 Deest Pω : Desunt *ex* Deest μ^2 : Desunt f : Defit C : Deest nunc br : Dees iam O *in ras.* : iam deest *uel* deest iam *edd. nonnulli sed uide ad 2.551, 4.112, 7.271* 278 anxia PδO : anxia ↑ /ardua D^1Q^1 : ardua ω, *edd. ante Kohlmann unde* arida *coniecit Mueller B 198 cl. 608; uide ad 4.761* 283 Sors bK, *add.* Fors b^1*mg., uide ad 1.661* 285 ararum POBΣ, *Prisc. 3.34.20* : ararum ↑ /armorum D^1L^σ : armorum ↑ /ararum $N^{1?}t^1\Theta^1T^1r^1$: armorum ω : annorum K, *cf.* Σ*:* 'primitiis ararum*: primitiae proprie dicuntur primae fruges diis oblatae'*

saeuaque portarum conuellit claustra, nec audis?'
sic pater infrendens, miseraque exaestuat ira.
ille sub haec, 'non fallis' ait 'nec te incluta nati
fata mouent. canere illa patrem et iactare decebat,
sed spes sub lacrimis, spes atque occulta cupido
his latet: insano praetendis funera uoto,
meque premis frustra uacuae ceu proximus aulae.
non ita Sidoniam Fortuna reliquerit urbem,
in te ut sceptra cadant, tanto indignissime nato.
nec mihi difficilis praesens uindicta —— sed arma,
arma prius, famuli! coeant in proelia fratres.
uult gemitus lenire Creon. lucrare furorem:
uictori mihi cuncta lues.' sic iurgia paulum
distulit atque ensem, quem iam dabat ira, repressit.
ictus ut incerto pastoris uulnere serpens
erigitur gyro longumque e corpore toto
uirus in ore legit; paulum si deuius hostis
torsit iter, cecidere minae tumefactaque frustra
colla sedent, irasque sui bibit ipse ueneni.
at genetrix, primam funestae sortis ut amens
expauit famam (nec tarde credidit), ibat
scissa comam uultusque et pectore nuda cruento,
non sexus decorisue memor: Pentheia qualis
mater ad insani scandebat culmina montis,
promissum saeuo caput adlatura Lyaeo.
non comites, non ferre piae uestigia natae
aequa ualent: tantum miserae dolor ultimus addit
robur, et exangues crudescunt luctibus anni.
iamque decus galeae, iam spicula saeua ligabat
ductor et ad lituos hilarem intrepidumque tubarum
prospiciebat equum, subito cum apparuit ingens
mater, et ipse metu famulumque expalluit omnis
coetus, et oblatam retro dedit armiger hastam.
'quis furor? unde iterum regni integrata resurgit
Eumenis? ipsi etiam post omnia, comminus ipsi
stabitis? usque adeo geminas duxisse cohortes
et facinus mandasse parum est? quo deinde redibit

296 audis Pω : audis ↑ /des Θ^c : audes *ex* -dis T^2 : audes ↑ /(au)dis $D^{\sigma}O^{\sigma}$: audes LBbK, *uide ad 5.169* 317 uultusque Pδ : -tuque ω 321 piae POς : piae ↑ /ipse D^1 : ipsae ↑ /pie Θ^c : ipsae ω 325 intrepidumque Pω : intredumque ↑ pi f^2 : trepidumque *Gronouius tacite et fortasse per errorem, sed cf. Paratore 145*

uictor? in hosne sinus? o diri coniugis olim
felices tenebrae! datis, improba lumina, poenas:
haec spectanda dies. quo, saeue, minantia flectis
ora? quid alternus uultus pallorque ruborque
mutat, et obnixi frangunt mala murmura dentes?
me miseram! uinces? prius haec tamen arma necesse est
experiare domi: stabo ipso in limine portae
auspicium infelix scelerumque inmanis imago.
haec tibi canities, haec sunt calcanda, nefande,
ubera, perque uterum sonipes hic matris agendus.
parce: quid oppositam capulo parmaque repellis?
non ego te contra Stygiis feralia sanxi
uota deis, caeco nec Erinyas ore rogaui.
exaudi miseram: genetrix te, saeue, precatur,
non pater; adde moram sceleri et metire quod audes.
sed pulsat muros germanus et impia contra
bella ciet? non mater enim, non obstat eunti
ulla soror: te cuncta rogant, hic plangimus omnes;
ast ibi uix unus pugnas dissuadet Adrastus,
aut fortasse iubet. tu limina auita deosque
linquis et a nostris in fratrem amplexibus exis?'
at parte ex alia tacitos obstante tumultu
Antigone furata gradus (nec casta retardat
uirginitas) uolat Ogygii fastigia muri
exuperare furens; senior comes haeret eunti
Actor, et hic summas non duraturus ad arces.
utque procul uisis paulum dubitauit in armis,
agnouitque (nefas!) iaculis et uoce superba
tecta incessentem, magno prius omnia planctu
implet et ex muris ceu descensura profatur:
'comprime tela manu paulumque hanc respice turrem,

334–35 *ante Housman (D 70–71) punctum post* poenas *et notam interrogationis post* dies *ponebant* 336 alternus ω : *ex* -nis M^1 : -nos *ex* -nus r^2S^2 : -ịus ↑ n Θ^1, /alternos *add.* Θ^2*mg.* : -nos ↑ /nus D^σ : -nos PδOν 338 *interpunxi;* miseram, uinces! *interpungunt edd.* 346 saeua P 349 *punctum modo post* ciet *posuerunt Walker aliique* 350 *recte interpunxit Weber* : *punctum post* soror *maluit Housman D 71* : *punctum post* omnes *posuerunt plerique* 361 incessentem PDtΘδνB : -antem *ex* -entem μ^2 : -entem *ex* -antem M^1L : -antem NOfQbrg[1], *cf. Eutych. GL 5.483.2: 'cuius* [*uerbi 'incessere'*] *idem imperatiuum libro XI* [*389*]*:* solumque...moras. *licet in eodem libro participium quasi frequentatiuum ut a prima coniugatione ueniens lectum est:* tecta incessantem*'; sed cf. Klotz E 484* 363 turrem Pω : -im DNtΘQ^2, *uide ad 3.356*

frater, et horrentes refer in mea lumina cristas!
agnoscisne hostes? sic annua pacta fidemque
poscimus? hi questus, haec est bona causa modesti
exulis? Argolicos per te, germane, penates
(nam Tyriis iam nullus honos), per si quid in illa
dulce domo, summitte animos: en utraque gentis
turba rogant ambaeque acies; rogat illa suorum
Antigone deuota malis suspectaque regi,
et tantum tua, dire, soror. saltem ora trucesque
solue genas; liceat uultus fortasse supremum
noscere dilectos et ad haec lamenta uidere
anne fleas. illum gemitu iam supplice mater
frangit et exertum dimittere dicitur ensem:
tu mihi fortis adhuc, mihi, quae tua nocte dieque
exilia erroresque fleo iam iamque tumentem
placaui tibi saepe patrem? quid crimine soluis
germanum? nempe ille fidem et stata foedera rupit,
ille nocens saeuusque suis; tamen ecce uocatus
non uenit.' his paulum furor elanguescere dictis
coeperat, obstretperet quamquam atque obstaret Erinys;
iam summissa manus, lente iam flectit habenas,
iam tacet; erumpunt gemitus, lacrimasque fatetur
cassis; hebent irae, pariterque et abire nocentem
et uenisse pudet: subito cum matre repulsa
Eumenis eiecit fractis Eteoclea portis
clamantem: 'uenio, solumque quod ante uocasti
inuideo; ne incesse moras, grauis arma tenebat
mater; io patria, o regum incertissima tellus,
nunc certe uictoris eris!' nec mitior ille,
'tandem,' inquit, 'scis, saeue, fidem et descendis in aequum?
o mihi nunc primum longo post tempore frater,
congredere: hae leges, haec foedera sola supersunt.'
sic hostile tuens fratrem; namque uritur alto
corde quod innumeri comites, quod regia cassis
instratusque ostro sonipes, quod fulua metallo
parma micet, quamquam haud armis inhonorus et ipse

366 Poscimus Pω : -mur *ex* -mus r^r S², *Schrader* : -mus ↑ /tur Θ² 367–69 oro, *uide ad 9.632–33* 370 illa Pω : ipsa D 374 Noscere Pω : *ex* Po- C² : Noscę ↑ i P¹, *unde* nosci *Housman, cl. Verg. Aen. 3.61* 379 saepe P : saeue ω, *fortasse e 335, 346, 381, 393 etc., sed uide ad 9.370, 5.692* 391 io PΘδBQ : o ↑ /io N¹t¹ : enim o *ex* io D? : enim o br : o ↑ et ν² : o fMLμK : et o O 393 et *om.* Pδ descendit PL¹ aequam P

nec palla uulgare nitens: opus ipsa nouarat
Maeoniis Argia modis ac pollice docto
stamina purpureae sociauerat aurea telae.
  iamque in puluereum Furiis hortantibus aequor
prosiliunt, sua quemque comes stimulatque monetque.
frena tenent ipsae phalerasque et lucida comunt
arma manu mixtisque iubas serpentibus augent.
stat consanguineum campo scelus, unius ingens
bellum uteri, coeuntque pares sub casside uultus.
signa pauent, siluere tubae, stupefactaque Martis
cornua; ter nigris auidus regnator ab oris
intonuit terque ima soli concussit, et ipsi
armorum fugere dei: nusquam incluta Virtus,
restinxit Bellona faces, longeque pauentes
Mars rapuit currus, et Gorgone cruda uirago
abstitit, inque uicem Stygiae rubuere sorores.
prominet excelsis uulgus miserabile tectis,
cuncta madent lacrimis et ab omni plangitur arce.
hinc questi uixisse senes, hinc pectore nudo
stant matres paruosque uetant attendere natos.
ipse quoque Ogygios monstra ad gentilia manes
Tartareus rector porta iubet ire reclusa.
montibus insidunt patriis tristique corona
infecere diem et uinci sua crimina gaudent.
  illos ut stimulis ire in discrimen apertis
audit et sceleri nullum iam obstare pudorem,
aduolat et medias inmittit Adrastus habenas,
ipse quidem et regnis multum et uenerabilis aeuo.
sed quid apud tales, quis nec sua pignora curae,
exter honos? tamen ille rogat: 'spectabimus ergo hoc,

---

404 monetque P : regitque ↑ /monet N^1t^1 : regitque ↑ /mouet(que) $\Theta^c\nu^2$: mouetque ↑ /regit D^1O^σ : mouetque QB : regitque ω, *uide ad 3.721*   409 pauent PO : tacent ω   415 Abstitit ω : Obs- ↑ A N^1 : Obs- $PtOL^\sigma BK$ rubuere Pω : subiere *Bentley* : rediere *Schrader, sed cf. 7.48*   426 medias inmittit...habenas Pω : m. ~~se~~ immittit h. N : m. ≡≡immittit...h. t : m. summittit...h. C : mediis se inmittit...habenis δ   427 et *(prius)* PDtO : *s.l.* N^1 : *om.* ω   428 quis nec ω : q. nunc P : q. ne δ : quae non *Prisc. GL 2.85.6*   429 Exter honos NδK : *ex* Exter ≡≡≡≡≡ t^1 : *ex* Extet honos P^1 : Externos ↑ ho. *s.* -rn- D^r, sic Priscianus in tractatu comparato *add. mg.* D^r : Exterϕ≡no[s] B^1 : Exter‿nos L^σ : Externos ω : Alternos ↑ /ex(ternos) Θ^1g^2 : Alternos fMμC, *quod defendit Gronouius legens:* curae? alternos tamen etc.*: sed cf. Prisc. 2.85.6: ' "exter" quoque inuenitur, ut Statius in XI Thebaidos:* sed quid apud tales quae non sua pignora curae exter honos?'   429 hoc PNtδ : *om.* ω

Inachidae Tyriique, nefas? ubi iura deique?
bella ubi? ne perstate animis. te deprecor, hostis
(quamquam, haec ira sinat, nec tu mihi sanguine longe),
te, gener, et iubeo; sceptri si tanta cupido est,
exuo regales habitus, i, Lernan et Argos
solus habe!' non uerba magis suadentia frangunt
accensos sumptisque semel conatibus obstant,
quam Scytha curuatis erectus fluctibus umquam
Pontus Cyaneos uetuit concurrere montes.
ut periisse preces geminoque ad proelia fusos
puluere cornipedes explorarique furentum
in digitis ammenta uidet, fugit omnia linquens,
castra, uiros, generum, Thebas, ac fata monentem
conuersumque iugo propellit Ariona: qualis
demissus curru laeuae post praemia sortis
umbrarum custos mundique nouissimus heres
palluit, amisso ueniens in Tartara caelo.
non tamen indulsit pugnae cunctataque primo
substitit in scelere et paulum Fortuna morata est.
bis cassae periere uiae, bis comminus actos
auertit bonus error equos, puraeque nefandi
sanguinis obliquis ceciderunt ictibus hastae.
tendunt frena manu, saeuis calcaribus urguent
inmeritos; mouet et geminas uenerabile diuum
prodigium turmas, alternaque murmura uoluunt
mussantes: iterare acies, procurrere saepe
impetus et totum miseris opponere bellum.
iamdudum terris coetuque offensa deorum
auersa caeli Pietas in parte sedebat,
non habitu quo nota prius, non ore sereno,
sed uittis exuta comam, fraternaque bella,
ceu soror infelix pugnantum aut anxia mater,
deflebat, saeuumque Iouem Parcasque nocentes
uociferans, seseque polis et luce relicta
descensuram Erebo et Stygios iam malle penates.

---

439 geminoque Pt : -osque ω, *edd. ante Mozley, sed recte cft Alton (177) 5.9, 10.550 etc.* 440 explorarique ω : -auitque ↑ ri t^1 : -auitque P 449 actos ω : *ex*-tus L^{σ} : -tus δbTr : ictus P 452 saeuis P : et saeuis ω 454 alternaque ω : alienaque ↑ t *s.* -i-, r *s.* -n- t^2 : alienaque P, *Garrod cl. Hor. Sat. 2.3.72, sed recte cft Klotz Theb. 11. 528, Damsté (B 106) 12.387* 455 acies Pt : -em ↑ s r^2 : -em ω 459 *om.* N^1fMLμCBbK, *add. mg.* N^c, *add.* hic deest unus uersus B^1*mg.* 460 Sed ω : Et ↑ /Sed t^1 : Et P

'quid me ' ait 'ut saeuis animantum ac saepe deorum
obstaturam animis, princeps Natura, creabas?
nil iam ego per populos, nusquam reuerentia nostri.
o furor, o homines diraeque Prometheos artes!
quam bene post Pyrrham tellus pontusque uacabant!
en mortale genus!' dixit, speculataque tempus
auxilio, 'temptemus' ait 'licet inrita coner,'
desiluitque polo; niueus sub nubibus atris
quamquam maesta deae sequitur uestigia limes.
uix steterat campo, subita mansuescere pace
agmina sentirique nefas; tunc ora madescunt
pectoraque, et tacitus subrepsit fratribus horror.
arma etiam simulata gerens cultusque uiriles,
nunc his, nunc illis, 'agite, ite, obsistite,' clamat,
'quis nati fratresque domi, quis pignora tanta
hic quoque! nonne palam est ultro miserescere diuos?
tela cadunt, cunctantur equi, Fors ipsa repugnat.'
   nonnihil impulerat dubios, ni torua notasset
Tisiphone fraudes caelestique ocior igne
adforet increpitans: 'quid belli obuerteris ausis,
numen iners pacique datum? cede, improba: noster
hic campus nosterque dies; nunc sera nocentes
defendis Thebas. ubi tunc, cum bella cieret
Bacchus et armatas furiarent orgia matres?
aut ubi segnis eras, dum Martius impia serpens
stagna bibit, dum Cadmus arat, dum uicta cadit Sphinx,
dum rogat Oedipoden genitor, dum lampade nostra
in thalamos Iocasta uenit?' sic urguet, et ultro
uitantem aspectus etiam pudibundaque longe
ora reducentem premit astridentibus hydris
intentatque faces; deiectam in lumina pallam

467 numquam P, *uide ad 9.183*   468 *post 469 in* t, *sed ordo correctus siglis* ba in mg. t^1 : *uersum om.* P   469 uacabant ω : -abant ↑ /rent $N^1t^1\Theta^1L^{\sigma}T^1r^1$: -arent DδO : uocabat P   471 Auxilio ω : -ium *ex* -io P^cr^2 : -ium D, *edd. multi interpungentes:* tempus, 'auxilium temptemus,' *sed cf. Gronouium:* 'tempus auxilio, *ut saepe Liuio* locus insidiis'   472 atris *Schrader cl.* *Σ473: 'quacumque ibat per nigras nubes, claram sui numinis lucem trahebat'* : altis Pω   479–81 *interpunxit Håkanson B 71–72 interpretans: uos qui natos fratresque habetis domi (i.e. Argiui) et uos qui pignora habetis hic (i.e. Thebani) cl. 349–50; antea punctum post* tanta *et* nonne...diuos? *in parenthesi ponebant*   480 Hic PtB : His *ex* Hic Q^2 : His ω   484 obuerterit P   487 *an* tum*? uide ad 1.112*   490 sp(h)inx ω : *om.* P, *add.* dum semina surgunt P^r 493 longa P   495 lumina ω : -na ↑ e N^1 : -ne Pt : limine δ

diua trahit magnoque fugit questura Tonanti.
  tunc uero accensae stimulis maioribus irae:
arma placent, uersaeque uolunt spectare cohortes.
instaurant crudele nefas; rex impius aptat
tela et funestae casum prior occupat hastae.
illa uiam medium clipei conata per orbem
non perfert ictus atque alto uincitur auro.
tunc exul subit et clare funesta precatur:
'di, quos effosso non inritus ore rogauit
Oedipodes flammare nefas, non improba posco
uota: piabo manus et eodem pectora ferro
rescindam, dum me moriens hic sceptra tenentem
linquat et hunc secum portet minor umbra dolorem.'
hasta subit uelox equitis femur inter equique
ilia, letum utrique uolens; sed plaga sedentis
laxato uitata genu, tamen inrita uoti
cuspis in obliquis inuenit uulnera costis.
it praeceps sonipes strictae contemptor habenae
aruaque sanguineo scribit rutilantia gyro.
exultat fratris credens hunc ille cruorem
(credit et ipse metu), totis iamque exul habenis
indulget, caecusque auidos inlidit in aegrum
cornipedem cursus. miscentur frena manusque
telaque, et ad terram turbatis gressibus ambo
praecipitant. ut nocte rates, quas nubilus Auster
implicuit, frangunt tonsas mutantque rudentes,
luctataeque diu tenebris hiemique sibique,
sicut erant, imo pariter sedere profundo:
haec pugnae facies. coeunt sine more, sine arte,
tantum animis iraque, atque ignescentia cernunt
per galeas odia et uultus rimantur acerbo

---

498 uolant *Heinsius, uide ad 7.82 11.510* 504 effosso ω : *ex* off- B^1 : *ex* effuso t^1 : effuso NOfLν : effesso *uel* -fos- *ex* effuso Q^1 : effesso P : effuxo δ ore Pω : orbe *Gruter* 505 flammare ς, *Heinsius* : -ate P : firmate ω poscet P 506 pectora ω : tempora P, *uide ad 8.226* 510 l(o)etum ω : lentum P utrique ω : -imque P : -inque δ uolens ω : -ans *ex* -ens P^c : uouens *Heinsius, cf. 498* 511 tamen *uide ad 1.480* 515 ille Pω : esse b, *edd. ante Kohlmann, 'sed* ille *necessarium' Klotz recte* 521 frangunt ω : pang- P mutantque PωΣ : *'an* nectuntque?' *Wilkins* : miscentque *Slater, uide ad 2.671–72* 525 animis iraque ω : a. irasci K : -mos -asque *ex* -mis -aque P^r 528 innexaeque PDtO : nex- ω 529 rapiunt Pω : rumpunt *Damsté B 107 inutiliter: agitur de murmuribus audiendis non faciendis*

lumine: nil adeo mediae telluris, et enses
impliciti innexaeque manus, alternaque saeui
murmura ceu lituos rapiunt aut signa tubarum.
fulmineos ueluti praeceps cum comminus egit
ira sues strictisque erexit tergora saetis:
igne tremunt oculi, lunataque dentibus uncis
ora sonant; spectat pugnas de rupe propinqua
uenator pallens canibusque silentia suadet:
sic auidi incurrunt; necdum letalia miscent
uulnera, sed coeptus sanguis, facinusque peractum est.
nec iam opus est Furiis; tantum mirantur et astant
laudantes, hominumque dolent plus posse furores.
fratris uterque furens cupit adfectatque cruorem
et nescit manare suum; tandem inruit exul,
hortatusque manum, cui fortior ira nefasque
iustius, alte ensem germani in corpore pressit,
qua male iam plumis imus tegit inguina thorax.
ille dolens nondum, sed ferri frigore primo
territus, in clipeum turbatos colligit artus;
mox intellecto magis ac magis aeger anhelat
uulnere. nec parcit cedenti atque increpat hostis:
'quo retrahis, germane, gradus? hoc languida somno,
hoc regnis effeta quies, hoc longa sub umbra
imperia! exilio rebusque exercita egenis
membra uides; disce arma pati nec fidere laetis.'
  sic pugnant miseri; restabat lassa nefando
uita duci summusque cruor, poterantque parumper
stare gradus; sed sponte ruit fraudemque supremam
in media iam morte parat. clamore Cithaeron
erigitur, fraterque ratus uicisse leuauit
ad caelum palmas: 'bene habet! non inrita uoui,
cerno graues oculos atque ora natantia leto.
huc aliquis propere sceptrum atque insigne comarum,
dum uidet.' haec dicens gressus admouit et arma,

531 tergora *Heinsius* : pectora Pω, *cf. Hom. Il. 13.473, Hollis ad Ou. Met. 8.284–86; uide ad 8.226* 532 tremunt ω : pre- P : fremunt O, *Klotz, sed uide ad 2.509, 5.78* 541 Hortatusque ω : -turque *ex* -tusque $L^{\sigma}T^2$: -turque PDO 542 altum PO 545 turbatos POC : -tos ↑ u Θ^1 : -tus ω 547 hostis P, *et coniecit Gronouius* : -tem DNO : *ex* -ti $\mu^2r^2K^2$: -ti ↑ /stem t^1 : -ti ω 548–49 hoc...Hoc...hoc longa P : o...Et...longaque ω : o...Et...o longa O 549 effeta ω : *in ras.* O : -ecta f : effata P 554 sed ω : et P 560 et ω : ad P *post 560 inuenit Barth in cod. hunc uersum:* Demens qui primo fratrem haud spoliauerit ense

ceu templis decus et patriae laturus ouanti,
arma etiam spoliare cupit; nondum ille peractis
manibus ultrices animam seruabat in iras.
utque superstantem pronumque in pectora sensit,
erigit occulte ferrum uitaeque labantis
reliquias tenues odio suppleuit, et ensem
iam laetus fati fraterno in corde reliquit.
ille autem: 'uiuisne an adhuc manet ira superstes,
perfide, nec sedes umquam meriture quietas?
huc mecum ad manes! illic quoque pacta reposcam,
si modo Agenorei stat Cnosia iudicis urna,
qua reges punire datur.' nec plura locutus
concidit et totis fratrem grauis obruit armis.
ite truces animae funestaque Tartara leto
polluite et cunctas Erebi consumite poenas!
uosque malis hominum, Stygiae, iam parcite, diuae:
omnibus in terris scelus hoc omnique sub aeuo
uiderit una dies, monstrumque infame futuris
excidat, et soli memorent haec proelia reges.
at genitor sceleris comperto fine profundis
erupit tenebris saeuoque in limine profert
mortem imperfectam: ueteri stat sordida tabo
utraque canities, et durus sanguine crinis
obnubit furiale caput; procul ora genaeque
intus et effossae squalent uestigia lucis.
uirgo autem impositae sustentat pondera laeuae,
dextra sedet baculo. qualis si puppe relicta
exosus manes pigri sulcator Auerni
exeat ad superos solemque et pallida turbet
astra, nec ipse diu fortis patiensque superni
aeris; interea longum cessante magistro

---

564 pectora Pω : -re NΘfMCQBb 567 fati PtS : fratris ↑ /fati $Θ^1$: fratris fMμνg : frater O : *ex* -tri Q^1r^2 fraterno in PNtδO : *ex* frater non $Q^1r^2S^2$: non frater ↑ fraterno in/sub $Θ^1$: non frater fMμg : //frater//non ν^2, /fraterno $\nu^{1?}$ *mg.* : frater non LbK^1, gelido sub K^2 : frater sub DC : *ex* frater sob *(s- in ras.)* B^1 568 an PtO : et ↑ an $N^{1?}$: et ω 570 Huc P : I *ex* Huc QBK : I ω 572 Qua P : Qui *ex* Qua S^2 : Qui Nt : Quae ω 581 Erupit P : Erepsit ω, *sed cf. 8.190* saeuoque Pω : caecoque *Schrader cl. Verg. Aen. 6.734, inutiliter* in P : e ω, *edd. ante Kohlmann fortasse recte, cf. Håkanson B 72* 583 Vtraque PωΣ, *Prisc. GL 2.339.23* : hirtaque *Heinsius, Schrader* : *alii alia sed recte* Σ*:* 'utraque canities*: et capitis et barbae*' durus ω : -rọṣ ↑ i P^r 584 furiale Pω : funale Q : ferale *Markland ad Silu. 5.1.219* 585 effossae ω : effensae Pf

crescat opus, totisque expectent saecula ripis:
talis init campum, comitique extrema gementi,
'duc' ait 'ad natos patremque recentibus, oro,
inice funeribus!' cunctatur nescia uirgo
quid paret; impediunt iter implicitosque morantur
arma, uiri, currus, altaque in strage seniles
deficiunt gressus et dux miseranda laborat.
ut quaesita diu monstrauit corpora clamor
uirginis, insternit totos frigentibus artus.
nec uox ulla seni: iacet inmugitque cruentis
uulneribus, nec uerba diu temptata sequuntur.
dum tractat galeas atque ora latentia quaerit,
tandem muta diu genitor suspiria soluit:
'tarda meam, Pietas, longo post tempore mentem
percutis? estne sub hoc hominis clementia corde?
uincis io miserum, uincis, Natura, parentem!
en habeo gemitus lacrimaeque per arida serpunt
uulnera et in molles sequitur manus impia planctus.
accipite infandae iusta exequialia mortis,
crudeles nimiumque mei! nec noscere natos
adloquiumque aptare licet; dic, uirgo, precanti,
quem teneo? quo nunc uestras ego saeuus honore
prosequar inferias? o si fodienda redirent
lumina et in uultus saeuire ex more potestas!
heu dolor, heu iusto magis exaudita parentis
uota malaeque preces! quisnam fuit ille deorum,
qui stetit orantem iuxta praereptaque uerba
dictauit Fatis? Furor illa et mouit Erinys
et pater et genetrix et regna oculique cadentes;
nil ego: per Ditem iuro dulcesque tenebras
inmeritamque ducem, subeam sic Tartara digna
morte, nec irata fugiat me Laius umbra.
ei mihi, quos nexus fratrum, quae uulnera tracto!
soluite, quaeso, manus infestaque uincula tandem
diuidite, et medium nunc saltem admittite patrem.'

---

592 totisque Pω : tostisque *Heinsius* : tota atque *Imhof* : solisque *Garrod B 262 cl. 9.57 ubi pro* solumque *exhibet* P totumque 604 muta diu PDO : muta diu ~~furens~~ B : muta diu ↑ /multa furens t^1 : multa furens ↑ /mu(ta)(/)diu $N^1\Theta^1$: multa furens ω, *uide ad 8.196* 607 io P : io ↑ /me t^1 : io ↑ /tu O^{σ} : me ↑ /io N^1 : tu ↑ me ν^2 : me ω : *s.l.* $L^{\sigma}B^1$ 609 et in PNO$\mu\nu^1$, quin ν^2 : in ↑ et f^1 : et im- *ex* et in $t^?$: im- *(om.* et*)* M : in LQBr : iam D$\Theta\delta$Cb : *ex* in T^2 610 infandae ω : -dae ↑ i P^r 619 mouit ω : uouit ↑ /mouit t^1 : nouit P 621 Nil ω : Haec P

talia dequestus paulatim insumpserat iras
mortis, et occulte telum, ni nata uetaret,
quaerebat; sed cauta manu subtraxerat enses
Antigone. furit inde senex: 'ubi noxia tela?
heu Furiae! num totum abiit in corpora ferrum?'
dicentem comes aegra leuat mutumque dolorem
ipsa premit, saeuum gaudens planxisse parentem.
   olim autem inceptae clamore exterrita pugnae
regina extulerat notum penetralibus ensem,
ensem sceptriferi spolium lacrimabile Lai.
multaque cum superis et diro questa cubili
et nati furiis et primi coniugis umbris,
luctata est dextra, et prono uix pectore ferrum
intrauit tandem: uenas perrumpit aniles
uulnus et infelix lustratur sanguine lectus.
illius exili stridentem in pectore plagam
Ismene conlapsa super lacrimisque comisque
siccabat plangens: qualis Marathonide silua
flebilis Erigone caesi prope funera patris
questibus absumptis tristem iam soluere nodum
coeperat et fortes ramos moritura legebat.
   et iam laeta ducum spes elusisse duorum
res Amphionias alio sceptrumque maligna
transtulerat Fortuna manu, Cadmique tenebat
iura Creon. miser heu bellorum terminus! illi
pugnarant fratres. hunc et Mauortia clamant

---

627 insumpserat Pt : sum- ω : supreserat δ   628 mortis *cum* telum *coniungi frustra uoluit Howard 128–30*   629 cauta *ex* casa P^{r}, *Bentley, Markland ad Silu. 3.4.87* : casta ω, *quod defendit Garrod cl. 11.355, 12.194 ubi tamen de castitate agitur*   631 corpora PDtO : *ex* -re C : -re ω : pectore Nδ, *uide ad 3.137*   632 aegra ω : *ex* ≡≡≡≡≡ f^{1} : atra P   639 dextra ω : -tra^{c} D^{σ} : -tra ↑ /ae $T^{1}r^{1}$: -trae ↑ /(tr)a $t^{1}\Theta^{1}$: -tra *ex* -tr(a)e $\mu^{2}B^{3}$: -tera S : -trae PV   640 uenas Pt : et uenas ω : pectus *(om.* et*)* D   perrumpit Pω : -rupit DNδO : prorumpit CS   aniles ω : *ex* -le $L^{\sigma}\nu^{2}S^{2}$: -le PDfMCQB   641 lectus PDΣ : pectus ω   645 *post* patris *fortiter interpunxit Sandstroem 59: 'non recte Ismenae adhuc plangenti Erigone consumptis quaestibus comparatur'*   646 soluere nodum ω : uulnere *(*↑ /soluere*)* n. t^{1} : uulnere ndum ↑ o *s*. n- P^{1} : uoluere *(sc. animo)* nodum *Sandstroem 59* : *item sed* uoluere *proprie accepto Deiter 344* : iungere n. *Owen* : inuoluere n. *Slater* : uestem iam soluere nondum *Housman apud Wilkins*; *sed recte Beraldus:* 'soluere *id est laxare ut se strangularet*': 'nodum*: laqueum' Beraldus* : *sc. zonae Courtney, ueri similius*   647 legebat ωΣ : legebat ↑ /liga(bat) $T^{2}r^{r}$: ligabat ↑ /lege t^{1} : ligabat POLB[1] *(add.* legebat B^{1}*mg.) edd. inde a Kohlmann. sed* legebat *multo aptius cum uoce* fortes   652 hunc ω : huc P   clamant Pω : -mor ↑ ant Q : clarant *Grotius*

semina, et impensus patriae paulo ante Menoeceus
conciliat populis. scandit fatale tyrannis
flebilis Aoniae solium: pro blanda potestas
et sceptri malesuadus amor! numquamne priorum
haerebunt documenta nouis? iuuat ecce nefasto
stare loco regimenque manu tractare cruentum.
quid, melior Fortuna, potes! iam flectere patrem
incipit atque datis abolere Menoecea regnis.
primum adeo saeuis imbutus moribus aulae
(indicium specimenque sui) iubet igne supremo
arceri Danaos, nudoque sub axe relinqui
infelix bellum et tristes sine sedibus umbras.
mox reducem Ogygiae congressus limine portae
Oedipodem extimuit paulum, seseque minorem
confessus tacite, promptamque coercuit iram;
sed redit in regem caecumque audentius hostem
increpitans, 'procul,' inquit, 'abi, uictoribus omen
inuisum, et Furias auerte ac moenia lustra
discessu Thebana tuo. spes longa peracta est:
uade, iacent nati. quae iam tibi uota supersunt?'
  horruit instinctu rabido, steteruntque trementes
ceu uisu praesente genae, seniumque recessit.

---

654 populis ω : -los ↑ /is t^1 : -los ↑ i L^{σ} : -los PfMQK : -lo *Baehrens, sed cf. 1.391 etc.* tyrannis PDB : tyraninnis δ : tyrannịs ↑ u Q^1 : -us ω 659 potes P : potest ↑ /(po)tes t^1M^{σ} : potest ω, *fortasse recte* *ante Housman (D 15–16) notam interrogationis post* potes *(uel* potest*) ponebant, recte si* melior *significat: melior quam illa Fortuna quae* res Amphionias alio sceptrumque maligna transtulerat...manu *(649–50); sed ueri similius est uocem* melior *per ironiam esse intellegendam* 660 Incipit Pω : -pit ↑ /pis t^1 661 imbutus moribus ς, *Barth, Bentley* : -tum moribus P : -tus amoribus ω 666 Oedipodem extimuit *Klotz* : -den extimuit P : -den ≡≡timuit t : -dem timuit NδO : Edipodem tim- ↑ /tu O^{σ} : -den timuit ω, *fortasse recte; apud Statium inuenimus et* Oedipodes *(nom. 1.48, 11.505; acc.* -den *2.436, 8.242, 11.491; gen.* -dae *1.17, 164, 8.609, 12.510; dat.* -dae *10.699; abl.* -dē *7.513) et* Oedipus *(acc.* -podem *11.666?; gen.* -podis *2.465, 12.260; dat.* -podi *12.86) cf. Housman A 239, 245–47* 668 Sed Pω : Mox ↑ /sed Θ^1M^{σ} : Mox fμ, *e 665* 671 thebana Pω : -nạ ↑ e Θ^1 : -nẹ ↑ a t^1f^2 : -ne ↑ /na ν^c : -ne NδMμCQ 673 steteruntque Pω : -rantque *ex* -runtque Q^2 : -rantque ↑ u Θ^1 : -rantque NδOμ 674 uisu Pω : uisum δ praesente genae ω : p. genae ↑ /comae t^1 : squalore (↑ /praesente) comae D^1 : squalore comae P; *Vollmer 33,* squalore *legens, interpretatus est* ceu uisu *'tamquam uidere possent' edd. sequentibus; quae etiam si credere potes,* squalore *hic ineptum est nec recte interpretatus est Vollmer 'caecitate'; uox fortasse natum est ob* comae, *cf. 8.243–44; quamquam eis qui perturbantur stare possunt comae (cf. 2.544, Verg. Aen. 2.774 unde fortasse* comae *natum est),* genae *malui quod saepe apud Statium tremunt uisus, oculi etc., uide ad 2.509, cf. 5.95*

tunc natam baculumque manu dimisit, et irae
innixus tumido uocem de pectore rumpit:
'iamne uacat saeuire, Creon? modo perfida regna
fortunaeque locum nostrae, miserande, subisti,
et tibi iam fas est regum calcare ruinas?
iam tumulis uictos, socios iam moenibus arces?
macte, potes digne Thebarum sceptra tueri:
haec tua prima dies. sed cur noua contrahis amens
iura? quid anguste tantos metiris honores?
exilium intendis. timida inclementia regum
ista! feros auidus quin protinus imbuis enses?
crede, licet: ueniat cupidus parere satelles
intrepidusque secet non euitantia colla.
incipe! an expectas ut pronus supplice dextra
sternar et inmitis domini uestigia quaeram?
finge autem temptare, sines? mihine ulla minaris
supplicia, aut ullos reris superesse timores?
linquere tecta iubes? caelum terramque reliqui
sponte, atque ultricem crudelis in opra retorsi
non ullo cogente manum: quid tale iubere,
rex inimice, potes? fugio excedoque nefandis
sedibus; an refert quo funera longa measque
transportem tenebras? ne non gens cuncta precanti
concedat, patriae quantum miser incubo terrae!
sed dulces Thebae. nimirum hic clarior ortus,
et meliora meos permulcent sidera uultus,
hic genetrix natique. habeas Thebana regasque
moenia, quo Cadmus, quo Laius omine rexit
quoque ego; sic thalamos, sic pignora fida capessas;
nec tibi sit uirtus fortunam euadere dextra,
sed lucem deprensus ames. satis omina sanxi,

675 dimisit ω : de- Pt, *uide ad 2.359* 680 uictos Pω : -tor †]tos M^{σ} : -tor fV 681–82 *interpungunt edd. ita ut* haec...dies *cum sequentibus coniungatur sed recte cft Håkanson B 72 Beraldum: 'hoc tui specimen prima die imperii tui'* 686 *interpunxit Barth* : crede: licet ueniat *interpungebant* : crede, licet, ueniat *edd. plerique inde a Queck, quod non intellegro* 692 terramque PDt : -asque ω, *fortasse recte, cf. e.g. 3.308, contra 1.31* 697 *post 698 in* P 697–98 *interpretantur: uererisne ne (cf. OLD s.u. 'ne[1]' 10c) non cuncta gens quantum patriae incubo mihi concedat? sed sensus est: ne (cf. OLD s.u. 'ne[1]' 13) non cuncta gens mihi concedat, quantum (i.e. quantulum, cf. 5.674) patriae incubo!* 705 deprensus Pω : -essus fMV, *uide ad 4.219* omina PtδO : omnia † (o)mina $N^{c}f^{2}$: omnia ωD

duc age, nata, procul. quid te autem luctibus addo?
da, rex magne, ducem.' timuit miseranda relinqui
Antigone mutatque preces: 'felicia per te
regna, uerende Creon, sanctasque Menoeceos umbras:
da ueniam adflicto dictisque ignosce superbis.
hunc morem fandi longae fecere querelae;
nec soli ferus iste tibi: sic fata deosque
adloquitur, durus luctu, facilisque nec ipsi
saepe mihi; pridem indomito sub pectore uiuit
libertas misera et saeuae spes aspera mortis.
et nunc ecce tuas inritat callidus iras
suppliciumque cupit; sed tu maioribus, oro,
imperii potiare bonis, altusque iacentes
praetereas, et magna ducum uereare priorum
funera. et hic quondam solio sublimis et armis
saeptus opem miseris et iura, potentibus aequus
supplicibusque, dabat, cui nunc ex agmine tanto
una comes, necdum exul erat. felicibus hicne
obstat? in hunc odiis et regni uiribus exis,
hunc abigis tectis? an ne prope limina clarum
ingemat et uotis intempestiuus oberret?
pone metum, procul usque tua summotus ab aula
flebit; ego erectum subigam et seruire docebo,
coetibus abducam solaque in sede recondam:
exul erit. nam quae migranti externa patebunt
moenia? uis Argos eat hostilesque Mycenas
squalidus inreptet, uictique ad limen Adrasti
Aonias referat clades, tenuemque precetur
rex Thebanus opem? miserae quid crimina gentis
pandere, quid casus iuuat ostentare pudendos?

708–09 *uide ad 9.632–33* 714 uiuit PDt : uiuit ↑ (a/)feruet Q^2B^1 : feruet ↑ /uiuit $N^1\Theta^1$ 715 aspera Pς : aspera ↑ (/)irrita D^1t^c : irrita ↑ /aspera N^1 : anxia ↑ /aspera/irrita O^σ : irrita *(inr-)* $\delta\mu\nu$CSK : *ex* irata f^1 : irrita *(inr-)* ↑ /anxia $\Theta^1M^\sigma L^\sigma$: anxia ↑ /irrita T^1r^1 : anxia QBb, *uide ad 4.761*; inrita *ex* inritat *natum est* 719 uereare ω : uenerare P 721 et iura potentibus PDNtΘOνCBS : *ex* e. i. poscentibus b : e. i. poscentibus ↑ /potentibus T^1r^1 : e. i. poscentibus ↑ peten f^1 : e. i. petentibus *(ex* po-*)* ↑ poscentibus L^σ : iura et poscentibus M : et poscentibus *(om.* iura*)* μ : et iura petentibus δK : pet- ↑ o *(om.* et iura*)* Q 723 *post 724 in* P 728 erectum Pω : rectum δ : eiectum ↑ /erectum Θ^1 : eiectum MCTr : *ex* -tam f^1 729 abducam Pω : abducam ↑ /auellam Θ^1M^σ : auellam OQB 730 nam quae migranti Pω : namque m. $Nf^1LM\mu^1\nu$: migranti namque Tr : exul erit? quaenam m. *Kohlmann* : exul erit? num quae m. *Baehrens 844* 733 referat Pt : referat ↑ /narret D^1O^σ : narret ↑ referat $N^{1?}$: narret ω : narrat K

conde, precor, quodcumque sumus, nec longa precamur
dona, Creon: miserere senis, maestosque parentis
hic, precor, hic manes indulge ponere: certe
Thebanos sepelire licet.' sic orat humique
uoluitur; abducit genitor saeuumque minatur
indignans ueniam. qualis leo rupe sub alta,
quem uiridem quondam siluae montesque tremebant,
iam piger et longo iacet exarmatus ab aeuo,
magna tamen facies et non adeunda senectus;
ei st demissas ueniat mugitus ad aures,
erigitur meminitque sui, uiresque solutas
ingemit et campis alios regnare leones.
  flectitur adfatu, sed non tamen omnia rector
supplicis indulget lacrimis partemque recidit
muneris. 'haud,' inquit, 'patriis prohibebere longe
finibus, occursu dum non pia templa domosque
commacules. habeant te lustra tuusque Cithaeron;
atque haec ecce tuis tellus habitabilis umbris,
qua bellum geminaeque iacent in sanguine gentes.'
sic ait, et ficto comitum uulgique gementis
adsensu limen tumidus regale petebat.
  interea pulsi uallum exitiale Pelasgi
destituunt furto; nulli sua signa suusque
ductor: eunt taciti passim et pro funere pulchro
dedecorem amplexi uitam reditusque pudendos.
nox fauet et grata profugos amplectitur umbra.

---

737 maestosque Pω : -tique O : *ex* -tosque $L^{\sigma}r^2$: mestique ↑ /miseri t^1 : miserique ↑ /maesti $N^{1?}$: miserique δ   742 siluae montesque ω : s. montesque ↑ /amnes Θ^1 : siluaeque amnesque ↑ montes L^{σ} : siluaeque amnesque QBK : -que amnisque P   743 Iam piger ω : Inpiger P   746 solutas OQς : solutas ↑ /peractas $D^1L^{\sigma}B^1$: peractas ↑ /solutas $N^1t^1\Theta^1$: solutus P : peractas ω   750 prohibebere ω : prohibere PδMνB^1K^1, -bebere B^1*mg* : -bere ↑ be μ^2b^2 751 domosque Pω : domosque ↑ /deos Θ^1 : deosque QB

LIBER DVODECIMVS

Nondum cuncta polo uigil inclinauerat astra
ortus et instantem cornu tenuiore uidebat
Luna diem, trepidas ubi iam Tithonia nubes
discutit ac reduci magnum parat aethera Phoebo:
agmina iam raris Dircaea penatibus errant,
noctis questa moras; quamuis tunc otia tandem
et primus post bella sopor, tamen aegra quietem
pax fugat et saeui meminit uictoria belli.
uix primo proferre gradum et munimina ualli
soluere, uix totas reserare audacia portas;
stant ueteres ante ora metus campique uacantis
horror: ut adsiduo iactatis aequore tellus
prima labat, sic attoniti nil comminus ire
mirantur fusasque putant adsurgere turmas.
sic ubi perspicuae scandentem limina turris
Idaliae uolucres fuluum aspexere draconem,
intus agunt natos et feta cubilia uallant
unguibus imbellesque citant ad proelia pennas;
mox ruerit licet ille retro, tamen aera nudum
candida turba timet, tandemque ingressa uolatus
horret et a mediis etiamnum respicit astris.
itur in exanguem populum bellique iacentis
reliquias, quacumque dolor luctusque, cruenti,
exegere, duces; hi tela, hi corpora, at illi

---

2 tenuiore, *uide ad 4.697* 3 trepidas PδOK : tre- ↑ /te- t^1 : trepidūs̸ L : tepidas ω, *uide ad 5.519* ubi iam PDνb : ubi iam ↑ subito t^1 : subito ↑ /ubi iam Θ^1 : subito iam fLQrV : subito iam BK : subito NδMS : et iam O tit(h)onia ω : -na f, L^1*mg.* : t≡itonia ↑ titonia t^1 : t≡it- μ : tryt- *ex* trit- S^1 : tritonia P : tr≡honia L 5 raris *alii aliter intellegunt, e.g. Weber: 'passim, nunc ex hac nunc ex illa domo', Damsté B 107–08: 'turba...uagatur ita ut domus uacuae factae sint' cl. Silu. 3.5.78, cf. Barth: 'degebant enim extra domos, ut sole oriente quantocius hostes inuaderent'; sed olim recte intellegebant 'desolatis' ob bellum* 8 saeui...belli ω : belli...saeui Pt, *fortasse recte* 11 uacantis PDδOC : uoc- ↑ /ua t^1 : uac- *ex* uoc- $\mu^1Q^1r^2K^c$: uoc- ω 17 Intus agunt ω : Intros agunt P, *unde 'an* introagunt?' *Klotz* 18 pennas DNtδΘOfMμνC : *ex* pin- $P^1L^{\sigma}Q^1B^1$: pin- *edd. inde a Kohlmann* 23 quacumque PDς : quacunque ↑ /quemque t^1 : qua quemque ↑ /cumque $N^{1?}$: qua quemque ω, *edd. inde a Kohlmann* 24 hi...hi ω : hi...hic ν : hic...hic P

caesorum tantum ora uident alienaque iuxta
pectora; pars currus deflent uiduisque loquuntur,
hoc solum quia restat, equis; pars oscula figunt
uulneribus magnis et de uirtute queruntur.
frigida digeritur strages: patuere recisae
cum capulis hastisque manus mediisque sagittae
luminibus stantes; multis uestigia caedis
nulla: ruunt planctu pendente et ubique parato.
at circum informes truncos miserabile surgit
certamen qui iusta ferant, qui funera ducant.
saepe etiam hostiles (lusit Fortuna parumper)
decepti fleuere uiros; nec certa facultas
noscere quem miseri uitent calcentue cruorem.
at quibus est inlaesa domus uacuique doloris,
aut deserta uagi Danaum tentoria lustrant
inmittuntque faces, aut (quae post bella uoluptas)
quaerunt dispersi iaceat quo puluere Tydeus,
an rapti pateat specus auguris, aut ubi diuum
hostis, an aetheriae uiuant per membra fauillae.
iam lacrimis exempta dies, nec serus abegit
Vesper: amant miseri lamenta malisque fruuntur.
nec subiere domos, sed circum funera pernox
turba sedet, uicibusque datis alterna gementes
igne feras planctuque fugant; nec dulcibus astris
uicta, nec adsiduo coierunt lumina fletu.
tertius Aurorae pugnabat Lucifer, et iam
montibus orbatis, lucorum gloria, magnae
Teumesi uenere trabes et amica Cithaeron
silua rogis; ardent excisae uiscera gentis
molibus extructis: supremo munere gaudent
Ogygii manes; queritur miserabile Grauim
nuda cohors uetitumque gemens circumuolat ignem.
accipit et saeui manes Eteoclis iniquos
haudquaquam regalis honos; Argiuus haberi

---

33 At ω : Aṭ ↑ c f^{1} : Ac P   38 doloris *Gronouius ('non possunt dici* uacui dolores, *nisi pro superuacuis inanibus uanis')* : dolores Pω : -re *Heinsius*   40 uoluptas ω : uoluptas ↑/facultas N^{1} : facultas ↑ /uoluptas t^{1} : facultas PDν, *'e 36', Klotz recte*   41 dispersi ω : dispersi ↑ /sus N$^{1?}$: dispersus ↑ /dispersi t^{1} : dispersus P, *edd. inde a Kohlmann comma post* quaerunt *non ante* iaceat *ponentes, sed recte cft Ker (9) 4.370 (nusquam alibi apud Statium uerbum 'dispergere' inuenitur) et Håkanson (B 73)* uagi *(39)*   50 aurorae pugnabat P : -rae pugnabat ↑ /ram pulsabat t^{1} : -ram (↑ /re)pulsabat N^{2} : -ram pulsabat ω   54 munere ω : funere PD, *uide ad 4.625*   58 habere P

frater iussus adhuc atque exule pellitur umbra.
   at non plebeio fumare Menoecea busto
rex genitor Thebaeque sinunt, nec robora uilem
struxerunt de more rogum, sed bellicus agger
curribus et clipeis Graiorumque omnibus armis
sternitur; hostiles super ipse, ut uictor, aceruos
pacifera lauro crinem uittisque decorus
accubat: haud aliter quam cum poscentibus astris
laetus in accensa iacuit Tirynthius Oeta.
spirantes super inferias, captiua Pelasgum
corpora frenatosque, pater, solacia sorti
bellorum, mactabat equos; his arduus ignis
palpitat, et gemitus tandem erupere paterni:
'o nisi magnanimae nimius te laudis inisset
ardor, Echionios mecum uenerande penates
atque ultra recture puer, uenientia qui nunc
gaudia et ingratum mihi munus acerbas!
tu superum conuexa licet coetusque perenni
(credo equidem) uirtute colas, mihi flebile semper
numen eris; ponant aras excelsaque Thebae
templa dicent: uni fas sit lugere parenti.
et nunc heu quae digne tibi sollemnia quasue
largiar exequias? nec si fatale potestas
Argos et impulsas cineri miscere Mycenas,
meque super, cui uita (nefas!) et sanguine nati
partus honos. eademne dies, eadem impia bella
te, puer, et diros misere in Tartara fratres?
et nunc Oedipodi par est fortuna doloris
ac mihi? quam similes gemimus, bone Iuppiter, umbras!
accipe, nate, tui noua libamenta truimphi,
accipe et hoc regimen dextrae frontisque superbae

59 exule Pω : exul ς, *anonymus Heidelbergensis, sed* exule *recte defendit Klotz (in Corrigendis) interpretans: 'pellitur Polynices umbra quoque in exilium missa'*   65 *'an* lauru?' *Klotz, uide ad 3.105*   68 'super, *insuper adu.', Weber, uide ad 5.128*   69 sorti Dς, *cf. 'Queck:* 'sorti *uel* forti *scribendum est' cl. 11.283, cf. etiam 8.250* : forti *(ex* -tes Q[1]*)* PQBς, *Barth fortasse recte, sed uox 'fors', licet saepe, tamen ablatiua uel nominatiua semper apud Statium inuenitur; uide ad 1.661* : sortis Ntδ, *Schrader* : fortes ω, *edd. plerique ante Queck* : fortes *ex* -te S[2]   72 magnanimae nimius PO : -mus tantae ω, *ob* -nim- *semel modo scriptum, cf. Housman K lxiii*   76 per(h)enni PδOBbT : perēnni D[1] : peremni t : perenni ↑ es *s.* -i r[2] : pereuum *ex* perenni Q[2] : perennes NΘfμνCK : pere<u>am</u> ↑ ennes M$^{\sigma}$ 83 super *i.e. praeterea, uide ad 5.128*   87 *ante Sandstroem 59 distinguebant:* ac mihi: quam...umbras?   89 superbae ω : -bae ↑ /a f[2] :˙-ba P : *in ras.* Θ[1], *fortasse recte*

uincula, quae patri minimum laetanda dedisti.
regem te, regem tristes Eteocleos umbrae
aspiciant.' simul haec dicens crinemque manumque
destruit, accensaque iterat uiolentius ira:
'saeuum agedum inmitemque uocent si funera Lernae
tecum ardere ueto; longos utinam addere sensus
corporibus caeloque animas Ereboque nocentes
pellere fas, ipsumque feras, ipsum unca uolucrum
ora sequi atque artus regum monstrare nefandos!
ei mihi, quod positos humus alma diesque resoluet!
quare iterum repetens iterumque edico: suprema
ne quis ope et flammis ausit iuuisse Pelasgos;
aut nece facta luet numeroque explebit adempta
corpora; per superos magnumque Menoecea iuro.'
dixit, et abreptum comites in tecta ferebant.
  flebilis interea uacuis comitatus ab Argis
(fama trahit miseras) orbae uiduaeque ruebant
Inachides ceu capta manus; sua uulnera cuique,
par habitus cunctis, deiecti in pectora crines
accinctique sinus; manant lacera ora cruentis
unguibus, et molles planctu creuere lacerti.
prima per attonitas nigrae regina cateruae,
tristibus inlabens famulis iterumque resurgens,
quaerit inops Argia uias; non regia cordi,
non pater: una fides, unum Polynicis amati
nomen in ore sedet; Dircen infaustaque Cadmi
moenia posthabitis uelit incoluisse Mycenis.
proxima Lernaeo Calydonidas agmine mixtas
Tydeos exequiis trahit haud cessura sorori
Deipyle; scelus illa quidem morsusque profanos
audierat miseranda uiri, sed cuncta iacenti
infleix ignoscit amor. post aspera uisu,

---

90 minimum laetanda *edd. inde a Kohlmann recte interpretantes* minimum let- P : nimuim gestanda ω, *edd. ante Kohlmann de P nescii* 93 'destruit *uix ferendum: fort.* exuit *ut Verg. Aen. 5.423' Garrod, sed* destruit *olim recte defendebant: 'instructus erat sceptro et corona. "instruere" et "destruere" opposita'* 94 si P : nunc ↑ si Θ$^{?}$: nunc ↑ s.quod t^{c} : nunc ω 98 regum ω : ferrum P, *unde* fratrum *Garrod, sed cf. Klotz:* 'ferrum *ex* feras *(97) natum'* nefandos Pω : *'an* uorandos?' *Garrod* 99 resoluet P : -it ω : ^{re}soluit ν^{1} 101 et PO : aut ω 108 in pectora PD : *ex* -re Q^{1} : -re ω : impectore δ : in pectore ↑ /corpore O^{σ} : in corpore ↑ pectore L^{σ}, *uide ed 3.137* 115 ore ω : ora P

ac deflenda tamen, digno plangore Nealce
Hippomedonta ciens. uatis mox impia coniunx
heu uacuos positura rogos. postrema gementum
agmina Maenaliae ducit comes orba Dianae,
et grauis Euadne: dolet haec queriturque labores
audacis pueri, magni memor illa mariti
it toruum lacrimans summisque irascitur astris.
illas et lucis Hecate speculata Lycaeis
prosequitur gemitu, duplexque ad litus euntes
planxit ab Isthmiaco genetrix Thebana sepulcro,
noctiuagumque gregem, quamuis sibi luget, Eleusin
fleuit et arcanos errantibus extulit ignes.
ipsa per auersos ducit Saturnia calles
occultatque uias, ne plebs congressa suorum
ire uetet pereatque ingentis gloria coepti.
nec non functa ducum refouendi corpora curam
Iris habet, putresque arcanis roribus artus
ambrosiaeque rigat sucis, ut longius obstent
expectentque rogum et flammas non ante fatiscant.
  squalidus ecce genas et inani uulnere pallens
Ornytus (hic socio desertus ab agmine, tardat
plaga recens) timido secreta per auia furto
debile carpit iter fractaeque innititur hastae.
isque ubi mota nouo stupuit loca sola tumultu
femineumque gregem, quae iam super agmina Lernae
sola uidet, non ille uiam causasue requirit,

122–23 digno...ciens *om.* P   126 Et Pf : At C : It≡ *(ex* Et?*)* t? : It ω : Id b, *cf. 128*   128 It PDtOf : Et ω, *cf. 126*   134 auersos ω : a≡uersos ↑ i.≡auios t[c] : adu- L^{σ} : adu- PDO, *uide ad 4.250* calles DΘ : gal- ↑ c P^1 : cal- *ex* col- B^1 : calles/colles t^1 : colles ω   135 Occultatque Pω : -asque *ex* -atque L^{σ} : -tatque ↑ /tas Θ^1 : -tasque ↑ /tat ν^2 : -tasque Tr : Ocultaque δ   140 rogum et PtO : rogos et DNΘMLBS : rogos ne[c] *ex* rogos et μ^2 : rogos *(om.* et*)* ω   non *del.* μ^2 142 Ornytus PO, *Kohlmann cl. Verg. Aen. 11.677, Val. Fl. 3.173* : Ornitus (Ho-) ω, *cf. 207, 219*   142–43 tardat...recens *solum in parenthesi poni uoluit Ker (9–10)*   143 timido P : -dus ω, *fortasse recte, sed cf. 279*   146 lernae ω : -ne Pδ,Σ: 'super agmina Lerne *: tantummodo mulieres superesse. nominatiuus Graecus est: haec Lerne'; sed alibi apud Statium inuenimus nom.* Lernā *sexies (1.360, 4.711, 6.516, 9.341, Ach. 1.417, Silu. 3.1.29),* Lerna *in uersus fine semel (Theb. 4.172),* Lernā *uel* Lerne *nusquam; acc.* Lernam *ter (2.433, 10.890, 12.160),* Lernān *semel (11.434); gen.* Lernae *octies (3.348, 5.579, 8.562, 10.24, 12.94, 512, Silu. 2.1.181, 5.3.142) semper in uersus fine; dat.* Lernae *semel (10.765); cf. Klotz F 492, Ker 9–10 cl. 512*   146–47 quae...sola *in parenthesi posuit Ker 9–10 inepte*   147 causasue P : *utrum* -asne *an* -asue *incertum* D : -asque ω, *fortasse recte, uide ad 1.102*

quippe patent, maesto sed sic prior occupat ore:
'quo, miserae, quo fertis iter? funusne peremptis
speratis cineremque uiris? stat peruigil illic
umbrarum custos inhumataque corpora regi
adnumerat. nusquam lacrimae, procul usque fugati
accessus hominum: solis auibusque ferisque
ire licet. uestrisne Creon dabit aequus honorem
luctibus? inmites citius Busiridos aras
Odrysiique famem stabuli Siculosque licebit
exorare deos; rapiet fortasse precantes,
si mens nota mihi, nec coniugialia supra
funera sed caris longe mactabit ab umbris.
quin fugitis, dum tuta uia est, Lernamque reuersae
nomina, quod superest, uacuis datis orba sepulcris
absentesque animas ad inania busta uocatis?
aut uos Cecropiam (prope namque et Thesea fama est
Thermodontiaco laetum remeare truimpho)
imploratis opem? bello cogendus et armis
in mores hominemque Creon.' sic fatus, at illis
horruerunt lacrimae, stupuitque inmanis eundi
impetus, atque uno uultus pallore gelati.
non secus adflauit molles si quando iuuencas
tigridis Hyrcanae ieiunum murmur, et ipse
auditu turbatus ager, timor omnibus ingens
quae placeat, quos illa fames escendat in armos.
   continuo discors uario sententia motu
scinditur: his Thebas tumidumque ambire Creonta,
his placet Actaeae si quid clementia gentis
adnuat; extremum curarum ac turpe reuerti.
hic non femineae subitum uirtutis amorem
colligit Argia, sexuque inmane relicto
tractat opus: placet (egregii spes dura pericli!)
comminus infandi leges accedere regni,

---

158 coniugialia DNtK : -gịalia B : -g≡alia Q : -gila ↑ a *s.* -i-, i *s.* -la L^1 : -galia Pω   159 mactabit ω : magt- N : mactabit *ex* -abat M^1Q^1 : -auit P, *uide ad 9.370*   164 triumpho ω : -um P   167 Horruerunt Br : -rant *ex* -runt $P^c\Theta^{1?}Q^2$: -rent ↑ u L^1 : -rant ω : -rint D   lacrimae Pω : '*fort.* crines' *Garrod*   168 gelati PQB^1, notati *mg.* B^2 : gelati ↑ /notati D^1O^{σ} : notati ↑ /gelati N^1t^1 : notatae ↑ /gelati Θ^c : notati ω : -tae *ex* -ti L^{σ} : -tae fM   171 turbatus Pω : -tur *ex* -tus B^1T^2 : -tur Dbς   172 ẹscendat ↑ a *s.* e- P^r : desc- ω : -det C   177 amorem Pω : honorem *ex* amorem L^{σ} : amorem ↑ /honorem O^{σ} : honorem ↑ /amorem r^2 : honorem DNtνb   179 *ante Imhof non interpungebant nisi post* opus

quo Rhodopes non ulla nurus nec alumna niuosi
Phasidis innuptis uallata cohortibus iret.
tunc mouet arte dolum, quo semet ab agmine fido
segreget, inmitesque deos regemque cruentum
contemptrix amimae et magno temeraria luctu
prouocet; hortantur pietas ignesque pudici.
ipse etiam ante oculos omni manifestus in actu,
nunc hospes miserae, primas nunc sponsus ad aras,
nunc mitis coniunx, nunc iam sub casside torua
maestus in amplexu multumque a limine summo
respiciens: sed nulla animo uersatur imago
crebrior Aonii quam quae de sanguine campi
nuda uenit poscitque rogos. his anxia mentem
aegrescit furiis et, qui castissumus ardor,
funus amat; tunc ad comites conuersa Pelasgas,
'uos' ait 'Actaeas acies Marathoniaque arma
elicite, aspiretque pio Fortuna labori.
me sinite Ogygias, tantae quae sola ruinae
cause fui, penetrare domos et fulmina regni
prima pati; nec surda ferae pulsabimus urbis
limina: sunt illic soceri mihi suntque sorores
coniugis, et Thebas haud ignoranda subibo.
ne tantum reuocate gradus: illo impetus ingens
auguriumque animi.' nec plura, unumque Menoeten
(olim hic uirginei custos monitorque pudoris)
eligit et, quamquam rudis atque ignara locorum,
praecipites gressus, qua uenerat Ornytus, aufert.
atque ubi uisa procul socias liquisse malorum,
'anne' ait 'hostiles ego te tabente per agros
(heu dolor!) expectem quaenam sententia lenti
Theseos, an bello proceres, an dexter haruspex
adnuat? interea funus decrescit, et uncis
alitibus (non hos potius?) supponimus artus.

---

184 Segreget ω : De- P, *uox non alibi inuenta sed cf. Vollmer 33, Brakman 254* 188 primas ↑ ~~lptirhum~~ t[1] : 'puras *temptabam' Garrod, sed cf. 2.202, Verg. Aen. 1.345–46 etc.* nunc *om.* P 193 mente NtOfMCr 194 furiis P : curis *ex* furiis Q[1]B[2] : curis ↑ ~~l~~furiis N[1]t[1] : curis ω 207 ornytus PNf : -nit- ω, *uide ad 142* aufert f : -rạt P[1] : ac fert *ex* auf- S[2] : adf- *ex* auf- C[1]Q[1] : adf- *(*aff-*)* DNΘδOLMμνb : aff- ↑ e t[σ] : eff- *Barth* 209 tabente P : la- ω, *gl.* putrescente M[σ] 211 *notam interrogationis post* Theseos *recte sustulit Dowden* 213 *ante Ker (10) nullam distinctionem ponebant nisi notam interrogationis post* artus

et nunc me duram, si quis tibi sensus ad umbras,
me tardam Stygiis quereris, fidissime, diuis.
heu si nudus adhuc, heu si iam forte sepultus:
nostrum utrumque nefas; adeo uis nulla dolenti?
Mors nusquam saeuusque Creon? hortaris euntem,
Ornyte!' sic dicens magno Megareia praeceps
arua rapit passu, demonstrat proxima quisque
obuius horrescitque habitus miseramque ueretur.
uadit atrox uisu, nil corde nec aure pauescens,
et nimiis confisa malis propiorque timeri:
nocte uelut Phrygia cum lamentata resultant
Dindyma, pinigeri rapitur Simoentis ad amnem
dux uesana chori, cuius dea sanguine lecto
ipsa dedit ferrum et uittata fronde notauit.
  iam pater Hesperio flagrantem gurgite currum
abdiderat Titan, aliis rediturus ab undis,
cum tamen illa grauem luctu fallente laborem
nescit abisse diem: nec caligantibus aruis
terretur, nec frangit iter per et inuia saxa
lapsurasque trabes nemorumque arcana (sereno
nigra die) caecisque incisa noualia fossis,
per fluuios secura uadi, somnosque ferarum

---

214 *ante Kohlmann ita interpungebant ut* ad umbras *uel cum* duram *uel cum* tardam *coniungeretur* 215 stigiis quereris O, *edd. inde a Kohlmann* : stigyisque reris P : queʹreris stiʹgiis ν^1 : qu. st. ω, *edd. ante Kohlmann* : -que reris stygiis μ : -que reris *(*↑ quereris*)* stygiis Θ^1 217–18 *recte interpretatus est Weber: 'adeo non possum uel per meam manum, uel per tyrannidem Creontis his me malis eximere?', cl.* Σ*:* 'hortaris euntem*: uerbis dehortantibus cohortaris', cf.* adeon D, *Poynton C 261* : *alii, sine interrogationis nota, interpretantur ut Beraldus: 'nam uis nulla, nec mors, nec saeuus Creon possunt me dolentem deterrere'* 218 -que ω : -ne P, *Poynton C 261, infeliciter* : -ue *Kohlmann, sed uide ad 1.102* 219 Ornyte Pω : -nit- DtδOfμQ, *uide ad 142* 220 quisque P : quisquis ω 223 propiorque ω : prop≡i- NfQ : propri- PtO, *uide ad 2.437* 226 uesana Pω : *ex* -ne L^{σ}, *cf. Gronouium: 'non memini mulieres quoque fuisse in sacris Magnae Matris, quae se cruentarent. an igitur de archigallo loquitur ut femina? id sic quidem nimis insolens uidetur. an scribendum:* raperis...uesane?*', sed cf. e.g. Cat. 63.32* 227 fronde Pω : fronde ↑ /te Θ^1 : fronte DNtδfMμC, *edd. ante Kohlmann, fortasse recte; uide ad 4.420* 232 nec Pω : sed *Garrod*, nec frangit iter *(i.e. nec finit iter, cf. 10.183) non intellegens; cf.* Σ*:* 'nec frangit iter*: non inminuit uel deflectit'* 234 fossis ω : *ex* forsis L^{σ} : saxis ↑ /fossis t^1, /fossis t^c*mg.* : saxis P 235 uadi P : *ex* -dit T : -di^t *(*↑ ruit Q^2*)* L^1Q^1 : ≡≡≡≡ f^1, ruit f^r*mg.* : uadit ω : -diṭ ↑ a $t^1\Theta^1\nu^2$: meat C : *in ras.* O somnoque P 236–95 *om.* Q^1, *add.* Q^r

praeter et horrendis infesta cubilia monstris.
tantum animi luctusque ualent! pudet ire Menoeten
tardius, inualidaeque gradum miratur alumnae.
quas non illa domos pecudumque hominumque modesto
pulsauit gemitu? quotiens amissus eunti
limes, et errantem comitis solacia flammae
destituunt gelidaeque facem uicere tenebrae!
iamque supinantur fessis lateque fatiscunt
Penthei deuexa iugi, cum pectore anhelo
iam prope deficiens sic incipit orsa Menoetes:
'haud procul, exacti si spes non blanda laboris,
Ogygias, Argia, domos et egena sepulcri
busta iacere reor: graue comminus aestuat aer
sordidus, et magnae redeunt per inane uolucres.
haec illa est crudelis humus, nec moenia longe.
cernis ut ingentes murorum porrigat umbras
campus et e speculis moriens intermicet ignis?
moenia sunt iuxta.' modo nox magis ipsa tacebat,
solaque nigrantes laxabant astra tenebras.
horruit Argia, dextramque ad moenia tendens:
'urbs optata prius, nunc tecta hostilia, Thebae,
et tamen, inlaesas si reddis coniugis umbras,
sic quoque dulce solum, cernis quo praedita cultu,
qua stipata manu, iuxta tua limina primum
Oedipodis magni uenio nurus? improba non sunt
uota: rogos hospes planctumque et funera posco.
illum, oro, extorrem regni belloque fugatum,
illum, quem solio non es dignata paterno,
redde mihi. tuque, oro, ueni, si manibus ulla
effigies errantque animae post membra solutae,

---

236 praeter et PDLbr : Praeter et ↑ /(praete)rit $\nu^{1?}T^2$: Praeterit *ex* -ter≡≡ $\mu^?$: Praeterit et M^1 : Praeterit et B : Preter *(om.* et*)* δ : Praeterit ΘOfCQ^rKΣ : Propter et Nt   infesta PO : infesta ↑ /insessa t^c : insessa *ex* infe- L^σ : infessa ω : insessa NδfνB, *Barth, Heinsius 4.3.583* : insessa ↑ i. obsessa Θ^r : obsessa D, *e* Σ: 'insessa*: inhabitata, siue magis, quod* in- *augeat, obsessa'; uide ad 7.743*   239 pecudumque PDt : pecorumque ω : pecorum^{que} $\Theta^1\delta^r$ molesto *Heinsius 4.3.583*   241 comitis Pt, *Barth* : -tes ω   245 incipit PD : inchoat ↑ /incipit t^1 : inc(h)o(h)at ω : incohat ore *Barth, sed cf. 10.360*   246 laboris PDδO : laboris ↑ /doloris t^1 : doloris ↑ (/)laboris $\Theta^1L^\sigma T^1r^1K^2$, *uide ad 3.199*   252 e *om.* Pt   intermicet ω : -micet ↑ /(c)at $N^{1?}t^1$: -micat P   253–54 *etiam* modo...tenebras *dant edd. Menoetae loquenti quod redarguit Dowden 226*   259 limina PDO : moenia ω   262 regni ω : -nis Pt, *cf. 9.578*   265 solutae Pω : sal- δb : soluta *Baehrens* : '*fort.* prope membra solutae *cl. 285' Garrod.*

tu mihi pande uias, tuaque ipse ad funera deduc,
si merui.' dixit, tectumque adgressa propinquae
pastorale casae reficit spiramina fessi
ignis, et horrendos inrumpit turbida campos.
qualis ab Aetnaeis accensa lampade saxis
orba Ceres magnae uariabat imagine flammae
Ausonium Siculumque latus, uestigia nigri
raptoris uastosque legens in puluere sulcos;
illius insanis ululatibus ipse remugit
Enceladus ruptoque uias inluminat igni:
Persephonen amnes siluae freta nubila clamant,
Persephonen tantum Stygii tacet aula mariti.
admonet attonitam fidus meminisse Creontis
altor et occulto summittere lampada furto.
regina Argolicas modo formidata per urbes,
uotum inmane procis spesque augustissima gentis,
nocte sub infesta, nullo duce et hoste propinquo,
sola per offensus armorum et lubrica tabo
gramina, non tenebras, non circumfusa tremescens
concilia umbrarum atque animas sua membra gementes,
saepe gradu caeco ferrum calcataque tela
dissimulat, solusque labor uitasse iacentes,
dum funus putat omne suum, uisuque sagaci
rimatur positos et corpora prona supinat
incumbens, queriturque parum lucentibus astris.
forte soporiferas caeli secreta per umbras
Iuno, sinu magni semet furata mariti,
Theseos ad muros, ut Pallada flecteret, ibat,
supplicibusque piis faciles aperiret Athenas.
atque ubi per campos errore fatiscere uano
inmeritam Argian supero respexit ab axe,
indoluit uisu, et lunaribus obuia bigis
aduertit uultum placidaque ita uoce locuta est:
'da mihi poscenti munus breue, Cynthia, si quis
est Iunonis honos; certe Iouis improba iussu
ter noctem Herculeam —— ueteres sed mitto querelas:

---

266 ipse ω : -sa PCK² : *om.* δ 271 flammae ω : -ma P 275 igni Pω : igne/igni Θ¹ : igne μ, *uide ad 5.194* 277 *om.* Pδ stigii tantum Nts, *Barth fortasse recte* 277*(sic)*-32 *in* M *suppl. Boccaccio* 287 uitasse Pt : -are ↑ sse N¹? : -are ω 296 argian ω : -iam PDtδμνB, *sed cf. 4.91, uide ad 2.203* 298 uultum P : currum ω : -ū≡ L^σ

en locus officio. cultrix placitissima nostri
Inachis Argia cernis qua nocte uagetur
nec reperire uirum densis queat aegra tenebris?
et tibi nimbosum languet iubar: exere, quaeso,
cornua, et adsueto propior premat orbita terras.
hunc quoque, qui curru madidas tibi pronus habenas
ducit, in Aonios uigiles demitte Soporem.'
uix ea, cum scissis magnum dea nubibus orbem
protulit; expauere umbrae, fulgorque recisus
sideribus; uix ipsa tulit Saturnia flammas.
  primum per campos infuso lumine pallam
coniugis ipsa suos noscit miseranda labores,
quamquam texta latent suffusaque sanguine maeret
purpura; dumque deos uocat et de funere caro
hoc superesse putat, uidet ipsum in puluere paene
calcatum. fugere animus uisusque sonusque,
inclusitque dolor lacrimas; tum corpore toto
sternitur in uultus animamque per oscula quaerit
absentem, pressumque comis ac ueste cruorem
seruatura legit. mox tandem uoce reuersa:
'hunc ego te, coniunx, ad debita regna profectum
ductorem belli generumque potentis Adrasti
aspicio, talisque tuis occurro triumphis?
huc attolle genas defectaque lumina: uenit
ad Thebas Argia tuas; age, moenibus induc
et patrios ostende lares et mutua redde
hospitia. heu quid ago? proiectus caespite nudo
hoc partriae telluris habes. quae iurgia? certe
imperium non frater habet! nullasne tuorum
mouisti lacrimas? ubi mater, ubi incluta fama
Antigone? mihi nempe iaces, mihi uictus es uni!
dicebam: "quo tendis iter? quid sceptra negata
poscis? habes Argos, soceri regnabis in aula;

302 placitissima *Gronouius* : placidissima Pω, *fortasse e* placidaque *(298), uide ad 3.67* 307 curru ω : -ū P? : -us *ex* -u O : -um L : -um in *Alton 185* 308 demitte ς, *edd. ante Kohlmann* : dim- ω : dimittite P, *uide ad 2.359* 309 dea ω : de PC 314 m(a)eret Pω : ᵐaeret B[1] : maeret *ex* marcet μ[1] : marcet f, *Ker 181 cl. 4.652, 667, 8.220, 347, 12.788 quae tamen nihil attinent ad rem; cf.* Σ: 'maeret*: celatur siue nigrior fit'* 318 tum PS : tunc ω : *inter* lacrim- *et* -orpore *deletum est in* D; *uide ad 1.112* 321 mox tandem *i.e. mox, uoce tandem reuersa, locuta est, sed uide ad 6.446* 328 ago Pω : agam ↑ lo D[1] : agam OC : ego δ 329 quo iurgia? *Alton 185–86* 332 Antigonae C : -nes ς, *sed cf. 1.252, Verg. Aen. 2.82, Tac. H. 4.61*

hic tibi longus honos, hic indiuisa potestas."
quid queror? ipsa dedi bellum maestumque rogaui
ipsa patrem ut talem nunc te complexa tenerem.
sed bene habet, superi, gratum est, Fortuna; peracta
spes longinqua uiae: totos inuenimus artus.
ei mihi, sed quanto descendit uulnus hiatu!
hoc frater? qua parte, precor, iacet ille nefandus
praedator? uincam uolucres (sit adire potestas)
excludamque feras; an habet funestus et ignes?
sed nec te flammis inopem tua terra uidebit:
ardebis lacrimasque feres quas ferre negatum
regibus, aeternumque tuo famulata sepulcro
durabit deserta fides, testisque dolorum
natus erit, paruoque torum Polynice fouebo.'
  ecce alios gemitus aliamque ad busta ferebat
Antigone miseranda facem, uix nacta petitos
moenibus egressus; illam nam tempore in omni
attendunt uigiles et rex iubet ipse timeri,
contractaeque uices et crebrior excubat ignis.
ergo deis fratrique moras excusat et amens,
ut paulum inmisso cessit statio horrida somno,
erumpit muris: fremitu quo territat agros
uirginis ira leae, rabies cui libera tandem
et primus sine matre furor. nec longa morata,
quippe trucem campum et positus quo puluere frater
nouerat. atque illam contra uidet ire Menoetes,
cui uacat, et carae gemitus compescit alumnae.
cum tamen erectas extremus uirginis aures
accessit sonus, utque atra sub ueste comisque
squalentem et crasso foedatam sanguine uultus
astrorum radiis et utraque a lampade uidit,
'cuius' ait 'manes, aut quae temeraria quaeris

---

338 peracta P : -t≡ ↑ a est N[1?] : -ta est ω 345 *om.* P 346 Regibus aeternumque ω : Ardebit longumque P : regibus in longumque *Owen* : ardebisque longumque *Alton 186, Vollmer 28 qui tamen 345 damnat, sed Puteanei lectio nata est e codice in quo* lacrimasque...Regibus *omissum est* 352 timeri Pω : teneri ς, *ieiune* : tueri *Damsté B 108–09, sed tuemur quod nobis est carum; cf.* Σ: 'timeri: *caueri*' 355 inmisso ω : amisso P : adm- O, *quod etiam coniecit Baehrens, sed* inmisso *uindicauit Damsté B 109 cl. 308 etc.* 358 morata Pω : morata est *edd. ante Kohlmann* 362 erectas *(*↑ ad *s.* er-*)* extremus D[σ]O[σ] : erectas extremọs ↑ u *s.* -o- P[1] : extremus erectas ω : -mis erectas C : -mum -tas *ex* -tos L[1] 364 foedatam ω : -antem Nt : -atos P 366 quae P : quem ω : quem ↑ quid K[2]

nocte mea?' nihil illa diu, sed in ora mariti
deicit inque suos pariter uelamina uultus,
capta metu subito paulumque oblita doloris.
hoc magis increpitans suspecta silentia perstat
Antigone, comitemque premens ipsamque; sed ambo
deficiunt fixique silent. tandem ora retexit
Argia, corpusque tamen complexa profatur:
'si quid in hoc ueteri bellorum sanguine mecum
quaesitura uenis, si tu quoque dura Creontis
iussa times, possum tibi me confisa fateri.
si misera es (certe lacrimas lamentaque cerno),
iunge, age, iunge fidem: proles ego regis Adrasti
(ei mihi! num quis adest?) cari Polynicis ad ignes,
etsi regna uetant——' stupuit Cadmeia uirgo
intremuitque simul dicentemque occupat ultro:
'mene igitur sociam (pro fors ignara!) malorum,
mene times? mea membra tenes, mea funera plangis.
cedo, tene, pudet heu! pietas ignaua sororis!
haec prior——' hic pariter lapsae iunctoque per ipsum
amplexu miscent auidae lacrimasque comasque,
partitaeque artus redeunt alterna gementes
ad uultum et cara uicibus ceruice fruuntur.
dumque modo haec fratrem memorat, nunc illa maritum,
mutuaque exorsae Thebas Argosque renarrant,
longius Argia miseros reminiscitur actus:
'per tibi furtiui sacrum commune doloris,
per socios manes et conscia sidera iuro:
non hic amissos, quamquam uagus exul, honores,
non gentile solum, carae non pectora matris,
te cupiit unam noctesque diesque locutus
Antigonen; ego cura minor facilisque relinqui.
tu tamen ex celsa sublimem forsitan arce
ante nefas Grais dantem uexilla maniplis

378 regis ω : -ia ↑ s P¹, *unde* regia *scripsit Klotz inconsulte* 379 ei...adest *in parenthesi posuit Barth* num ω : nunc P, *uide ad 1.112* : non δ ad Pω : et *Sandstroem 59–60, sed cf.* Σ: 'Polynices ad ignes*: subaudis* ueni*'; malim interpretari: apud ignes* 380 *aposiopesin agnouit Walker* 384 tene pudet heu ω : te≡ p. h. f : tene pudeat heu P, *unde 'an* tene heu pudeat*?' Wilkins* : ten' pudet? heu *edd. multi, sed recte damnat Gronouius* 385 iunctoque Pω : uin- S : iunctaeque DtΘδf 386 Amplexu Pω -um DΘδ : -us f auidae Pω : auidae ↑ uicibus L¹ : auide Dδμν, *Kohlmann* 396 cupiit P : -iens ω, *metri causa sed uide ad 5.397* 398 ex Pω : e DNtfLCQb sublimem tfMμ : -im DΘ : -imen PNLQBb : -imĕ O : -imen ↑ em *s*. -en ν² : -imen ↑ is r² : -imis δς, *sed cf. 11.720–21;* sublimen *aduerbium defendit Klotz D 408 frustra, cf. 2.385*

uidisti, teque ille acie respexit ab ipsa
ense salutatam et nutantis uretice coni:
nos procul. extremas sed quis deus egit in iras?
nil uestrae ualuere preces? tibine iste negauit
oranti?' causas ac tristia reddere fata
coeperat Antigone; fidus comes admonet ambas:
'heia agite inceptum potius! iam sidera pallent
uicino turbata die, perferte laborem,
tempus erit lacrimis, accenso flebitis igne.'
haud procul Ismeni monstrabant murmura ripas,
qua turbatus adhuc et sanguine decolor ibat.
huc laceros artus socio conamine portant
inualidae, iungitque comes non fortior ulnas.
sic Hyperionium trepido Phaethonta sorores
fumantem lauere Pado; uixdum ille sepulcro
conditus, et flentes stabant ad flumina siluae.
ut sanies purgata uado membrisque reuersus
mortis honos, ignem miserae post ultima quaerunt
oscula; sed gelidae circum exanimesque fauillae
putribus in foueis, atque omnia busta quiescunt.
stabat adhuc, seu forte, rogus, seu numine diuum,
cui torrere datum saeuos Eteocleos artus,
siue locum monstris iterum Fortuna parabat,
seu dissensuros seruauerat Eumenis ignes.
hic tenuem nigris etiamnum aduiuere lucem
roboribus pariter cupidae uidere, simulque
flebile gauisae; nec adhuc quae busta repertum,
sed placidus quicumque rogant mitisque supremi
admittat cineris consortem et misceat umbras.
ecce iterum fratres: primos ut contigit artus
ignis edax, tremuere rogi et nouus aduena busto

---

403 ualuere ω : placuere P : potuere O 404 fata P : facta ω, *uide ad 3.161* 408 igne Pω, *Seru. ad Verg. Aen. 12.156* : igni *Klotz, sed uide ad 5.194* 410 turpatus *Wakefield, fortasse recte, uide ad 3.680; si uis* turpatus *recipere ob* turbata *(407), uide ad 5.692* 413 trepido P : t/re- L^{σ} : te- ωΣ, *edd., sed* trepido *(i.e. aestuanti) uindicat Courtney cl. Val. Fl. 5.430; uide ad 5.519* 414 -dum ω : -dum † /cum L[1] : *om.* PK 423 *om.* P, *unde exclusit Kohlmann, sed uersum laudat* Σ dissensuros DtδOfCbS : disens- N : disçens- † s *s.* -c- $M^1\nu^{1?}$: discens- ΘL : discens- † s *s.* -n- μ^1 : discess- QK : dis/e/s- B, *cf.* Σ: 'dissensuros: *discordantes siue in duos apices diuidendos'* 427 quemcumque P, *edd. inde a Kohlmann, inepte* mitesque P 428 Admittit P 430 busto PDNOL : *ex* -ti $\Theta^?S^2$: -ti ω : -tis ς, *edd. ante Kohlmann*

pellitur; exundant diuiso uertice flammae
alternosque apices abrupta luce coruscant.
pallidus Eumenidum ueluti commiserit ignes
Orcus, uterque minax globus et conatur uterque
longius; ipsae etiam commoto pondere paulum
secessere trabes. conclamat territa uirgo:
'occidimus, functasque manu stimulauimus iras.
frater erat; quis enim accessus ferus hospitis umbrae
pelleret? en clipei fragmen semustaque nosco
cingula, frater erat! cernisne ut flamma recedat
concurratque tamen? uiuunt odia improba, uiuunt.
nil actum bello; miseri, sic dum arma mouetis
uicit nempe Creon! nusquam iam regna: quis ardor?
cui furitis? sedate minas; tuque exul ubique,
semper inops aequi, iam cede (hoc nupta precatur,
hoc soror), aut saeuos mediae ueniemus in ignes.'
  uix ea, cum subitus campos tremor altaque tecta
impulit adiuuitque rogi discordis hiatus,
et uigilum turbata quies, quibus ipse malorum
fingebat simulacra Sopor: ruit ilicet omnem
prospectum lustrans armata indagine miles.
illos instantes senior timet unus; at ipsae
ante rogum saeuique palam spreuisse Creontis
imperia et furtum claro plangore fatentur
securae, quippe omne uident fluxisse cadauer.
ambitur saeua de morte animosaque leti
spes furit: haec fratris rapuisse, haec coniugis artus
contendunt uicibusque probant: 'ego corpus', 'ego ignes',
'me pietas', 'me duxit amor'. deposcere saeua
supplicia et dextras iuuat insertare catenis.
nusquam illa alternis modo quae reuerentia uerbis,
iram odiumque putes; tantus discordat utrimque
clamor, et ad regem qui deprendere trahuntur.
  at procul Actaeis dextra iam Pallade muris
Iuno Phoroneas inducit praeuia matres
attonitas, non ipsa minus, coetumque gementem
conciliat populis et fletibus addit honorem.

439 semustaque ω : semus- † i *s.* -m- μ^1 : semius- P : semi ius- δ : semes- O   450 sopor *edd., sed recte cft Dowden 308, uide ad 10.156*   454 clangore P, *e* claro*? uide ad 3.505*   463 deprehendere PδB   trahuntur Pω : trahuntur † *l*(tra)hebant $N^1t^1\mu^2$: trahebant *edd. uett.*   467 fletibus Pt : flect- δ : flent- N : flent- ω, *edd. ante Klotz*

ipsa manu ramosque oleae uittasque precantes
tradit, et obtenta summittere lumina palla
et praeferre docet uacuas sine manibus urnas.
omnis Erectheis effusa penatibus aetas
tecta uiasque replent: unde hoc examen et una
tot miserae? necdum causas nouere malorum,
iamque gemunt. dea conciliis se miscet utrisque
cuncta docens, qua gente satae, quae funera plangant
quidue petant; uariis nec non adfatibus ipsae
Ogygias leges inmansuetumque Creonta
multum et ubique fremunt. Geticae non pluar queruntur
hospitibus tectis trunco sermone uolucres,
cum duplices thalamos et iniquum Terea clamant.
  urbe fuit media nulli concessa potentum
ara deum, mitis posuit Clementia sedem,
et miseri fecere sacram; sine supplice numquam
illa nouo, nulla damnauit uota repulsa.
auditi quicumque rogant, noctesque diesque
ire datum et solis numen placare querelis.
parca superstitio: non turea flamma nec altus
accipitur sanguis: lacrimis altaria sudant,
maestarumque super libamina secta comarum
pendent et uestes mutata sorte relictae.
mite numus circa cultuque insigne uerendo,
uittatae laurus et supplicis arbor oliaue.
nulla autem effigies, nulli commisa metallo
forma dei: mentes habitare et pectora guadet.
semper habet trepidos, semper locus horret egenis
coetibus, ignotae tantum felicibus arae.
fama est defensos acie post busta paterni
numinis Herculeos sedem fundasse nepotes.
fama minor factis: ipsos nam credere dignum
caelicolas, tellus quibus hospita semper Athenae,
ceu leges hominemque nouum ritusque sacrorum
seminaque in uacuas hinc descendentia terras,
sic sacrasse loco commune animantibus aegris

---

469 obtenta P$\omega\Sigma$: obtecta C, *sed cf. Val. Fl. 3.718*   471 Erec(h)theis *Heinsius 4.2.574* : erichth- P : et act(h)eis ω 474 conciliis PO : consi- ω, *uide ad 1.198*   se ω : sic P   481 nulli ω : -is P   483 miseri ω : -is P   489 secta PO : serta *ex* secta L^{σ} : secta ↑ /serta B¹ : serta ω 492 Vittatae laurus ω : -aṭtae l. P : -ata l. fMLQbr : -ata l. ↑ et *s.* -a $\nu^{1?}$: -ata et l. Nt : Vitata et l. δ

confugium, unde procul starent iraeque minaeque
regnaque, et a iustis Fortuna recederet aris.
iam tunc innumerae norant altaria gentes:
huc uicti bellis patriaque a sede fugati
regnorumque inopes scelerumque errore nocentes
conueniunt pacemque rogant; mox hospita sedes
uicit et Oedipodae Furias et funus † olynthi
texit et a misero matrem summouit Oreste.
huc uulgo monstrante locum manus anxia Lernae
deueniunt, cedunt miserorum turba priorum.
uix ibi, sedatis requierunt pectora curis:
ceu patrio super alta grues Aquilone fugatae
cum uidere Pharon; tunc aethera latius implent,
tunc hilari clangore sonant; iuuat orbe sereno
contempsisse niues et frigora soluere Nilo.
iamque domos patrias Scythicae post aspera gentis
proelia laurigero subeuntem Thesea curru
laetifici plausus missusque ad sidera uulgi
clamor et emeritis hilaris tuba nuntiat armis.
ante ducem spolia et, duri Mauortis imago,
uirginei currus cumulataque fercula cristis
et tristes ducuntur equi truncaeque bipennes,
quis nemora et solidam Maeotida caedere suetae,
gorytique leues portantur et ignea gemmis
cingula et informes dominarum sanguine peltae.
ipsae autem nondum trepidae sexumue fatentur,
nec uulgare gemunt, aspernanturque precari,
et tantum innuptae quaerunt delubra Mineruae.
primus amor niueis uictorem cernere uectum
quadriiugis; nec non populos in semet agebat
Hippolyte, iam blanda genas patiensque mariti

---

